



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

### **Usage guidelines**

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

### **About Google Book Search**

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

**A** 469334 DUPL









1. The first part of the document discusses the importance of maintaining accurate records of all transactions and activities. It emphasizes that proper record-keeping is essential for transparency and accountability, particularly in financial reporting and compliance with regulatory requirements. The text notes that incomplete or inconsistent records can lead to significant legal and financial consequences for the organization.

2. The second section addresses the challenges associated with data management and storage. It highlights the need for robust security protocols to protect sensitive information from unauthorized access, theft, or loss. The document also discusses the importance of data backup and recovery strategies to ensure business continuity in the event of a disaster or system failure.

3. The third part of the document focuses on the role of technology in streamlining operations and improving efficiency. It explores various digital tools and platforms that can be used to automate repetitive tasks, enhance communication, and provide real-time insights into organizational performance. The text suggests that investing in technology is a key strategy for staying competitive in a rapidly changing market.

4. The final section discusses the importance of human resources and employee development. It emphasizes that a skilled and motivated workforce is critical to the success of any organization. The document outlines strategies for recruitment, training, and performance management, as well as the benefits of a positive work environment and employee engagement programs.





JO. ALBERTI FABRICII,  
SS. THEOL. D. ET PROF. PUBL.

**BIBLIOTHECÆ  
GRÆCÆ**

**VOLUMEN DECIMUM QUAR-  
TUM ULTIMUMQUE,**

QUO CONTINENTUR  
PARALIPOMENA QUÆDAM, ET DE SCRIPTIS  
PSEUDONYMIS ATQUE SUPPO-  
SITIS DIATRIBA,

POSTREMO AD  
UNIVERSA QUATUORDECIM  
VOLUMINA  
**INDEX GENERALIS.**

---

ACCEDUNT PRÆTER ALIA,  
*GEMISTI PLETHONIS* COMPENDIUM ZOROASTREORUM ET  
PLATONICORUM DOGMATUM, GRÆCE AC LATINE, ET  
GENUINI *BEROSICHALDÆI* FRAGMENTA, NEC NON  
EPISTOLÆ QUÆ FERUNTUR SUB FALSO  
*DIODORI SICULI* NOMINE.



**HAMBURGI,**  
**SUMTU VIDUÆ FELGINERIÆ, MDCCXXVIII.**

1. The first part of the document discusses the importance of maintaining accurate records of all transactions and activities. It emphasizes that this is crucial for ensuring transparency and accountability in the organization's operations.

2. The second part of the document outlines the various methods and tools used to collect and analyze data. It highlights the need for consistent and reliable data collection processes to support informed decision-making.


3. The third part of the document focuses on the role of technology in data management and analysis. It discusses how modern software solutions can streamline data collection, storage, and reporting, thereby improving efficiency and accuracy.

4. The fourth part of the document addresses the challenges associated with data security and privacy. It stresses the importance of implementing robust security measures to protect sensitive information from unauthorized access and breaches.

5. The fifth part of the document provides a summary of the key findings and recommendations. It concludes that a comprehensive data management strategy is essential for the organization's long-term success and growth.

MAXIME REVERENDO ATQUE  
ERUDITISSIMO  
V I R O,  
NICOLAO STAPHORST,  
PASTORI AD S. JOANNIS ÆDEM  
MERITISSIMO

S. D.  
JO ALBERTUS FABRICIUS.

erebar merito ne præfanda  
mihi esset venia pluribus ver-  
bis, quod non potuerim mi-  
hi imperare, quin tenuis mu-  
nusculi loco Tibi, VIR VE-  
NERANDE, præfens volumen confeca-  
rem: tamen satis mihi constabat & placere  
Tibi argumentum, atque imprimis oblecta-  
ri Te bonorum notitia scriptorum, sicut  
omni solidiore doctrina; nec minus pro-  
bari Tibi pro Tua in me benevolentia me-  
dio-



diocre studium quod in Græcis auctori-  
bus recensendis hac in Bibliotheca posui.

Cum itaque in votis meis hoc fuerit  
jam dudum, ut publico aliquo documen-  
to demonstrarem meam in Te observan-  
tiam, atque monumentum, transiturum  
fortasse etiam ad posteros, statuerem ami-  
citæ, quam per annos amplius triginta co-  
luimus invicem mutuo nec interrupto affe-  
ctu: spero & confido etiam illud eodem  
animo à Te exceptum iri, quo à me Tibi  
cum maxime offertur ac dedicatur, sereno  
candidoque.

Accipe igitur illud a me pignus &  
hunc prædem amoris, & favori me Tuo  
commendatum porro habe, impleque  
spes nostras & vota nuncupata toties co-  
ram, ut quemadmodum mihi nunc Di-  
vino beneficio licuit Bibliothecæ meæ  
Græcæ colophonem imponere, ita etiam  
à salvo Te ac sospite habeat Patria absolu-  
tam & ad nostra usque deductam tempo-  
ra integram Historiam Ecclesiasticam Ham-  
bur-

burgensem: cujus qui adhuc restant edendi tomi complures, quorum materiam sollerti felicitate atque incredibili studio Tuo collectam & parte magna jam elaboratam apud Te sæpenumero vidi, tanto magis flagitant & expectant omnes rerum Patriæ haud incuriosi, quo magis fidem, industriam ac sagacitatem tuam non nostris solum sed exteris quoque probasti vulgato præclaro primorum voluminum terminatione, quo historia Ecclesiæ hujus urbis, & vicinarum septentrionalium quoque non modo ab ipsis originibus suis & Caroli M. ætate exponitur illustraturque egregie ad annum usque CHRISTI millesimum ac quadringentesimum, verum etiam quam plurima alia ex ineditis panduntur monumentis, quæ lectores fugiebant, & quæ tamen cognoscere utile ducimus & jucundum.

Ita DEUS Opt. Max. firmet Tibi valetudinem, & ita addat, ut majorum tuorum decessorumque velut hereditario ju-

re maclus longævitate, & illud quod dixi Historiæ corpus, & cætera feliciter perficere possis atque perpolire, quæ affecta habes in scriniis, diplomatum usque quaque sparsorum cœptam digeri chronologico ordine notitiam, compendia scripturæ sive abbreviaturas Latinas ex Codicibus MStis collectas & litterarum ordine expositas, stemmata gentium Hamburgensium insigniorum à ducentis amplius repetita annis, & in præsens tempus per cognationes & affinitates accurate descripta, aliaque digna studio tuo, digna studiosorum expectatione. Inprimis servet Te, precor, Vitæ arbiter nostræ & Dux, ut & sacrum quod geris munus diu ornare magno cum fructu, & ex benedicta sobole atque lætis Amandi Tui incrementis amplam per multos annos & constantem gaudii materiam capere Tibi liceat. Hamb. VII. Id. April. Anni Christiani clō lō cc xxviii.

AD

## PRÆFATIO.

### AD LECTOREM.

**M**e quoque juvat, velut perfunctum longo labore, ad finem hujus operis pervenisse. Nam licet varietus mira & plerorumque præstantia atque utilitas scriptorum Græcorum, vix permittit evolventi illa, aut recensenti tedium ingens obrepere: Tamen vel ipsum annorum XXV. spatium, quanta pars vite humane, quod inter hanc Bibliothecam adernandam elapsum mihi esse sentio, satietatem quandam afferre possit etiam ei, cujus animus inquires studio & labore pascitur. Sed longe magis reverendum mihi videtur tuum, lector benevole, fastidium, atque fatigatio tua fugienda. Igitur ad finem quem mihi proposui accessisse aliquando, & colophonem me jam imponere posse voluminoso operi gaudeo, neque ulla magnas satis gratias perhibere posse me profiteor Optimo Numini, qui per totum illud tempus vitam mihi ac valetudinem viresque, rebus publice ac privatim quietis ac prosperis suppeditavit benignissime. Verum Tibi quoque, humane & erudite Lector, non levi me vinculo sentio teneri obstrictum, quod studium meum qualecunque non es aspernatus, sed benevole excipiendo ita aluisti, ut licet conscio tenuitatis meæ, tamen animum ad continuandam industriam non excusseris mihi aut deminueris, sed addideris accenderisque.

Constitueram totum opus retractando omissa à me vel perperam posita annotare: Sed copia obstitit, atque singulari hoc supplementorum Volumini reservare coëgit. Quod dum differo, dum dies diem docet, etiam melius perfectiusque spero daturum me esse, simulque tecum communicaturum que monuerunt amici, ex quibus honoris causa nomino egregium Virum JOANNEM GRAMMIUM, ex cujus humanissimis eruditissimisque litteris & observationibus multa didici, quæ jucundum erit proferre, & quæ me antea fugiebant.

Interim dum præsens Volumen excuditur, allata ad nos sunt XENOPHONTIS junioris, Patria Ephesi Ephesiaca, sive de Abrocomi & Antibiæ amoribus libri quinque, de quibus, tanquam ineditis, brevem mentionem feceram Vol. VI. p. 823. (807.) Hunc altero antiquiore Xenophonte Atheniensi non insuaviorem dixerat Politianus, locum ex libro primo Latine à se redditum referens cap. 51. Miscellaneorum. Et est sane suavis lectu ac delectabilis hic scriptor, dictio pura, elegans, candida, facilis: Narratio pressa, aperta, mirabilis, amena. Neque eum si legisset, velut in exemplum λόγῳ σαφεῖ citaturus fuisset magnus Grotius ad Ephes. IV. 29. λβ



## PRÆFATIO.

*γος σαπρός*, sermo putridus, id est obscœnus, qualia multa, credo, haberemus, si existerent Ephesiaca Xenophontis. Certe multa obscœna in Xenophonte hoc neutiquam offendas, qui quando scripserit distincte nec verbulo prodit, perinde ut nec Suidas, in cujus Codicibus libri decem Ἐφesiaκῶν numerantur, sive librarii errore sive Suidæ, nam quinque tantum libri sunt, & absolutum est narrationis filium. Scripsisse ante Heliodorum facile mihi persuaserim. Ut eum in lucem protraheret, memini ante aliquot annos operam dedisse illustrem virum Gisbertum Cuperum, sicut ex ejus litteris ad me datis didici. Idem in Epistola a) ad V. C. Zachariam Goetzium, Rectorem Osnabrugensem data 16. Maj. 1710. Significo me id agere per amicos, quos Romæ habeo amplissimæ & reverendissimæ dignitatis, ut Xenophontis Ephesiaca typis describantur, quæ in Bibliotheca quadam Florentiæ servari certior factus sum: spero me tam felicem fore ut illa impetrem. Bibliotheca illa est Monachorum Cassinensium in monasterio S. Virginis in quo Ephesiaca illa exstare notaverat Celsberr. Montfauconus itineris Italici p. 365. Ex illa Codicem Græcum nactus vir conspicuus doctrinæ & ingenio, atque Florentiæ suæ decus ingens & lumen Antonius Maria Salvinus, qui tot alios scriptores Græcos eleganti veste Florentina induit, & eadem lingua CHARITONIS Aphrodisiensis octo libros de amoribus Chereæ & Callirhoës proxime b) est daturus, etiam Xenophontis Ephesiaca Italice in lucem prostraxit primus, degli amori d' Abrocomo & d' Anthia, Florentiæ 1723. 12. vixit anno interjecto recusa curante Petro Antonio Rolli, c) Londini 1723. 12. Latinam quoque laudati Salvini versionem d) & Græca ab eodem recensita expectare jubebamur: Sed interim Xenophon emendate ac nitidis typis Græce excusus prodiit Londini, subjuncta ad calcem volutaminis perspicua Latina versione præclari viri Antonii Cocchii, Florentini, 1726. 4. e) cum qua Græcis statim ad latus posita recudendum brevi accepi in Belgio typis Leidenfibus: Sed & Anglicanam N. Roockii interpretationem f) typis exscriptam eodem Anno 1726. Argumentum totius narrationis lingua Gallica exhibuit Jollers Parisiensium cruditorum in diario nupero g) industria, addit-

a) In Epistolis de re numismatica ad Zach. Goetzium, editis Witeb. 1716. §. p. 20.

b) Giornale de' letterati d' Italia T. XXXVI. p. 331.

c) Id. p. 331.

d) Ibid.

e) Bibl. ancienne & moderne T. XXVI. p. 435. Journal des Sav. A. 1726. Dec. p. 550. A. 1728. Fevr. p. 154. A&E. Er. 1727. p. 191.

f) Journal des Sav. 1727. Juin p. 280.

g) Id. 1728. Fevr. p. 158. 173. edit. Amst.

## PRÆFATIO.

*diſque cenſuram ac iudicium, doctrina & ingenio ipſorum digniſſimum.*

*Quæ in hoc poſtremo jam Volumine Tibi à me exhibentur, Capite XI. ſunt 1.) Index ſcriptorum magnam partem adhuc ineditorum, quæ in decem volumes publici juris facere voluit I eo Al-  
latius. Hunc rariuſ obuium, mecum communicavit laudatus vir erudi-  
tiſſimus, Jo. Grammius. Quæ poſt Allatium autem interjeſto tempore  
ab aliis ſunt viris doctis in lucem protracta, illa a me in adiunctis notulis  
demonſtrata ſunt.*

*2.) Constantini Laſcaris de ſcriptoribus Græcis Calabris p. 22. &  
Siculis p. 27. Geſta SS. Apoſtolorum Petri & Pauli, Græce cum ejuſdem  
Laſcaris interpretatione. p. 36. Hæc tria depromſi ex ſplendido theſau-  
ro Antiquitatum Siciliae, quem dives Belgarum ſollertia nobis nuper  
aperuit.*

*3.) Antiuchenorum Epiſcoporum & Patriarcharum Notiitia ordi-  
ne Chronologico p. 38. & alphabetico, p. 47. excerpta ex ampla atque  
erudita diatriba Petri Boſchii, S. I. quæ in magno Actoꝝ Sanctoꝝ  
Opere Tome IV. Julii occurrit.*

*4.) SIMEONIS Theſſalonicenſis Archiepiſcopi Opus Eccleſiaſti-  
cum contra hæreſes & de ſacra liturgia, accuratius deſcriptum, & ſin-  
guloꝝ capituloꝝ argumenta, Græce & Latine p. 49.*

*5.) Index ſcriptorum laudatoꝝ in ſpeculo Naturali Vincentii  
Bellovacenſis. p. 507.*

*Capite XII. de ſcriptis Græcis pſeudonymis ac ſuppoſitis p. 125.  
Officia Critices. p. 126. vetuſ cacoethes ſcripta aliena magnis nomi-  
nibus ſupponendi p. 127. cauſæ p. 131. Criteria dijudicandi genuina à  
ſpuris ac ſuppoſitiis. p. 133. Elenchus ſcriptorum de arte Critica  
p. 134.*

*GEMISTI PLETHONIS Zoroaſtreoꝝ & Platonicoꝝ dogma-  
tum compendiam, Græce & Latine p. 137.*

*De Orofonte Chronico ſcriptoꝝ commentitio p. 145.*

*Pſeudo Calliſthenis de Vita Alexandri Magni exordioꝝ, Græce  
p. 148.*

*Index Capituloꝝ Codicis pſeudepigraphi ſcriptorum Veteris Teſta-  
menti, cum nonnullis ſupplementis p. 150.*

*PSALMUS centeſimus quinquageſimus primus cum veteri verſio-  
ne & notis p. 160.*

## PRÆFATIO.

*Fragmenta BEROSI Chaldaei ex scriptis ejus genuinis p. 175.*

*De pseudo Berofo & aliis scriptis à Joanne Anno editis p. 211.*

*Academiae Regiae Historicae Ulyssiponenfis nobile decretum, quo Academicum Annianorum & uliorum suppositorum scriptorum auctoritate nisi prohibentur, ex Actis illius Academiae, Lusitanice & Latine. p. 219.*

*Epistola venditata sub nomine Diodori Siculi, interprete V. C. Abrahami Preigero, ex laudato thesauro scriptorum & Antiquitatum Siciliae p. 229.*

*Supplementa quaedam ad Codicem Apocryphum Novi Testamenti. p. 270. Epistola S. PAULO Apostolo tributa ad Corinthios, & Corinthiorum ad Paulum, ex Armenico Latine versa a viro eruditiss. M. V. la Crose. p. 272.*

*Elenchus scriptorum de Epistola quam S. MARIA ad Messanenenses scripsisse traditur. p. 276.*

*Volumen clauditur indice generali scriptorum per universum opus tractatorum, in quo concinnando fateor me labore ingenti sed valde necessario sublevavit amicus & collega meus honoratissimus conjunctissimusque JO. CHRISTIANUS WOLFIUS, Physices ac Poëseos in Gymnasio hujus Urbis Professor, meritissimus de studiosa juventute, nec minus præclara & magna pro ingenii & doctrinae opibus spondens Orbi erudito, si quæ per fausta Venerandi eruditissimique Fratris incedens vestigia jampridem magno studio parat ac molitur, ea in lucem feliciter quod spero optoque absoluta identidem protulerit. Ei pro insigni hocce quod mihi præstitit beneficio, & longa ac difficili opera quam pro sua in me benevolentia insumsit sponte, & tedium illud omne mea causa devoravit, gratias dignas quibus verbis agam non reperio, cupio tamen confidoque esse persuasum memori hoc eum tribuisse, gratamque illius estimationem animo meo nullo tempore elapsuram. Ceterum uno omnia indice comprehendere satius esse duxi, quam diversi generis & diversorum sacrorum vel etiam idiomatum scriptores sub diversis indicibus inquirendos offerre, quia nolui committere scilicet, ut evolvere aliquid ge-*  
*stientibus etiam indice novo ad indices opus esset. Vale.*

BIBLI-



**BIBLIOTHECÆ  
GRÆCÆ  
VOLUMEN DECIMUM QUARTUM  
ULTIMUMQUE.**

---

**LIBRI VI.  
PARS QUARTA.**

---

**CAPUT XI.**

**Paralipomena quædam ad superiores libros  
complectens.**

- I. Leonis Allatii *Συμπλήτων* sive opusculorum Græcorum  
& Latinorum Vetustiorum ac Recentiorum libri X.  
Indiculus editus Romæ apud Successorem Mascardi  
A. 1668. 4.**

*Illustrissimo Domino D. ANFRANO MATTHIÆ FRANSONQ,  
Domino suo Colendiss. S.*

**V**IDE, quam improbus sim, quamque audax. Furtum jacto; nec  
communis ideo; nec Spartanz legis pœnas reformido, quarum  
altera in facientes clemmata, altera in minus provide celitantes  
animadvertunt. Quidnam est? Proferam. Cum diebus pro-  
xime



xime elapsis apud Leonem Allatum, quocum mihi hospitalis tessera est, uti soleo, diverfarer; inobservatus Diatribam intravi. En fatum! Abacus illic erat, libris confarcinatim positis (in eo enim locupletissimus, & celeberrimus hujus sæculi Scriptor suas perficit lucubrationes) ad fatietatem onustus. Accedo: & quorundam ejus operum, quæ nondum excusa sunt, indicem aspicio; hæc aspicio modo, verum etiam, Catulliano Asinio dextrior, aspectum surripio. Mox, distedendi opportunitatem nactus, hilaris, ac festinabundus è scalis delabor potius, quam descendo. Thesaurum a me subductum crederes: & quid ni? Thesaurus est, & quocunque Regio ditior, atque optabilior: Hinc, sed vide rursus, quam probus sim, quamque prodigus: ne solus invento, aut, si mavis, sublato fruerer, publici juris facere illico decrevi. Et quia plurimum tibi debeo, tibi talium divitiarum avido, transmitto. Queretur Allatius, Nil moror; & si repetundarum me postulaverit, libentissime restituum, & ejus compendio. Nam quæ exarata manerant, typis edita, & tuo nomine decorata recipiet. Sed interim caueat, ne scrinia, quæ similibus gazis crepant, evacuem, compilem. O quantum de Orbe literario bene meritorium me crederem, si rapinas hæc continuarem! Nec despero: eoque alacrius hoc, si qua potero, aggrediar, quo doctos, illustresque homines; & te potissimum doctrinæ, & generis nobilitate conspicuum, suffuranti, sed non plagiario, patrocinaturos confido. Vale mi Anfrane, & qua soles, senio inter adversa confectum, animi benignitate, cum amplexari ne desinas; qui jamdiu est, eritque dum vivet,

**Dom. Tuæ Illustr.**

**observ.**

*Andreas Peschullius.*

**Romæ Kal. April. 1668.**

**LEO-**

LEONIS ALLATII ΣΥΜΜΙΚΤΑ.

**LEONIS ALLATII  
ΣΥΜΜΙΚΤΩΝ,**

five

**Opusculorum Græcorum, & Latinorum Vetustiorum,  
ac Recentiorum,**

*(Adhuc ineditis præfixus Asteriscus.)*

**LIBER PRIMUS.**

In quo continentur:

1. **J**OANNES Phocas de locis Antiochiam inter, & Hierosolymam, nec non Syriæ, Phœnicix, & Palæstinæ. Græce & Latine.
2. *Epiphani* Hagiopolitæ Syria, & Urbs Sancta. Gr. L.
3. *Perdicæ* Ephesii Hierosolyma Gr. L.
4. Anonymus de locis Hierosolymitanis Gr. L.
5. Eugelippus de distantii locorum Terræ Sanctæ.
6. Villebrandi ab Oldenberg Itinerarium.
7. Leo Allatius de Solea Veteris Ecclesiæ.
8. Idem pro Græcorum Communionē sub specie unica.
9. Idem de Liturgia S. Jacobi.
10. Idem de Lignis S. Crucis.
11. Rituale Vetus Coptitarum Latine redditum ab Athanasio Kircherio.
12. Conradī Marpurgici S. Elisabeth Vidua Thuringiæ Lantgravia.
13. *Gabriel* Sionita de Ritibus nonnullis Maronitarum.

**LIBER SECUNDUS.**

14. *Constantini* Porphyrogennetæ Basilii Macedo, Gr. L.
15. *Joannis Cameniata* Excidium Urbis Theſſalonicæ Gr. L.
16. *Joannis Anagnostæ* de Urbis ejusdem excidio postremo Gr. Lat.
17. Ejusdem de eodem excidio Monodia Gr. L.
18. Melchior Inchoferus de Eunuchismo.
19. Leo Allatius de commentitia Papissa.
20. Lucas Holſtenius de Abaſſinorum Communionē sub unica specie.
21. Idem de Sabbathio flumine.
22. Anonymus de eodem flumine.
23. Catalogus Operum S. Joannis Damasceni, Joanni Auberto suppeditatorum ab Leone Allatio.

*Hi duo priores Symmichorum Libri a) editi sunt Colonia Agrippinae apud Jodocum Kalcovium 1653.8. Nunc eduntur auctiores & correctiores.*

## LIBER TERTIUS.

24. *Agathemeri* Orthonis filii Geographica hypotyposis. b) P. Αναξιμανδρῶ ἡ Μιλῆσι, ἀκρῆς θάλας πρῶτῶ ἐτόλμησε τὴν οἰκωμένην. Leone Allatio interprete.
25. Monumentum Adulitanum c) *Ptolemæi* Evergetæ. P. βασιλεὺς μέγας Πτολεμαῖῶ καὶ βασιλέως Πτολεμαίω. cum Interpretatione, & Notis Allatii.
26. \* *Nicephori Blemmida* d) Geographia Compendiaria. P. βολόμενῶ δὲ ὡς ἐν συνῶμῃ πάσαν τὴν οἰκωμένην ζωγραφῆσα. Allatio interprete.
27. \* Ejusd. alia de terra historia compendiosa. P. ἡ γῆ τὴν μέσην ἔπαντες ἔλαχε χώραν. Eodem interprete.
28. \* Anonymi Geographica hypotyposis. P. ἡ τῆ ἕλης γῆς περιμετρῶ σαδίων καὶ μυριάδων καὶ β, ἡραδίδοται. Allatio interprete.
29. \* *Georgii Gemisti*, e) in Strabonis Geographica. P. οὕτε τὴν θάλατταν τὴν κασπίαν ορθῶς οἰεταὶ Στραβῶν. Allatio Interprete.
30. \* Ejusd. de Figura terræ habitatae. P. τὸ τῆς γῆς τῆς οἰκωμένης σχῆμα. Allatio interprete.
31. \* Ejusd. Chorographia Thessaliae Græcolatina. P. ἡ χώρα πλὴν ἴσων ποταμῶν κλυτῶ ἐσίν. Eodem interprete.

32. Ano-

- a) Hæc duo *συμμικτῶν* Allatianorum volumina vulgata a Bartholdo Nibbio, recensui Volum. VI. hujus Bibl. p. 407. sq. (689.) Quæ autem hoc loco promittitur editio auctior & correctior, nunquam lucem vidit, quod sciam.
- b) *Agathemerem* ab eo tempore juris publici fecit *Samuel Tennulius*, ut dixi lib. IV, c. 2. §. 10. Latine venterat etiam *Petrus Morellus*, cujus pars versionis manu exarata Lugduni Batavorum occurrit inter Libros Isaci Vossii.
- c) Hæc monumentum *Aduliticum* Græcè & Latine primus ex Cosma Indopleustæ edidit Allatius Rom. 1631. 4. recensum Lugd. Bat. 1674. 8. Exstat etiam in Jacobi Spouii Miscellaneis p. 358. addita Allatii versione, Cum celeberr. Montfauconi interpretatione idem dedi lib. 3. c. 34.
- d) *Nicephori* hujus *Blemmida* paraphrasin periegeseos Dionysianæ indignam editione habuit V. C. J. Hudsonus, ut dixi Vol. XIII. p. 813. Ejus Geographia *συνοπτικῆ* citatur à Salmasio p. 276. seq. Epist. exstat etiam MS. in Coisliniana Bibl. n. ste laudato Montfaucono p. 598. & in Taurinensi, ut didici ex illustris Scipionis Maffei Epistola ad Apostolum Zenum T. VI. Dianii eruditorum Italiae p. 478. De *Blemmida* hoc dixi Volum. VI. p. 241. sq.
- e) De hæc ineditis *Gemisti* scriptis Volum. X. p. 745.

32. \* Anonymi de Istro Fluvio. Gr. L. P. ὅτι ὁ Ἰστρὸς ὁ ποταμὸς ὁ λεγόμενος φισών. Eodem interprete.
33. *Philonis* Byzantii f) de Septem Orbis Miraculis. Gr. L. Allatio Interpr. P. τῶν ἑπτὰ θαμάτων ἕκαστον φήμη μὴ γινώσκεται πᾶσιν.
34. \* Anonymi de iisdem g) cum Notis Græce, & Latine. P. ζῆνον θάσμα τῶν πάλαι πυραμίδων. Allatio interprete.
35. *Nili Doxapatrui* h) de Thronis Patriarchalibus ad Regem Rogerium. Gr. L. Πανευγέσταται αὐθέντα μετὰ εἰς μοι ἔγραψας ὑποθέσεως. Eodem interprete.
36. \* Ordo Episcoporum, & Metropolitanorum sub Patriarchis Antiocheno, & Hierosolymitano Gr. L. P. ὁ καθολικὸς ῥωμαγύρεως, ἦτοι Περσίας. Allatio interprete.
37. \* Romanæ ædificationes curatæ à Lælio Bischia ex Clerico Camerali Sacræ Romanæ Ecclesiæ *Cardinali*, ab Allatio conscriptæ Latine.
38. De Constantinopoli Vaticinia i) varia carmina.
39. \* *Danielis* k) Monachi Vaticinia varia de Constantinopoli, & aliis.
40. \* Theophili Romani l) Vaticinium in Græcam Linguam versum à *Joanne Rizenno*.

A 3

41. Maffæi

- f) Hic *Philonis* liber ab Allatio ex MS. Vaticano cum versione & notis editus Romæ 1640. 8. sæpe deinde prodit ut dixi lib. 3. c. 24 §. 4. p. 590. Auctor forsasse *Philo Heracleotes* de quo lib. 1. c. 22. §. 4. Allatum in *Philonis* versione non raro a sensu scriptoris aberrare notat & uno alteroque exemplo demonstrat V. C. Jo. Henricus Majus filius, libro secundo Observationum sacrarum p. 14. sq. Etiam *Dionysius Saluagnius Boëssius* qui eundem librum cum versione sua ex eodem Vaticano Codice vulgavit in suis Miscellaneis Lugd. 1661. 8. quædam rectius legit ut in limine statim, καὶ τῆς Ἡλίας τῆς Ἑλλάδος ἐπισημῆσαι, pro καὶ τῆς κελύους.
- g) Ex hoc incerto MS. de spectaculis quædam affert Allatius ad *Philonem*, p. 22. 37. Sicut ex *Niceta* de septem Orbis θαμάσει locum Græce è MS. Bibl. Augustanæ vulgavit *Hœschelius* ad calcem *Philonis* de Septenario p. 42. 43. Ex Anonymi Scholiis Græcis in Carmina de Septem Orbis spectaculis Allatius distribuit de *Nili* p. 7.
- h) Hoc *Nili* scriptum editum ab Allatio lib. 1. de consensu utriusque Ecclesiæ c. 24. à *Stephano le Moine* in Variis sacris T. 1. p. 211 -- 267. & *Eman. Scheffrateno* appendice ad T. 2. antiquitatis Eccles. illustratæ. Rom. 1697. fol. Vide quæ notavi ad Allatum de *Nili* p. 53. Tomo V. hujus Bibl.
- i) De Vaticiniis hæc dictum Volum VI. hujus Bibl. p. 364. sq. Nonnulla habet etiam Græce ac Latine apud V. C. *Anselmum Bandurium* libro septimo antiquitatum CPol.
- k) De *Danielis* θράσσει sine ὀπτασίαις in quibus scriptum quot annos Imperator quisque CPol. esset victurus, vide si placet quæ è *Luitprando* & aliis notavi in Codice pseudepigrapho Veteris Test. p. 1176.
- l) *Theophili* presbyteri & clerici Romani. Vide *Lambecium* lib. V. p. 15. 69.

61. \* Anonymi in Rhetoricam Prolegomena Gr. L. P. Οἱ τὴν ἡμετέραν τέχνην Διακοσμήσαντες ῥητορῆς.
62. \* Tryphonis Sophistæ Prolegomena in Artem Rhetoricam Gr. L. P. Ἐπιθετὰ τέλη αὐτῶν εἰσὶν αἱ ἀνωτάτω ζήτησις. Φημι δὲ τὸ αἶ ἐστίν. Allatio Interprete.
63. \* Joannis Doxapatrui Prolegomena in Artem Rhetoricam. P. πᾶσα ζήτησις εἰς ταῦτα καὶ μόνον. Ex Cod. Vat. mf. Gr. 106. p. 1.
64. \* Joannis Itali methodus Rhetoricæ per Synopsis exposita. P. Ἡ ῥητορικὴ μέθοδος ἐστὶν ἐξ ἐνόσεων. Ex Vat. Cod. mf. Gr. 316. pag. 141.
65. \* Maximi Planudis Prolegomena in Artem Rhetoricam. P. τὴν ῥητορικὴν Διαφορῶν τινὲς ὀρίζονται. Ex Cod. mf. Vat. Gr. 1466. pag. 1.
66. \* Expositionum in Artem Rhetoricam, cum a Christianis tum ab Ethnicis traditarum. Gr. L. P. περὶ τῶν ἀκριβῶν ἐκθέσεως τῶν κατὰ μέτρον ἐπιπέδων ἐν τῷ παρόντι θεωρηθῆναι πονήματι. Allatio Interprete.
67. \* Matthæi Camariotæ Compendium u) in Rhetoricis Exercitationes Gr. L. P. Ὁρῶν προγυμνασμάτων. Προγυμνασμά ἐστι, Allatio Interprete.
68. Longini Philosophi Prolegomena w) in Ephæstionis Enchiridion Gr. L. P. Ἄλλ' αἶτις τῶν μέτρων θεωρία. Allatio Interprete.
69. \* Troili Sophistæ in Artem Rhetoricam Hermogenis Gr. L. P. Ἐπιθετὸν ἐστὶ τῆς ῥητορικῆς ἀρχήματα τέχνης. Interprete Allatio.
70. Anonymi Rhetorica Problemata x) εἰς τὰς εἴσεις Gr. L. P. Νέμεται ἐκείνου, τὴν ὀρφανὴν, μήτε τὴν ἐπίτροπον αὐτῆς. Allatio Interprete.
71. \* Georgii Pachymera de Probationibus Gr. L. P. Πᾶν κεφάλαιον κατασκευάζεται. Allatio Interprete.
72. \* Romani Sophistæ περὶ ἀνεμένων κανόνων Gr. L. P. Οὐκ ἀγνοῶ μὲν αἰς πληρῶς καὶ περὶ ὅρων εἶναι δόξαν. Allatio Interprete.

73. Les-

u) Hoc Compendium quod MS. etiam existat in Bibl. Bodlejana, longe diversum est a Compendio Rhetorices, quod sub Matthæi Camariotæ nomine edidit David Hoeschelinus, incipitque: ῥητορικῆς λόγος τρία καθέστηκεν εἶδη, & ab altero quod MS. in Bibl. Vindobonensi memorat Lambecius Lib. V. p. 182. cujus est initium: ῥητορικὴ ἐστὶ δύναμις τεχνική.

w) Edidit Græce & Latine eruditiss. vir & cum magna harrumce litterarum jaçtura anno supradictæ 1726. denatus Joannes Boissonnas, in operibus Nicolai Boilavii Despræi, Paris. 1712. 4. p. 737.

x) Hæc problemata Græce ex MS. vulgaverat Joannes Hæwedelius ὁ μακαρίτης cum Latina versione, Hamburg 1612. 8.

73. \* *Lesbonactis* sive *Libonactis* Ethnicodialecti. Gr. P. Σχημά ἐστὶ λόγῳ παλοκῆ τῶν ἔργων μερῶν κατὰ τινὰ Διάλεκτον.
74. \* *Synopsis figurarum, quarum Hermogenes meminit in libris de inventione, & de Ideis*: Gr. L. P. Στερογγύλον σχῆμα ἐστὶ τῆδε. Allatio Interprete.
75. *Tiberii Sophistæ de Figuris apud Demosthenem* xx) Gr. L. P. μέλλοντι τὴν τῶν σχημάτων θεωρίαν τὴν παρὰ Δημοσθένει κατανοεῖν. Allatio Interprete.
76. \* *Herodiani de Figuris*. Gr. L. P. σχῆμα ἐστὶν ἐξάλλαξις φράσεως ὡστὶ ἔκαστα ἀλλήλων ἐπὶ τὸ κρεῖττον, cum Interpretatione & Notis Allatii.
77. *Georgii Charobosci de Tragicis Rhetoricis* γ) Gr. L. P. πάσης παλαιᾶς, καὶ νέας γραφῆς ποιητικῶν τρόποι εἰσιν. Interprete Allatio.
78. \* *Michaëlis Apostolii Byzantii de Figuris Poëticis* Gr. L. P. φράσις ἐστὶ λόγῳ ἐγκατάσκευῳ, ἢ λόγῳ. Allatio Interprete.
79. \* *Leonis Allatii de Sophocle, & Euripide iudicium, & amborum comparatio*.
80. \* *Michaëlis Pfellii*, quæ sit Historiarum differentia, quarum alteri Chariclea, z) alteri Leucippe, a) argumento sunt. Gr. L. P. πολλὰς οἶδα καὶ τῶν ἀγαθῶν πεπαιδευμένων. b) Allatio Interprete.
81. \* *Dionis Sophistæ Epistolæ* c) P. Συνίστημί σοι τὸν Φέροβρα τὴν Ἰππισολὴν ἀνδρα. Allatio Interprete.
82. \* *Incerti de componendis Cistis*. P. *Ii, qui maximis rebus agendis presunt*.
83. \* *Leonis Allatii de Cryptographia Græcorum recentiorum Epistola ad Carolum Moronum, Eminentissimi Cardinalis Barberini Bibliothecarium*.

## B

## LIBER

- xx) Edidit Græce & Lat. V. C. Thomas Galeus. Vide T. IV. huius Bibl. c. 31. p. 474.
- γ) Ediderat Græce πρῶτα versione sua Federicus Morellus Paris. 1615. 12. *Georgii Charobosci* de figuris poëticis oratoriis & Theologicis liber, Græce inscribitur *περὶ τῶν πῶν καὶ τὴν ποιητικὴν τε καὶ Θεολογικὴν χρῆσιν*.
- z) Heliodorus de amoribus Theagenis & Charicleæ.
- a) Achillis Tatii de amoribus Clitophontis & Leucippes.
- b) Eandem puto Anonymi Græci dissertationem de Achille Tatii & Heliodoro, uter alteri præferendus, quæ MS. existat Lugduni Batavor. inter libros Vosianos.
- c) Epistolæ quinque recurringt infra, libro horum *συμμίκτων* septimo num. 126.

## LIBER. SEXTUS.

84. \* *Diadochi* Episcopi Photicae Epiri in Ascensionem D. N. Jesu Christi Oratio. Gr. L. P. φέρε μοι νῦν τὰς ἰσθαίκεας ἱερῆς, ὅρα γὰρ ἐπιπικίων λόγων.
85. \* *Georgii* Hagiopolitae Oratio de Angelis Gr. L. P. καὶ πάλαι τῷ θείῳ Δαυὶδ πρὸς ἡμῶν πάντως παρελαθῆσαν τὸ πνεῦμα. Allatio Interprete.
86. \* *Leonis* Centuripini Oratio in S. Jacobum d) Apostolum Gr. L. P. ἔλικη μὲν αἰσθησις ἤδεται τοῖς ἄν' ἀντιλαμβάνεσθαι πεφικεν. Allatio Interprete.
87. \* *Leonis* e) Siculi Grammatici Laudatio in S. Nectarium Patriarcham Constantinop. Gr. L. P. Ἀρετῆν ἐπακνεῖν αἰρετόν. Allatio Interprete.
88. \* *Nicolai* Pepagomeni Laudatio in S. Iudorum Martyrem f) Gr. L. P. ἰσίδωρον τ' γενναῖον λόγους ἐγκωμιάσαι τῶν καθάπαξ ἄν' ἦν. Allatio Interprete.
89. \* *Basilii* Seleucienfis Oratio in S. Pentecostem Gr. L. P. πυκνὰ μὲν, ἀλλ' ἐπωφελῆ τ' ἐκκλησίας τὰ πνευματικά. Allatio Interprete.
90. \* *Ejusdem* in B. Jobum Oratio Gr. L. P. Ὡσπερ οἱ κτ' γῆν βασιλευσίῃς σὺν ὑπὲρ αὐτῶν ἐν παραλαύξεσιν ἀριστεύσαντες. Allatio Interprete.
91. *Ioannis* Damasceni Oratio g) in ficum exsiccatam, & Parabolam vineae Gr. L. P. κινῆ με πρὸς τὸ λαλεῖν ἂ' ἄνυπὸς αὐτῶν τ' ὁ εὖ καὶ Πατρὸς λόγῳ. Allatio Interprete.
92. \* *Ejusdem* Oratio in Hypapantem Domini Nostri Jesu Christi Gr. L. P. εἶχε μὲν ἡ τῶν γενεθλίων πανήγυρις. Allatio Interprete.
93. *Ejusd.* Oratio in Dominæ nostræ Deiparæ diem Natalem. h) Gr. L. P. Δαμπρῶς πανηγυρίζει ἡ κτίσις. Allatio Interprete.
94. *Ejusd.* Oratio in Dormitionem Deiparæ i) Gr. L. P. εἰς τοῖς ἐρωτικῶς πρὸς τι διακειμένοις, Allatio Interprete.

95. *Ejusd.*

d) Jacobum Majorem, Zebedæi F.

e) Emendandus: Possevinus ubi S. Nectarii eucomium auctore *Jonio* Siculo Grammatico memorat MS; in Bibl. Salvatoris, Messanzæ. Legendum enim *Leone*, Nectarius Patriarcha CPol, ab A. C. 381, ad 400.

f) In insula Chio A. C. 251.

g) Exstat Græc &amp; Lat. cum versione editoris in nova editione Damasceni T. 2, curante V. C. Michale le Quien p. 804.

h) Exstat in eadem editione T. 2, p. 849, addita Allatii versione.

i) In eadem editione T. 2, p. 882. Versionem Allatii dederat etiam Combesiius in Bibl. Concionatoria tomæ septimo.

95. Ejusd. Oratio in S. Barbaram Martyrem k) Gr. L. P. Ἰπέρκειται μὲν ὁμολογημένως, ἀπασαν ἐγκωμίων σύνθετον. Allatio Interprete.
96. \* Ejusdem sive potius *Joannis Euboesensis* Episcopi Oratio in diem Natalem Domini Gr. L. P. Ὁπόταν τὸ εἶος ἐπέλθῃ πρὸ τῶν σωματίων σοι-  
χῆα. Allatio Interprete.
97. \* *Nili* Chii, Metropolitæ Rhodi Laudatio in Sanctam Matronam I) Chiam Gr. L. P. Οὐ ξένα τὰ τὴν παρῆς ἡμῶν πανηγύριος. Allatio Interprete.
98. \* *S. Isidorō* Martyrium m) Gr. L. P. Κατὰ τὴν ἔκκλησίαν ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Allatio Interprete.
99. \* *Vita S. Cosmæ* Melodi n) Gr. L. Allatio Interprete.
100. \* *Nicephori Blemmide* Monachi de Vita, & rebus gestis S. P. N. Ραυ-  
λι Latrensis Gr. L. P. Μάτην οἱ πολλοὶ τῶν χρόνων αἰτίων ἀξίωσιν εἶναι  
ἔπει τὰ καλά ζῆλα. Allatio Interprete.
101. *Georgii Trapezuntii* de Andrea o) Chio:
102. \* *Ioannis Stauracii* Chartophylacis Theffalonicensis Oratio in Mira-  
cula Myrorrhœ Magni Demetrii Gr. L. P. Ὁ λόγος τῶν μυρορροῶν  
Δημητρίου τῆς θαύμασας. Πῶ γὰρ δίκαιον τὴν τοσούτων θαυμάτων.  
Allatio Interprete.
103. \* *Georgii* Grammatici Laudatio in S. Barbaram Gr. L. P. Ἔστι μὲν  
ἄξιός ἐκ ἀξίως ἐπισφαλές τῶν ὑπὲρ ἀξίαν ἐφάπτεσθαι. Allatio Inter-  
prete.
104. *Evodii* Martyrium Quadraginta duorum Martyrum p) Gr. L. P.  
θαυρά μὲν παρῆς πανηγύριος ἢ ὑπόθεσις. Allatio Interprete.

B 2

105. Theo-

k) T. 2. laudatæ editionis p. 886. cum versione laudati Michaelis le Quien.

l) Loca ex hac laudatione affert Allatius de Niliis p. 79. (Vol. V. hujus Bibl.) & de purgato-  
rio p. 762.

m) Idem nisi. for quod Græce MS. in Bibl. Cæsarea memorat Lambecius VIII. p. 81. & La-  
tine exstat apud Surium 5. Febr. ubi Simeoni Metaphrastæ auctori tribuitur.

n) Incip. τιμῶν ἐστὶν ἀξίον τὸς ἐφουρηκότας τὰ κάλλιστα.

o) Andreæ hujus Martyrium CPoli à Turcis A. 1465. peremti descriptum a Georgio Tra-  
pezuntio Latine exstat apud Surium 29. Maji & in Actis Sanctorum T. 7. Maji 29. p.  
185. Apud Surium male 1365. pro 1465. legitur idem error Volum. IX. hujus Bibl. p.  
55. emendandus.

p) Hic Evodii Sermo de XLII. Martyribus Amorienibus qui medio sæculo nono mortem  
obiere, prodiit in Actis Sanctorum T. 1. Martii, Græce quidem è MS. Vaticano p. 887.  
-- 893. cum notis Hugonis Bollii, Carthusiani, & Latine p. 460.



105. *Theodori Studitæ vita, & laudatio Magni Arsenii* q) Gr. L. P. Ἀστὴρ ἀειφανὴς ἡμῶν ἔκ ἐν τῷ ζῳδιακῷ κύκλῳ. Allatio Interprete.
- 106.\* *Theodori Studitæ laudatio in S. Bartholomæum* r) Apostolum Gr. L. P. Μίγισ αἰγῶν, προσηύσω δέ τι, καὶ κλί. Allatio Interprete.
107. *Procopii Diaconi, & Chartophylacis laudatio* s) in S. Apostolum, & Evangelistam Marcum Gr. L. P. Πάλιν Ἀποστολικὴ καὶ εὐαγγελιστικὴ πανηγυρίς, καὶ πάλιν ἐγὼ τοῖς θιασώταις. Allatio Interprete.
- 108.\* *Arsenii Archiepiscopi Corcyrensis laudatio in S. Andream Apostolum* Gr. L. P. Ζωγράφοι μὲν, καὶ λογογράφοι τὴν ἴσῃν τοῖς ἐντυγχάνουσιν προσηύσω ὠφέλιαν. Allatio Interprete.
- 109.\* *Photii Patriarchæ Constantinopolitani Epistola ad Nicolaum Papam* Gr. L. P. ὅτε τῆς ἱεραρχίας κτ' ἔν τῷ μέγεθ' ἀναλήψομαι. Interprete Allatio.
- 110.\* *Michaëlis Glycæ de Pœnitentia Salomonis* Gr. L. P. εἰ δέ τις ἐπέειξεν σοφῶς Σολομώντι μαθεῖν βέλεια. Allatio Interprete.
- 111.\* *Ejusdem de Assumptione B. M. Virginis* Gr. L. P. Περὶ δὲ τῶν συμβεβηκότων τῇ ἀειπαρθένῳ τῆς Κυρίας Μητρὸς. Allatio Interprete.
- 112.\* *Ioannis Phurnæ ad Gregorium Antigonitem de Missa Præsanctificatorum* t) Gr. L. P. Ἐμοὶ δοκεῖ, Πάτερ ἅγιε, μὴ δεῖν ἕως ἐν ταῖς ἀγίαις Τεσσαρακοσαῖς. Allatio Interprete.
- 113.\* *Leonis Allatii de fine vitæ Joannis Evangelistæ Commentarius.*

114. Ni-

- q) Etiam hæc lucem vidit Græce cum versione Johannis Pinii, S. I. in Actis Sanctorum T. 4. Julii 19. p. 617. --- 631. Arsenius ille in monte Scethy Libyæ inter anachoretas eniuit circa A. C. 455.
- r) Græce hæc etiam in Codice Colbertino 340. obvia nec dum juris publici facta est quod sciam. Latina versio verus, Anastasii fortasse Bibl. Romani, vulgata à Luca Dacherio T. 3. spicilegii p. 13. (T. 2. edit. novæ p. 123.) & à Combefisio T. 7. Bibl. Concionatorix p. 755. Incip. *Maximus quidem labor, & ut addam gloria est, Sanctorum laudes contexere.*
- s) Hæc Latine jam prodierat apud Surium 25. April. & in Bibl. Concionatoria Combefisii Tomo VI. Græce autem lucem vidit cum nova versione Joannis Francisci Albani, Urbinate, postea CLEMENTIS XI. Pontificis maximi à 23. Nov. 1700. ad 19. Mart. 1721. (tunc viginti quatuor nati annos) ante Catenam Patrum Græcorum in Marcum vulgatam à Petro Possino S. I. Rom. 1673. fol. & in Actis Sanctor. T. 3. Aprilis Latine p. 350. & Græce ad Voluminis calcem.
- t) Alia hujus Phurnæ memoravi Volum. X. p. 521.

114. Nicolai V. Vita per Jannettum Manettum u) P. *Vetus quoddam peritiorum Auctorum.*  
 115. Franciscus Philelphus in Vitam Nicolai Papæ V.

## LIBER SEPTIMUS.

116. *Himerii* Sophistæ Oratio Epithalamica x) in Severum cum præmeditatione Gr. L. P. *Ἀπόλλωνά Φασι μὲν ἄς μεγάλας νίκας.* Allatio Interprete.  
 117. Ejusdem Polemarchicus Gr. L. P. *Ὁν τοῖς ψέγουσι ἔν νόμον ἐπὶ τῷ μνήματι ἐγνωκότων λόγων.* Allatio Interprete.  
 118. Ejusdem in Imperatorem Panathenaicus γ) incunte vere Gr. L. P. *Χαῖρε φίλον Φάει, χαρῆντι μοιδίου προσώπῳ.* Leone Allatio Interprete.  
 119. *Choricii* Sophistæ oratio in Procopium z) Sophistam Gazæum Gr. L. P. *Ἴσως μὲν ἄλογόν ἔδξω ποιῆν.* Allatio Interprete.  
 120. Ejusdem Oratio in summum a) Copiarum ducem Gr. L. P. *Ἄτοπον μὲν ἴσως ἐγχείρημα δέξει, καὶ θράσους μεσόν.* Allatio Interprete.  
 121. \* Libanii Declamationes b) nondum editæ.

B 3

122. \* Mi-

- n) Hic Jannotius Manettus Florentinus obiit Neapoli 1457. die 27. Sept. de cujus scriptis Julius Niger in historia scriptorum Florentinorum p. 234. sq. & V. C. Petrus Burmannus præf. ad Tom. IX. thesauri Italizæ & qui in tomo illo occurrit Naldus Naldius in Manetti vita.  
 x) Græce & Latine hanc & duas proximas *Himerii* λαλιας edidit vir eruditiss. Jo. *Henricus Majus* F. in Catalogo MSS. Bibl. instructissimæ Uffenbachianæ p. 591. 606. 631. Haec Sax. 1720. fol. Cæterum viginti *Himerii* declamationes antea non vulgatas in lucem prolatum se promiserat Allatius p. 177. Apium Urbanarum.  
 γ) Hunc Græce dedi Volum. IX. hujus Bibl. p. 426. Græce etiam separatim eodem Ao 1719. Gieslæ in 8. laudatus Majus tum quibusdam ex Anthologia inedita Græcis Epigrammatibus. Sed Græce & Latine, ut dixi in Catalogo MSS. Bibl. nobilissimæ Zachariæ Conradi ab Uffenbach p. 631. --- 656.  
 z) Hæc Oratio *Procopii* vulgata a me est Volum. VIII. p. 481. cum versione Clarissimi conjunctissimiq; Collegæ mei Jo. *Christiani Wolffii*, Physicæ & Poëtices in Gymnasio hujus Urbis Professoris dignissimi.  
 a) *Εἰς Σύμμικτον, ἑρατὴ γλῶττη.* Etiam hanc dare me memini Volum. VIII. p. 863. cum versione desideratissimi Viri *Guilelmi de Hertoge*, Hamburgeñsis, J. U. L. quem acerbum satum A. 1725. d. 15. Jun. in flore ætatis, patriæ quæ præclara quæque ab eo sibi promittebat, eripuit.  
 b) alia Libanii ediderat Allatius in excerptis Rhetorum, Rom. 1641. 8.

122. \* *Michaelis PSELLI* in Pulicem Oratio Gr. L. P. Τὸν κἀνωπά Φασιν  
ὡς ἐλεφαντα, καὶ ἵνα γε καθ' εἰρμὸν ὁ λόγος προίσι. Allatio Inter-  
prete.
123. \* *Ejusdem*, pediculi Laudatio Gr. L. P. Ἄλλ' ὁ Φθέρῃ ἴσως τῆ Ψύλλῃ τῆ  
ἐυφημίας ἐπιβασκῆνεεν. Allatio Interprete.
124. \* *Michaelis APOSTOLII* Oratio Funeris in Bessarionem Cardinalem  
Gr. L. P. Ἐμελλον ἄρα καὶ πολλὰ ἐκεῖνα δεινὰ, καὶ τῆς ἱεραῆς, καὶ  
Φίλης με πατερίδου. Allatio Interprete.
125. \* *Ejusd.* προσφώνημα in Bessarionem Cardinalem. P. Τάγαθὰ τῶν  
ἔργων θεοτάτῃ καρδινάλιον. Allatio Interprete.
126. \* *Dionis Sophistæ* Epistolæ V. c) Gr. L. P. Συνίστημί σοι τὸ φέροντα  
τὴν ἐπιστολὴν, ἄνδρα. Allatio Interprete.
127. Vita Julii Cæsaris Lagallæ d) scriptore Leone Allatio.
128. \* *Constantini* discipuli Leonis Philosophi carmina Elegiaca ad eum-  
dem. P. μυρία μὲν δεδάηκας ὅσα προγενέστεροι ἄνδρες.
129. \* *Leonis* Philosophi ad Carmina Constantini Responsio, & alia ejus-  
dem, varii argumenti. P. πολλοὶ με τωθάξασσι γλώσση κερτῆμω.
130. *Nossidis*, e) *Myrus*, & *Amyta* Epigrammata Græca nondum edita.  
P. Εἰς ἐρωτα. Ἄδιον εἶδεν ἐρωτῆσαι, πᾶ δ' ὄλβια δεύτερα πάντα.
131. Carmina de Herbis. P. τῆς πυρέθιοντος πὲ χαμαίμηλον. ee)
132. \* *Philippi* Thessalonicensis Poëtæ antiqui Carmina non edita. P.  
Ἄναθημα τῷ Ποσειδῶνι ὡς καὶ Χαρικλῆος. Ἄγκυραν ἐμβρουϊκὸν ἐρυσσ-  
νήϊδα.
133. \* *Leonidis* Tarentini, sive alterius Poëtæ antiqui Epigrammata non  
edita. P. Εἰς Μηλῶν, καὶ Σατύρην τὰς αὐλητρίδας. P. Μηλῶν, καὶ Σα-  
τύρη τανυήλικες ἀνπηγείδω.

134. \* Ano-

c) hæc jam memoratæ supra n. 81.

d) Vita Lagallæ sæpius excusæ, ut dixi Vol. X, p. 413.

e) Hæc jam omnia typis exscripta puto existare, nam *Nossidis* Locrensis (quæ Dorice scripsit)  
quatuor Epigrammata ex inedita Agathicæ Anthologia publicavit V. C. Rich. Bentlejus  
in libro Anglice vulgato præ Epistolis Phalaridis p. 355. seq. Lond. 1699. 8. & alia  
quinque desideratissimus voster D. Godfridus Olearius diss. de poëtiis Græcis, Lips.  
1708. 4. §. LIII. in quibus etiam illud quod incipit: Ἄδιον εἶδεν ἐρωτῆσαι. Deci-  
mum habet Kusterus ad Svidam T. 2. p. 514. *Amyta* sive *Myra* Byzantiæ unicum  
ex eadem Anthologia inedita dedit laudatus Olearius, §. XLIX. & *Amyta* Mytilenensis  
epigrammata quatuor §. VI. quintum Holstenius ad Stephanum Byz. in τρυγᾶ,  
sextum Kusterus ad Svidam T. 3. p. 229. seq.

ee) Dedi hæc libro III, hujus Bibl. cap. 26. p. 630. seq.

134. \* Anonymi Carmina nonnulla. P. τὸσ' ἔτ' ὁ πλῆς κἀ μάτην κἀ π' ἔπλ' α.
135. \* *Constantini Rhodii Jambi* in Leonem Choerospactem, Græce. P. Ἄλλ' ὡς μέγαλευς κἀ σφαγεύς χοίρων πέλων.
136. \* Ejusdem Scoptici Jambi in Theodorum Eupuchum. P. Σοφός μὲν ἔδεις εὐρεθ' ἴσθαι ὡς θέμις.
137. \* *Theodori Paphlagonis responsa*, Jambis. P. Ἄπαντες εἰσι τῶν φρενῶν ἠήτημαί.
138. \* Leonis Allatii de Mandragora liber.
139. \* *Michaelis Pselli* Opusculum-f) de admirabilibus Lectionibus, cum Interpretatione, & Notis Leonis Allatii. Gr. L. P. Μηδὲ καινῶν ἀναγνωσμάτων εἰς ἀνήκοσ. Allatio Interprete.
140. \* *Zosimi* in Demosthenem g) Oratio Gr. L. P. Δευτέρῳ μοι λοιπὸν ἰπὶ βῆται τῷ παιανίῳ καιρός. Allatio Interprete.
141. \* *Diogenis Cynici* Epistolæ ineditæ Gr. L. P. Διογένης Ἀπολλήξειδ' εὐχαίρει. Θεβαίε Μεγαθένης ἀπεθίμην τὰ πολλὰ. Interprete Allatio.
142. \* *Cratetis* Epistolæ ineditæ. P. τοῖς ἐταίροις. Φεύγετε μὴ μέσον τῷ πλῆ τῶν κακῶν.
143. \* *Dositadi* Ara cum Scholiis. h) P. Ὁλ' ἔ' μαλιβροσ ἰσῶν.
144. \* *Gregorii Cyprii* Patriarchæ Constantinopolitani de sui ipsius Vita ita disposita, ut ab alio narrari videatur Gr. L. P. Πατρεις μὲν τῷ συντηχότι ἔ βιβλίον Κύπρ' ἠ ἠσ' ἔ. Allatio Interprete.
145. \* Leonis Allatii in Emin. Card. Barberinum Oratio Græca, cum Collegium Græcorum reviferet. P. Μέμων ὁ παῖς ὁ τ' ἠσ' ἐπ' ἀδύρω τῷ πλάμα.

146. \* Me-

f) Hunc libellum Pselli, dicatum Michaeli Cerulario, Patriarchæ CPol. servat MS. Bibliotheca Casarea, atque editione dignissimum pronunciat Lambecius Lib. VII. p. 221. seq.

g) Vir eruditissimus Franciscus Salmonius præfectus Bibl. Sorbonicæ Parisiensis in litteris ad illustrem Menckenium datus Cal. Dec. 1726. testatus est se MS. habere hanc *Zosimi* Alcalonitæ lucubrationem εἰς τὴν βίον ἔ Δημοσθένους, cui subiecta erat altera vita Demosthenis, incipiens his verbis: ὡς Δημοσθένης ἔ ρήτορος ἀναγκάσιον ἔστ' τοῖς ἐπὶ ῥητορικῆν ἀσκῶσιν.

h) *Dositada* ara sæpius prodit ut dixi lib. 3. hujus Bibl. c. 17. §. 15 sq. sed Scholiz Græca *Hannælis Holobolæ* Rhetoris, quæ simul publici juris facere Allatius voluit, adhuc in Bibliothecis latent, lecta pridem Salmonio, & H. Voßio ad Melæ II. 7. p. 214. laudata.

146. \* *Methodii* Patriarchæ Constantinopolitani Vita Gr. L. P. Allatio Interprete.

## LIBER OCTAVUS.

147. \* *Anastasis* Antiocheni Patriarchæ de coacta in Persidē Orientalium Episcoporum Synodo i) Gr. L. P. βασιλεύοντες Ἀρμένους ἔπερικησ χῶρας. Allatio Interprete.
148. \* Synodus sub Emmanuele Comneno k) Imperatore Byzantino contra Soterichum, & socios Gr. L. P. ἐπειδὴ ὁ μακρὸς χρόνος καὶ αἰεὶ τι περιεχέσθαι. Allatio Interprete.
149. \* Joannis de Ragusio, Oratoris Concilii Basiliensis missi ad Græciam, de iis, quæ Constantinopoli peracta sunt, Relatio. P. *Reverendissimi in Christo Patres, & Domini.*
150. \* Tomus Synodicus contra Ancyrantum Gr. L. P. ἡ μὲν ἐν ὧδε τῶν χειμαλισσάντων τέτων ἀγκύρας π. Allatio Interprete.
151. \* *Niceta* Chartophylacis Thessalonicensis de Dissidijs inter Græcos & Latinos, alio atque alio tempore exortis. P. ἐπὶ γρατῆαν ἂν Διδε Παυλῶν ἔ τῶν εὐσαδιανῶν ἀρχηγῶν. Allatio Interprete.
152. *Photii* Patriarchæ de nova Manichæorum l) hæresi & ortu. P. πολλοῖς ἐρωτῆτες ἀγνοούμενον, ὅθεν δὴ τὴν ἐκωνυμίαν ὁ βδελυκτὸν τέτο. Allatio Interprete.
153. \* *Methodii* Patarenensis de Libero Arbitrio m) Fragmentum Gr. L. P. ὁ μὲν ἰθακήσιος γέρον κτ ἔ τῶν ἐλλήνων μῦθον. Allatio Interprete.
154. *Georgii Gemisti* de Fato n) Gr. L. P. Πέτερε δε ὠρεῖσαι, κτ εἰμαρῆσαι ἀπαντα τα μελλοντα. Allatio Interprete.
155. \* Leonis Allatii Epistola ad Laurentium Forerum. Quid sentiant Græci de Ubiquetariis.

156. \* *Joan-*

i) Vide Volum. IX. hujus Bibl. p. 335. seq.

k) A. C. 1154. Vide Allatii vindicias Synodi Ephesinæ p. 582. sq.

l) Photii libros IV. contra Manichæos primus vulgavit Rev. noster Wolfius Tom. 1. & 2. anecdotorum Græcorum, ut dixi Volum. XIII. p. 783. Librum primum quem solum videtur etiam Allatius publicare voluisse, luce donavit celeberrimus Montfauconus. Vide Volum. IX. p. 556.

m) Vide Volum. V. p. 256.

n) Hunc Libellum Gemisti Plethonis Græce & Latine vulgatum debent studiosi clarissimo Viro Hermanno Samueli Reimaro, Hamburgensi, Lycei Wisnariensis Rectori meritisimo. Edidit autem illum cum Plethonis & Bessarionis epistolis amœbæis de eodem argumento, & Matthæi Camariotæ duabus dissertationibus quibus Gemisti de Fato sententiam oppugnat ac confutat. Lugd. Bat. 1722. 8.

156. \* *Joannis Damasceni* Libellus rectæ Fidei o) Gr. L. P. Πιστῶν οὐκ ἔσονται Πατέρα παντοκρατορα. Allatio Interprete.
157. \* Eiusdem de Virtutibus & Vitiis Gr. L. P. ἴσῃον ὅτι ἀπλῆς ἀπὸ ὁ ἀνθρώπου. Allatio interprete.
158. Eiusdem Congressus cum Saraceno p) Gr. L. P. Εἰπέ μοι ὡς Ἐπίσκοπε. Eodem Allatio Interprete.
159. \* *Georgii Trapezuntii* de Recta Christianorum Fide ad Ameram, cum capta esset Constantinopolis Gr. L. P. Πολλά ἐστὶν ἡ ἀσθενησάντα, καὶ πείσαντά με πλῆθησα. Allatio Interprete.
160. \* *Joannis Matthæi Caryophili* r) de Primatu Papæ contra Barlaamum Monachum Gr. L. P. καὶ πύτη μὲν ἀπισκυβαλίω Νεῖλῳ, καὶ ὅσοι κατ' ἐκείνον πρὸς τὴν ἀρχὴν τῆς Παπᾶς. Eodem Caryophilo Interprete.
161. *Julii Cæsaris Lagallæ* Disputatio de Sympathia & Antipathia rerum. P. *Dictionis de Sympathia et Antipathia, quid horum utroque nomine significetur.*
162. \* *Nicephoris Blemmida* de Officio Imperatoris Gr. L. P. Παλαιός τις νόμος ἐπεκράτησε τοῖς πράγμασι συμφανῶν. Allatio Interprete.
163. \* Anonymi in Cantica Canticorum expositio Gr. L. P. Πολλοὶ τῶν παρ' Ἑλλήτι σοφῶν πρὸς ἐρωτικῶν λόγων τὴν ψυχὴν ἐπ' αὐτὴν τὴν ἀργίαν ἀψίδα. Allatio interprete.
164. \* *Leonis Allatii* de Præputio Domini nostri Jesu Christi Diatriba.
165. \* Eiusdem in Hymnum Aristotelis, Hermiæ dictum Commentarius.
166. \* *Agathonis* Diaconi, & Chartophylacis, Bardanzæ Tyranni contra Synodum Sextam attentata Gr. L. P. Ὁ ἀμαρτωλὸς ἐγὼ. Cod. Gr. L. Ms. Vat. 853. p. 231. Cod. 834. p. 218.
167. *Hippolyti* Martyris expositio in Daniele s) Gr. L. Interprete Allatio.

C

168. \* *Julii*

- o) Vide Al'atii diatribam de Damasceni scriptis §. 68, & Oudini commentarios de scriptoribus Ecclesiasticis T. 1. p. 1756.
- p) Exstat in Lequiniana Damasceni editione T. I. p. 470.
- q) πρὸς τὴν ἀληθείας τῶν χριστιανῶν πίστεως. Meminit Allatius de Georgiis p. 734. Volum. X. hujus Bibl. Vide & Dissertum eruditorum Italiæ T. XVI. p. 435.
- r) De aliis hujus Caryophili scriptis dixi Volum. X. p. 415.
- s) Nescio an plura Hippolyti in Daniele habuerit Allatius, quæ dare mihi licuit T. 1. Operum sancti illius Martyris p. 272. --- 279. quibus T. 1. p. 32. additius locus ex Eustratio presb. CPol. adversus Psychopannychitas c. 19.

168. \* Julii Cæsaris Lagallæ de Cometis Opusculum. P. *Superiorum rerum notitiam admodum exilem ad nos peruenire.*
169. \* Ejusdem, an cœlum sit animatum anima, quæ tribuit esse, & constituit vivens, sive, ut vulgo dicitur, informante. P. *Videtur apparenti veritati magis consentanea pars negativa.*
170. \* Anonymi ad summum Pontificem Epistola, de procuranda unione Græcorum Gr. L. P. *Μακαριώτατε Πάτερ. τῶν πνευμάτων τῶν μὲν ἔργου, τὰ δὲ λόγου δαίχονται, τὰ δὲ ὑπ' ἀμφοτέρων.* Allatio Interprete.
171. \* Leonis Allatii Declamatio contra Scriptionem, habita in Academia Humoristarum. P. *Scriptionem, ejusque usum, quem nonnulli admirabilem.*
172. *Demetrii* Metropolitæ Cyziceni de hæresi Jacobitarum, & Chatzitariorum t) Gr. L. P. *Ἐπειδὴ σε τὴν ὑπερφύη, καὶ τῷ ὄντι βασιλικωτάτη φύσιν.* Allatio Interprete.
173. \* Leonis Allatii in Henrici Spondani Continuationem Cæsaris Baronii Annalium Notæ. P. *Scribis ad me, Vir humanissime, maxima te capi admiratione.*

## LIBER NONUS.

174. \* *Olympiodori* Philosophi Alexandrini u) *Εἰς τὸ κατ' ἐνέργειαν Σωσίμα, ὅσα δὲ εἰμὲ καὶ τῶν φιλοσόφων ἦσαν εἰρημεία.* P. *γινῆαι δὲ ἡ περιχρῆα ἀπὸ μηνὸς μέχρι κέ.*
175. *Heliodori* Philosophi x) ad Theodosium Magnum Imperatorem de *Mystica Philosophorum Arte.* P. *Σκῆπτρα γαίης μέδους ὡς πᾶν ἐμφανῆς.* Carmine Jambico.
176. *Theophrasti* Philosophi γ) de *Arte Divina.* P. *Οἱ τῶν σοφιστῶν ἄνδρες ὡσαύτῃ ῥητορες.* Carmine Jambico.
177. \* *Hierothei* z) Philosophi de *Divina sacraque Arte.* P. *Ἀπάρχομαι πρὸς ἀλέξαι ἐνφραδίσασιν.* Carmine Jambico.

178. \* *Ar-*

u) Edidit Græce & Lat. Combesius T. 2. auctarii novi p. 261. Vide Volum. X. hujus Bibl. p. 391. 396.

v) Nonnulla ex hoc scripto protuli Volum. XII. p. 764. seq.

x) Hoc integrum dedi Græce Volum. VI. p. 790. Vide & Volum. XII. p. 760. ubi & de aliis scriptis Græcis chymicis ineditis.

γ) Vide Volum. XII. p. 763.

z) ibid. p. 763. 766. 775. 776. seq.

178. \* *Archelai* Philosophi a) de Arte sacra. P. ἡ πάνσοφος καὶ θεία τέχνη τῶν σοφῶν. Carmine Jambico.
179. Ex *Democriti* b) *Physicis ac Mysticis*. P. ἡ φύσις τῆ φύσει πέπειται, καὶ φύσις τὴν φύσιν καὶ. *Dominico Pizimentio Vibonensi* Interprete.
180. \* *Anonymi* Πίνϙ ο μὴδὲως φεύγων. P. φεύγων δὲ εἰρήκασι, δηλονότι πρὸς τὸ πῦρ ἐκτίθειται δύο.
181. \* *Philosophi* cujusdam ad *Theodosium Magnum Imperatorem*. P. Τὸ ὄν παραμερῆς ἐστὶ καὶ φύσιν ἐκ τῶν εἰρημῶν συγκείμενον μαρῶν.
182. \* *Zosimi* de *Instrumentis & Caminis*. c) P. ἡ τ' ἐραμῆς καμίνου περιγραφὴ καὶται ἥς ὁ φιλόσοφος ἐμνημόνευσεν.
183. \* *Anonymi* de *Arte sacra*. P. τὰ μὲν εἰς προνομίαις ἄλλοις. ἔλθωμεν δὲ ἐπὶ τῷ περικείμενον.
184. *Stephani* *Maximi* Philosophi, & *magistri universalis ad Heraclium Magnum Imperatorem*, d) *Doctrina de Sacra & magna Scientia*. P. ὁ ἀναρχὸς καὶ ὑπέροφος.
185. *Democriti* *Physica & Mystica* e) P. βαλὼν εἰς λίτραν μίαν παρφύρας διαβολῆς λίτραν.
186. *Synopsi* Philosophi ad *Dioscurum* f) in *quendam Democriti* librum *velut Scholia*. P. τῆς πεμφθείσης μοι ἐπιστολῆς ὅσα εἰς τὸ περὶ τ' εἰς θείας *δημοκρίτου* βίβλου. *Dominico Pizimentio* Interprete.
187. *Stephani* *Alexandrini* g) *Universalis Magistri & Philosophi* magnæ, & *sacrae hujus Artis*, de *Chrysopeia*, *Actionibus novem*. Ἐν *πράξεσιν* θ'. P. θεὸν τῶν πάντων ἀγαθῶν αἴτιον, καὶ βασιλέα τῶν ὄλων καὶ τῶν ἐξ αὐτῶν. *Dominico Pizimentio* Interprete.
188. *Pelagii* *Sophistæ*. h) *Περὶ τ' θείας πύσης καὶ ἱερῆς τέχνης*. P. οἱ μὲν *πρωγενέστεροι*, καὶ ἱεραταί, καὶ ἀνάπλευσι *φιλοσοφοί*. *Dominico Pizimentio* Interprete.

C 2

189. *Stephani*

a) *ibidem* p. 764. 776.

b) Latine prodit, *Dominico Pizimentio* interprete. Vide *Volum. XII*, p. 709. 768.

c) Vide *Volum. XII*, p. 766, sq.

d) Latine vidit *Lucem* ex *Pizimentii* versione. id. p. 694. sq. & 769.

e) Congruit cum illis quæ supra num. 180.

f) Hæc *Synopsi* Græce & Latine dedi *Volum. VIII*, p. 233. seq. addc *Vol. XII*, p. 769.

g) Vide *Vol XII*, p. 766. sq.

h) id. p. 709, & 764.



189. *Ostani Philosophi ad Petasium*. i) *περὶ τῆς ἱερᾶς ἀουλῆς καὶ θείας τέχνης*. P. τῆς φύσεως τῆ ἀτρεπτον ἐν μικρῶ ὕδατι πέρεται.
190. *Nicephori Blemmide*, k) de auro conficiendo, quod idem divino auxilio opitulando confecit. P. λαβὼν σὺν θεῷ λίθον τὸν ἢ λίθον, ὃν λέγουσι λίθον τῶν σοφῶν.
191. \* *Auctores de Chemia Græci*, apud Leonem Allatium. P. ἀνοόμεα λεξικὸν καὶ σοικεῖον τῆ χρυσοποιίας.
192. *Michaelis Pselli* Epistola ad Xiphilinum l) Patriarcham de auri conficiendi ratione. Dominico Pizimentio Interprete. P. Ὁραῖς ἢ Δέσποται, ὃ ποιῆς ὁ ἐμὸς δυνάστης, ἢ τῆ ἐμῆς ψυχῆς τυραννίς.

## LIBER DECIMUS.

193. \* *Leonis Allatii de Theodori, & eorum scriptis, Diatriba.*
194. \* *Ejusdem de Nicetis & eorum scriptis Diatriba.*
195. *Ejusdem de Psellis & eorum scriptis Diatriba jam edita m) emendatior & auctior.*
196. \* *Ejusdem de Philonibus, & eorum scriptis, Diatriba.*
197. *Ejusdem de Joanne Damasceno, & ejus scriptis, ex Opere ejusdem non edito de libris Apocryphis.*
198. *Ejusdem librorum editorum elenchus. o)*

199. \* *IIIa-*

i) Vol. XII. p. 763.

k) ibidem p. 777.

l) De laïna Pizimentii versione plus simplici vice edita Vol. XII. p. 709. 767. Cæterum in Codice Cælarco apud Lambecium VIII. p. 204. hæc Pselli Epistola non Xiphilino qui ab A. C. 1064. ad 1075. sed Michaeli Cerulario dicata est, qui Patriarcha CPolitanus fuit ab A. 1043. ad 1059. In Bibliotheca illustris viri Raymondi de Kraft Ulmæ apographum Græcum ex codice MS. Parisiensibinas ejusdem argumenti Epistolas Pselli refert unam ad Michaellem Cerularium, alteram ad Xiphilinum. Vide V. C. Jo. Georgii Schellhornii amœnitates literarias T. 3. p. 98.

m) editam reddidi volumine quinto hujus Bibl.

n) Hanc vulgavit V. C. Michael le Quien in limine Tomi I. præstantissimæ sue editionis Operum Joannis Damasceni. Paris. 1712. fol.

o) Confer Volum. X. hujus Bibl. p. 407. seq.

199.\* *Illustrium Virorum Epistolæ ad Leonem Allatum, & Allatii ad eosdem rescriptæ, quorum hæc sunt nomina:*

Andreas Taurellus.	Joannes Hubertus.
Bartholom. Tortolettus	Joannes Bollandus.
Bartholdus Nihufius.	Joannes Cothunius.
Benedictus Mariottus.	Jo. Feder. Gronovius.
Bernardus Madorius.	Joannes Morinus.
Carolus a S. Antonio.	Isaacus Vossius.
Carolus Avantius.	Lælius Guidiccionus.
Carolus Chartarius.	Laurentius Foretus.
Christianus Ravius.	Lucas Waddingus.
Clemens Tosius.	Marcus Meilonius.
Elias Heingerus.	Marcus Peutingerus.
Federicus Morellus.	Melchior Incofer.
Ferdinandus Carolus.	Michael Joannes Vimbodinus.
Fortunius Licetus.	Nicolaus Heinsius.
Franciscus de Combefis.	Nicolaus Zoraccius.
Gabriel Naudæus.	Paganinus Gaudentius.
Gaspar de Simeonibus.	Paulus Bombinus.
Gotardus Voegelinus.	Philibert. de la Mayre.
Gottofred. Henschenius.	Philippus Tomasinus.
Henr. Julius Blummius.	Reinoldus Dehnius.
Henricus Valefius.	Renatus Moreau.
Hieronymus Bardus.	Simon Wagnerechius.
Jacobus Gaddius	Vincentius Marinarius.
Janus Nicius Erythræus	

*De LEONIS ALLATII, & Scriptis illius nonnullorum Clarorum Virorum Testimonia, quæ suggeret Eruditissimus Vir Carolus Moronus Eminentissimi Principis Cardinalis Barberini Bibliothecarius.*

## II. CONSTANTINI LASCARIS, Byzantini, de Scriptoribus Græcis, patria Calabris.

CONSTANTINUS LASCARIS ALPHONSO ARAGONIO, Calabriae Duci Salutem.

1. **C**UM diu mente revolyerem, Illustrissime Princeps, quantum tua te opulentissima Calabria delectet, tum propter diversas in ea Civitates, opida, vicos : tum propter jucundissimos montes colles, stagna, flumina, nec non & alia tam admiratione quam laude digna : ut venationes & honestissima corporis exercitia omittam; decrevi illustres viros ac philosophos ejus Provinciæ breviter Tibi commemorare. Existimo enim id non parvæ Tibi delectationi futurum, cum sis speculationum & antiquitatum studiosissimus. Quibus rebus quantum Calabria redundet, si explicare vellem, opus esset ingenti volumine. Video enim per Calabros Philosophos Italiam, Siciliam ac partem Græciæ nostræ illustratas fuisse. Verum ego in compendium viros litteris ac virtute insignes, quos Calabria olim protulit, congeram, incipiens à Philosophiæ parente ac uberrimo fonte Pythagora.
2. *Pythagoras* itaque patrem habuit Timefarchum, aurificem Italiæ Græcum, qui ab Insulis Tyrrhenis (quas Athenienses Tyrrhenis expulsis habitaverunt) in Samiam insulam profectus, uxorem duxit Samiam, quæ Pythagoram Samium cognomento, peperit. Hic Pythagoras in Scyto Insula vicina *Pherecydem* Philosophum audivit, quæ defuncto Ægyptios ac Babylonios Magos adiit, unde Philosophiam ac alias Scientias Samuum attulit. Ubi defunctis parentibus, Polydeuci fugiens tyrannidem, cum discipulis ferè ducentis Crotonem ac Metapontum Calabriae civitates profectus incoluit. Ibi discipuli ab eo edocti amicorum bona communia esse debere, concordiam & remp. inter se quandam constituentes, communiter vixerunt. Pythagoras multos Calabros Græcos & alios ultra quingentos reddidit doctissimos. Leges Græcis qui Italiam habitabant constituit. Dum Crotonem habitaret, uxorem duxit *Theano*, Brontini Crotoniatæ filiam, quæ a viro instructa, multa Dorice scripsit, *de vita viri sui & Epistolæ morales*. Ex hac Pythagoras suscepit *Telavgen* Gymnasii successorem, quem multi & *Empedocles* ille Agrigentinus audivit. Hic quatuor libros com-

composuit *de tetrade*, pro quo Ægyptii ipsum Deum habebant. Filias autem tres habuit, duas *Alyam* & *Erigonem* peritas, quarum exstant *Epistole*: & tertiam *Damo* ditissimam, cui moriens tres libros, quos composuerat legavit, præcipiens ut illos nunquam extra fores ædium daret. Quæ libros tanti fecit, ut ne inopia quidem coacta eos produxerit, quum magno vendere posset. Hæc moriens libros *Biscala* filia eadem qua a patre acceperat conditione reliquit. Hac vero defuncta libri ad *Philolaum* Pythagoricum pervenere.

3. *Zamolxis* Scythæ, Pythagoræ servus, Philosophus maximus fuit. Ad hunc aliosque Pythagoricos videndos *Anacharsis* Scythæ Philosophus ab Hyperboreis Scythis in Calabriam venit tempore *Phalaridis*, cujus *Epistole* adhuc exstant. Hunc *Zamolxin* & latorem legum Scythæ sui habuerunt.
4. *Philolaus* Crotoniata, Pythagoricus Philosophus primus Pythagoræ secreta edidit, à quo pecuniæ cupidissimo *Plato* ille Atheniensis in Italiam veniens ad Pythagoricos visendos, tres libros illos Pythagoræ dudum memoratos emit XL. minis Alexandrinis, quas *Dionysius* secundus Syracusanorum Tyrannus solvit. Ex quibus libris lectis tradunt *Platonem* composuisse gravissimum illud opus *de natura Mundi*, in quo *Timeum* illum Locrensem Dorice loquentem inducit.
5. *Alcmeon* Crotoniata, Pythagoricus Philosophus ac Medicus præstantissimus fuit, qui de Philosophia ac Medicina, complura scripsit, animam immortalem dixit, ac perpetuo moveri instar Solis.
6. *Milon* Crotoniata Pythagoricus celeberrimus, à cujus domo incensadum fugit Pythagoras, cum pluribus discipulis à persecutoribus peremptus est.
7. *Democides* Crotoniata, vir doctus ac Medicus excellens tempore *Darii* floruit.
8. *Orpheus* Crotoniata à Pythagoricis eruditus, Epicureus \* fuit, *Pisistrato* Atheniensium tyranno adhæsit, ubi cum degeret, *Argonautica* heroico carmine lusit, & alia.
9. *Ascon* Crotoniata, Pythagoricus Philosophus fuit & multa composuit. Sed cum sermo *de Crotone* præcesserit, oportunum visum est aliquid de Civitatis origine dicere. Croton, Strabone teste, civitas olim Græca fuit, re bellica litterisque florentissima, mater athletarum

\* Epicureus ante Epicurum.

letarum celebris, quorum septem in ludis unius Olympidis cæteros omnes superarunt: unde merito & hoc tunc ferebatur: *Postremus Crotoniatarum is primus est*: vetusque est apud nos proverbium, *quid Crotonæ salubrius?* Hujus Civitatis primus conditor fuit Mystellus Achivus nobilissimus, qui de habitanda Colonia consuluit Apollinem, quo tempore Archias Corinthius de condendis Syracusis consilium petebat. Cumque ambo à DEO interrogarentur quid in condendis urbibus optarent? Archias divitias, salubritatem Mystellus elegit. Unde factum est ut Syracusæ divitiis, Croton salubritate gauderet. Mystellus igitur ubi primum ad considerandum locum venit, cum vidisset Sibarim ædificatam, ita post a fluvio denominatam, hanc præstantiorem existimavit, reversusque ad Deum, Sibarim petebat. Turbatus vero DEUS hos protulit versus:

*Terga brevis Mystelle tuo de pectore omitte:  
Cætera perquirens, frustra en venaris iniqua,  
At rectum quodcunque datur, tu laude probato.*

Quæ cum audiisset, reversus urbem constituit, non sine Archiæ, qui tunc Syracusas condebat, adjutorio. Idem Mystellus, aliud quoque satis ambiguum oraculum accepisse fertur, id autem tale fuit? *Ubi ab æthria pluviam invenies, Civitatem ædifica.* Sed cum Æthriæ serenitatem significet, confusus ille Deum non intellegebat: verum cum multa & Apuliæ & Calabriæ loca peragrasset, pervenit tandem ad locum ipsum, ubi cum Æthria ipsius concubina longi itineris labore fessa lacrymas affatim emisisset, adeo ut terra madefieret, intellexit Mystellus oraculum, ibique Civitatem condidit, undiq; ad novam Coloniam incolis concurrentibus, multis tamen ante Pythagoræ adventum annis. Fuit igitur Croton civitas privatis & publicis gestis præclara. Nam una cum Græcis aliis adversus vicinos Barbaros dimicavit, pluresque viros magnanimos produxit, in quibus & Phayllum illum athletam, saltatorem excellentissimum: qui trireme sua vectus in auxilium Græcorum cum Atheniensibus & Lacedæmonis contra Xerxem pugnavit. Cujus beneficii post multos annos recordatus Alexander, ab Asa cum aliis Græcis, & Crotoniatis spolia Barbarorum misit. Sed omisiss Crotoniatis ad Locrenses atque alios veniamus.

10. *Timeus* Locrensis Pythagoricus, maximus Philosophus, ad quem videndum venit ille sapientissimus Plato, qui eum in operibus de Natura Mundi introduxit, in Dialogo scilicet *Timæo*.
11. *Eurytus* Locrensis, sive Tarentinus ut quidam opinantur, Pythagoricus Philosophus fuit, quem etiam vidit Plato.
12. *Zalencus* Locrensis, Pythagoricus Philosophus & Legumlator, concivibus suis Legem dedit, consulente Minerva.
13. *Theano* Locrensis mulier, Vates Lyrica fuit, quæ Lyricis versibus de Patria sua multa composuit.
14. *Xenocrates* Locrensis, Poëta heroicus ac Musicus excellentissimus fuit.
15. *Euryphonus* Locrensis vir doctus ac citharædus eximius fuit. Hujus olim statua citharam tenens apud Locros fuit. Locrensi enim Civitas olim insignis fuit, qui coloni profecti sunt a Locris Cretum fines habitantibus Evandro ductore, paullo post conditam Crotonem ac Syracusas. Nunc autem de quibusdam Rheginis dicendum.
16. *Glaucus* Pythagoricus & Musicus excellentissimus, Rheginus, Democrito, quem ipse Pythagoreum fuisse asserit, contemporaneus.
17. *Andromadas* Pythagoricus Philosophus quoque Rheginus & legumlator fuit, qui Chalcidensibus Thraciam habitantibus leges dedit.
18. *Pythagoras* alter Rheginus, vir eruditus & statuarius excellentissimus, primus statuarum proportionem consideravit, discipulus *Clearchi* Rhegini, quem *Eucherius*, Corinthius docuerat, ut ait Pausanias.
19. *Hippias* Rheginus Orator & Historicus fuit, qui primus Italiæ ac Siciliæ rerum historiam scripsit.
20. *Ibycus* Poëta Lyricus unus è novem vatibus Lyricis præclaris, Messanæ natus est Rhegino ex patre. Hic primus Sambucam Instrumentum Calabrorum invenit, multaque composuit Lyrico metro. Cumq; per Calabriam iter faceret, in sylva quadam in latrones incidit, a quibus cum se omnino sentiret interficiendum, gruibus forte volantibus ad eas dixit: vos saltem mortis meæ testes eritis, quem illi deridentes interfecere. Sed præsagium fides secuta. Nam cum latrones in theatro quodam ad spectandum sederent, atque grues casu illuc transirent, alter alteri dixere: ecce grues Ibyci. Quod cum quidam audivissent, id quod erat suspicantes, (nam vulgata fuerat homicidii fama) retulere civitatis Reçtoribus, quorum

rum mandato latrones capti ac diligenter examinati facinus confessi ac mox suspendio enecti sunt. Hinc proverbium ortum apud Græcos Latinosque Jureconsultos, Grues Ibyci, hoc est res certa certisque indiciis manifesta.

21. Rhegium Civitas, ut ait Strabo à rumpendo dicta, quod ibi Sicilia maris æstu aut terræ motu ab Italia sit abrupta. Rhegini autem Græci fuerunt coloni Chalcidensium, cum & Lacedæmonii nonnulli in Calabriam transmigrarunt.
22. *Alcman* Poëta Lyricus ex Messana fuit Civitate vetustissima, Rhegio vicina.
23. *Cynomachus* Thurinus, qui de Philosophorum opinionibus scripsit primus.
24. *Alexis* ex eadem Thurio urbe Poëta Comicus, qui ducentas & quadraginta Comœdias edidit.
25. *Hippasus* Metapontinus Philosophus Pythagoricus qui definitum esse tempus dixit Mundi mutationes. Metapontus vero fuit opidum a Pylis conditum, qui Troja capta cum Nestore navigarunt.
26. *Archytas* Mnesagoræ, vel ut alii Æfici filius, Tarentinus eximius Pythagoricus Philosophus fuit, ac Geometra insignis. Hic Platonem in Sicilia tunc cum Dionysio morantem per litteras monuit ut tyrannum caveret. Ab hoc Eudoxus Gnidius Æschinis F. Geometriam didicit. Hic cubum primus invenit, & per motum semicirculi in cylindro duas medias proportionales: fuitque Mechanicus, & columbam ligneam per se volantem construxit.
27. *Lysides* Tarentinus Pythagoricus Philosophus fuit, cujus Epistolæ adhuc exstant.
28. *Aristonicus* Tarentinus Philosophus.
29. *Heracides* Tarentinus vir eruditus, Medicus celeberrimus.
30. *Rhinthe* Tarentinus Poëta Comicus.
31. *Parmenides* Pythagoricus Philosophus Heleata, ab Helea civitate Phocensium vetusta, quam à fonte quodam Helam vocabant, inde vero Heliam & Veliam. Hic inventor Dialecticæ, mundos plures esse dixit. Contra Nearchum sive Diomedontem, armis in Lipara paratis conspiravit: & interrogatus, tyranni aurem sive nasum mordicus præcidisse, & abscissam sibi linguam in ora tyranni conspuisse, tyrannus autem à populo lapidibus obrutus perhibetur.

32. *Phavorinus* ab hac Velia, ut nonnulli, vir doctissimus, qui de Philosophia, Rhetorice & Historia multa & præclara scripsit: Plutarcho socius, cum quo sub Trajano floruit.
33. *Empedocles* Siculo Pythagoricus Philosophus & Orator, à quo *Gorgias* Leontius aliique Siculi & Philophiliam & Oratoriam audire.
34. *Charondas* Catanensis, Pythagoricus Philosophus leges dedit Chalcidensibus Siciliam & Italiam habitantibus.
35. *Pythias* & *Damon*, Syracusani, singulare par amicorum, quorum alter pro altero sese morti addixit, de quibus Plutarchus.
36. Sed prætereo alios nostros Græcos Pythagoricos Asianos, *Endoxum*, *Xenophanem* Colophonium, *Leucippum* Heleatem, *Melissum*, *Democritum*, *Heraclitum*, *Nausiphanem* & *Naucidem*, quorum *Epicurus* discipulus fuit. Omitto Civitatum origines, gesta & antiquitates, & alia quæ Te studiosissimum ac Strabonis Geographi familiarissimum latere non possunt. Verum illud iterum absque rubore memorabo, Italiam, Siciliam ac magnam Græciæ nostræ partem primum Calabriae tuæ altricis, deinde Pythagoræ suisque Pythagoricis maxime debere. Nam per annos nongentos ab ipso scilicet Pythagora usque ad Constantinum Imp. cognomento Magnum doctrina ipsa & secta Pythagorica per dictas regiones floruit. Sed cur hæc ad me scribis? inquires. Ut sic, si sint Tibi nota, gratuler scienti: sin vero, ut nota faciam, Teque Ducem illustrissimum summæ spei adolescentem, exemplo tot tantorumque Philosophorum, quos tua Calabria genuit eruditivisque, ad culmen virtutum ac maximarum rerum aviditatem cohorter. Bene valeas ac diu felix & dudum memorati Constantini similis vivas, & Constantinopolim mihi patriam infelicem à Barbarorum potestate vendices, meque Tuæ Celsitudinis obsequio paratum recipias!

### III. CONSTANTINI LASCARIS, Byzantini de scriptoribus Græcis, patria Siculis.

CONSTANTINUS LASCARIS, FERDINANDO ACUNÆ,  
*Siciliæ Pro-Regi Salutem.*

**S**i antiqui illi tantopere laboraverunt, Illustrissime Princeps, ut non solum docti efficerentur, verum etiam, ut apud posteros nomen haberent æternum: nonne & nos elaborabimus tum Patriæ tum



scientiæ amore, ut illorum jam diu oblivioni tradita nomina, ob linguæ ut arbitror nostræ ignorantiam ac librorum inopiam, instaurare & e tenebris in lucem educere, atque in hominum notitiam revocare possimus; præsertim ut Siciliæ gloriam quam de suis viris illustribus consequitur, adaugeamus. Equidem quamvis non paucos protulerit Insula celebres viros, tamen plerique ob temporis injuriam atque Græcorum calamitates ignorantur. Itaque nos quotquot potuimus ex Laërtio, Philostrato, Svida aliisque veterum monumentis carptim collectos in hoc notavimus compendio, Tibique Pro-Rex excellentissime, dicavimus, qui rerum antiquitate & ingenuis litterarum studiis apprime delectaris, & ob id, litteratos singulari benevolentia prosequeris. Exordiar ergo à Messeniis nostris, cum sit Messana primus Trinacriæ angulus, Regni que clavis & initium. Legé igitur felix, Fernande, Siciliæ decus, meque ut facis ama.

2. *Dicaearchus* Siculus Messenius, Philosophus Peripateticus, Orator ac Geometra, Aristotelis auditor: qui leges & statuta concivibus suis dedit, plurima in Philosophia scripsit, item *Peloponnesi totius descriptionem, moresque Græciæ tribus libris* complexus est: *Politiam* quoque *Lacedæmoniorum*, quam statuto quodam singulis annis legendam audiebant.
3. *Aristocles* Siculus Messenius, Philosophus Peripateticus, *decem libros de Philosophia naturali*, & totidem *in morali* edidit, item *Artem dicendi*, item *Homeri ac Platonis comparationem*, uter doctior fuerit, ubi Philosophos innumeros eorumque opiniones commemorat.
4. *Ibycus* Siculus Messenius, Historicus & Poëta, ex novem vatribus Lyricis Græciæ unus, Rheginus genere. Plura composuit lingua Dorica. Primus Sambucam instrumentum invenit. Hic in sylva quadam Calabria à latronibus captus & ab eis interimendus, ad grues casu illac volantes dixit: *saltem vos testes mortis meæ & nutritrices estote.* Quo interempto latrones die quadam in teatro spectandi gratia sedentes, cum grues forte volantes vidissent, dixerunt ad invicem: Ecce grues Ibyci. Quod quidam audiens, id quod erat suspicatus, civitatis Præfecto retulit, qui re-discussa & cognita, eos suspendio damnavit. Unde proverbium ortum est in re certa: Grues Ibyci. Quod beatus Cyrillus Divina factum Providentia affirmat.

§. *Iycus*

5. *Lycus* sive *Lupus* Latine, qui & *Busheras* vocabatur, Messenius Historicus ac Poëta, plura *de Sicilia & de Libya* conscripsit.
6. *Polyctetus* Messenius, Philosophus ac Medicus celeberrimus, qui Phalaridem Agrigentinum tyrannum morbo incurabili liberavit, sicut ex prima Phalaridis Epistola colligitur.
7. *Timotheus*\* Taurominitanus, Orator satis mordax: quem Athenienses Epitimæum, hoc est increpatorem vocabant. Is *libros octo de Sicilia & Italia* gestis composuit, item *de argumentis aliisque necessariis artis Oratoriae*, item *de omnium Historicorum erroribus*, quos amarissime carpit.
8. *Charondas* Catanæus, Pythagoricus Philosophus, legumlator, qui omnibus Chalcidensibus Italiæ & Siciliæ in eolis leges dedit.
9. *Diodorus* Siculo Argyrensis, Historicus præstantissimus, qui sub Tiberio Cæsare militavit. *Historiam* composuit *libris quadraginta*, quam *Bibliothecam* vocavit: De antiquitate Ægyptiorum, de Sicilia & aliis insulis, de bello Trojano, de gestis Alexandri & Romanorum usque ad suam ætatem, quorum sex à Poggio Florentino traducti circumferuntur. Reliqui vix inveniuntur. Ego autem omnes ejus libros vidi in Bibliotheca Imperatoris CPolitani.
10. *Demetris* sive *Ceres* mulier Sicula & legifera, teste Diodoro, quæ prima Siculos frumenti cultum docuit, cujus filia *Proserpina* eximie pulchritudinis, juxta Ennam urbem ab Oreo Molossorum Rege rapta est.
11. *Philonides* Siculo Ennensis, Medicus celeberrimus.
12. *Philistion* Siculo, Philosophus ac Medicus excellens, in Medicina præceptor Eudoxi Gnidii.
13. *Gorgias* Leontinus, Orator subtilis, discipulus Empedoclis ac Tisæ. Primus Athenis artem oratoriam publice legit, multosque docuit. Plura in arte edidit, plura composuit. Hujus *tres* exstant *Orationes* quas ego legi in Bibliotheca Florentina D. Marci.
14. *Herodicus* Leontinus, frater Gorgiæ, Medicus celeberrimus.
15. *Dinomeneus* Syracusanus literis deditus: cujus filii tyranni, scilicet *Hieron* ille litteris & musicæ deditus, *Gelon* ille potens, *Polybius* & *Thrasylbulus*.
16. *Hieron* Syracusanus tyrannus Dinomenis filius, frater Gelonis, liberalis & beneficus in litteratos & musicos.

D 3

17. Hiero-

\* leg. Timæus.

17. *Hieronimus* Syracusanus, nepos Hieronis, vir sane doctissimus sed crudelissimus fuit.
18. *Dionysus* primus Syracusanus, Hieronis nepos, vir doctus ac tyrannus crudelissimus. Scripsit *tragædias, comædias & historiam*. De hoc legitur, quod quædam vetula Himerensis in somnis viderit se cœlos conscendisse, ac sub sede Jovis virum in incendio ferrea catena vinctum: cumque quis esset interrogasset, audivisse, Siciliae homicidam esse. Post aliquot annos, cum videret Dionysii crudelitatem, somnium exposuit, quo tyrannus audito, anum ipsam interemit.
19. *Dionysus* secundus, primi filius, Philosophus ac Orator, *Platonis* discipulus *Epistolas* composuit, & *commentum in poemata Epicbarmi* Comici.
20. *Dionysus* alius Syracusanus, tyrannus crudelis, ac doctus, scripsit *tragædias, comædias & historiam*.
21. *Dion* Syracusanus tyrannus, *Platonis* discipulus, frater *Aristomachæ* uxoris primi Dionysii. Hic expulit secundum Dionysium, à quo postea fuit expulsus.
22. *Hermocrates* Syracusanus vir sane politicus & amator patriæ, miraque doctrina ornatus, pater Dionysii senioris sive socer.
23. *Epicydus & Hippocrates* fratres Pœni sed Syracusis oriundi, armis ac literis clari & copiarum ductores: fraude tamen Siculos à Romanis ad Pœnos inclinare conabantur.
24. *Archimedes* Syracusanus Philosophus ac Geometra acutissimus, artisque Mechanicæ autor, pleraque in *Geometria* scripsit & *Commentum in Homerum*. Hujus opera exposuit *Eutocius* Ascalonita, vitam vero scripsit *Proclus* Lycius.
25. *Acheus*, sive *Achivus* Latine, Syracusanus, Poëta Comicus *Comædias decem* composuit.
26. *Athenagoras* Syracusanus, vir politicus & Orator suavissimus, amatorque patriæ.
27. *Antiochus* Syracusanus Historicus, qui *Romanas* scripsit & *Siculas Historias*, quem citat Pausanias.
28. *Bion* Syracusanus Orator, qui *artem Rhetoricam* & plura composuit.
29. *Dinolochus* Syracusanus, Poëta Comicus, *Epicbarmi* discipulus, *quatuordecim Comædias* Dorice scripsit.

30. *Epicharmus* Poëta Comicus Syracufanus, vel ex Castro opido Sicanico, *Pythagoræ* auditor, Comœdiam primus invenit, itemque tres Litteras Græcas duplices. Multas præterea *Comœdias* edidit. Hic ab Hierone mulctatus est, quod lascivos versus coram Regina recitasset.
31. *Eudoxus* Siculus, Agathoclis tyranni filius, Poëta Comicus, multas composuit *Comœdias*, ex quibus oëties adeptus est victoriam.
32. *Themistogenes* Syracufanus, Historicus: *Cyri Regis ascensum*, & de patria sua, multa conscripsit.
33. *Theodorus* Syracufanus Orator, qui præter alia, multa de re militari composuit.
34. *Theocritus* Syracufanus, Poëta præstantissimus, *bucolicorum* auctor illustris. Plures scripsit *Eclogas* diverso idiomate, quorum XXXIX. exstant. Bucolicum genus, ut quidam ajunt, inventum est apud Lacedæmonios, ut alii apud Tyndaridam Siciliae urbem, quo tempore Orestes cum Iphigenia Dianæ simulacrum ex Tauris reportavit. Alii, quod verius est, Syraculis inventum asserunt. Nam cum Syracufani post multas seditones ac clades, ad concordiam, Dianæ opera rediissent, Dorici pastores hoc carminis genere psallentes Dianam celebrarunt.
35. *Callias* Syracufanus, Historicus *Historias* plures scripsit, & in his *Agathoclis* Siculi tyranni gesta.
36. *Corax*, sive *Corvus* Latine, Syracufanus, inventor & ordinator Artis Rhetoricæ sive Oratoriæ. Nam cum Syracufani à tyrannide liberi ac pacati inter se Remp. ordinassent, primus Corax incepit se exercere & vi orationis persuadere ac dissuadere, monereque omnes ad bene & libere vivendum, & ob id universis gratisimus extitit. Is orationem in tria divisit, scilicet in exordium, narrationem & epilogum: Rogatusque à concivibus, artem publice legit, & multos erudit, quorum unus *Tisias* sive *Ctesias* fuit ex concivibus pauper, qui si artem addidicisset, duplicem promiserat mercedem: edoctus vero promissam negavit. Ad judicium vocatus Tisias Coracem interrogavit: quidnam est ars oratoria? cui Corax respondit, persuadendi ars. Tisias autem ab artis hac definitione ita arguit: Si persuasero tibi, Corax, tanquam persuadens, non solvam, nam vici: si vero non persuasero, non solvam, nam non persuadens non didici artem. Corax vero e contrariis: Immo si persuasero tibi, Tisias, promissum capiam ut victor: si autem

- tem non peruafero, etiam mercedem solves, cum talem tecerim te, ut peruafero non potuerim. Tunc iudices utriusque argutiam mirati clamare coeperunt: Mali corvi malum ovum, id est gravi praecceptore gravior discipulus, quod deinde prolapsum est in proverbium, quoties e malo malum prodit. Hic Corax, teste Aristotele, *Oratoriam* primus *Artem* edidit.
37. *Ctesias* sive *Tisias* Syracusanus dudum memoratus *Coracis* praedicti discipulus & Rhetor astutus. Hos A. Gellius Protagoram & Evathlum appellat.
38. *Lyfias* ille svavissimus orator, Cephali F. *Tisiae* discipulus & *Gorgiae*, Syracusanus, unus ex decem magnis Oratoribus Graeciae, plures edidit *Epistolas*, *Artem Oratoriam*, *Orationes ultra trecentas*, ex quibus paucae exstant.
39. *Menecrates* Syracusanus Medicus celeberrimus, homines a comitiali morbo liberabat. Hic Jovem se vocari, eos autem sibi subditos, quos sanabat, voluit.
40. *Simmias* Syracusanus Philosophus fuit ac *Stilponis* auditor, cujus filiam parum pudicam duxit.
41. *Monimus* Syracusanus, Philosophus Cynicus & Diogenis Cynici filius: vir sane elegantissimus & copiosissimus, multa scripsit in *Philosophia*, famulus autem fuerat cujusdam mensarii Corinthii. Hic contempta gloria, veritatem semper appetiit.
42. *Maschus* Syracusanus, Grammaticus & Poeta fuit, qui multa scripsit, quem opinor & *Moschionem* appellatum.
43. *Sosphanes* Syracusanus, Poeta Comicus sive Tragicus, synchronus *Euripidis*, unus e *septem Tragicis* tempore Philippi & Alexandri. *Mimos viriles ac muliebres*, *Tragedias LXXIII.* scripsit, in quibus septies palmam adeptus est: Item alia tam metro quam prosa. *Platonem* hujus poemata legentem, somnum cepisse ajunt.
44. *Philemon* Syracusanus Poeta Comicus tempore Alexandri, annos vixit XC. & totidem edidit *Comedias* obiitque ex vehementi risu.
45. *Philistus* Syracusanus vel Naucratica, Historicus plura scripsit *de Sicilia*. Fuit affinis Dionysii Tyranni, & obiit in bello contra Carthaginienfes gesto.
46. *Philistus* alius Syracusanus, Historicus plura scripsit *de rebus Aegyptiacis*, *libris XII.* de *Sicanicis*, *libris XI.* Item *de Baccho*. *De Theo-*

- Theologia Aegyptiorum libris VI. De Syria & Libya.* Hic a Dionysio Seniore in exilium actus, ibi bonam Historiæ partem absolvit.
47. *Phormus* Syraculanus, Poëta Comicus, *Epicharmi* locius, *Comædiæ* inventor, cum eo gratus Geloni tyranno, & filiorum ejus Præceptor. Plures *Comædias* scripsit. Primus veste talari usus est, & scena ex pellibus rubris.
48. *Philemon* Syraculanus, sive Atheniensis, Poëta Comicus, multa edidit, unum supra centum annos vixit, cum senibus semper solidis. Postremo subdormiens vidit novem puellas dono sua exeuntes, quas cum interrogasset cur exirent? responderunt, non licet amplius hanc domum habitare: Et expergefactus narravit filio visionem, perficiensque quod componebat, obdormiscens spiritum emilit.
49. *Philemon* hujus filius, Comicus itidem poëta, *quatuor* exaravit *Comædias*.
50. *Hicetas* Philosophus Syraculanus, dixit omnia fieri harmonia & necessitate: terramque moveri juxta primum circulum, ut ait Laërtius.
51. *Orpheus* Camarinensis, Epicus, qui carmine composuit *descensum ad inferos*, & alia multa.
52. *Timagoras* Gelensis, Philosophus ac *Theophrasti* discipulus, & inde *Stilponis* superius nominati.
53. *Euclides* Gelensis, Philosophus Platonicus ac Geometra præstantissimus, alius fuit ab illo Megarensi, de quo Laërtius, & qui dialogos scripsit, ut ait Proclus in secundo sermone in primum Euclidis. Utque scribit Heron, vixit tempore Ptolemæi primi, junior Platone, sed vetustior Eratosthene & Archimede, fuitque Gelous, ut ex verbis Laërtii colligitur. Multa ab Eudoxo & Theæteto sumpta perfecit, scripsitque *elementorum libros XIII.* nam alii duo additi fuerunt ab *Hypsicle* & *Aristero* \*: item *Musicam*, *Opticam*, *Katoptrica*, *Phænomena*, *Porisinata*, *Dedomena* quæ potius *Theonis* sunt. Hic, ut ait Proclus, à Ptolemæo Rege interrogatus, essetne ulla ad Geometriam via concisior quam elementaris, respondit non esse ad Geometriam capeſſendam, regiam viam calleme ulum.
54. *Aristoteles* Siculo orator plura composuit, & *Orationem contra panegyricum Isocratis Oratoris.*

E

55. Acron

\* Lege, *Aristeo*.

55. *Acron* Agrigentinus, nobilis Philosophus ac Medicus Hippocrate antiquior, Xenonis F. Hic Athenis publice legerat una cum *Empedocle* Philosopho, multaque Dorice scripsit *de Medicina*. Huic tribuere epitaphium illud quod refert Laërtius in vita Empedoclis:  
*Acronem summum Medicum ex Acragante profectum  
 Verticis excelsi celsa sepulchra tenent.*
56. *Empedocles* Agrigentinus nobilis ac dives, Philosophus Pythagoricus, coronam auream in capite ferebat, & in pedibus ænea sutelaria, & in manibus laurum, gloriam DEI quæritans. Athenis publice legit, scripsit carmine *de naturalibus* & *de purificationibus libros duos*, carminibus quinquies mille. Item *de medicina*, metro & prosa. Nonnulli tunc primum Oratorem fuisse ajunt: sed ejus vitam Laërtius late scribit. Periit in incendio Ætnæo: nam una ex ejus crepidis æneis, quam flamma eructavit, circa montis craterem reperta est.
57. *Empedocles* alter Agrigentinus, primi nepos, poeta tragicus, scripsit *tragedias quatuor supra viginti*.
58. *Carcinus* Agrigentinus, poeta tragicus, *tragedias XVI.* composuit.
59. *Metellus* Agrigentinus, vir doctus & musicus eximius, Musicam *Platonem* docuit.
60. *Polus* Agrigentinus, Orator & magnus Sophista, *Gorgiæ* Leontini discipulus. *Græcorum* & *Barbarorum, qui in Trojam fuerant profecti, Genealogiam* exposuit.
61. *Telemachus* Agrigentinorum princeps litteris deditus: & *Calcyopenfis* à quo *Eumenides* instructus, cujus filius *Gnessidamus* pater *Theronis* tyranni Agrigentinorum & *Xenocratis*: qui omnes studiosi.
62. *Phalaris* Astypalensis, patria privatus suspicione tyrannidis, in Siciliam venit, ac svasu amicorum effectus est Agrigentinorum tyrannus. Vir sane maximus ingenio, studiosus, ac erga probos & litteratos liberalissimus. Hujus vitam Jupiter duobus annis prolongavit, ut ait Stephanus, quod humaniter tractasset *Charitonem* & *Menalippum*. Hic in tauro æneo Perillum tormenti ejus autorem primum exuri jussit, cujus *Epistole* sunt notissimæ.
63. *Demetrius* Siculus Calactianus, Historicus præstantissimus, *XX. libros de Asia* & *Europa* conscripsit.
64. *Cæcilius* qui & *Archagathus* vocabatur, Siculus ex Calacta opido, Græcus natione ac lingua, Judæus tamen lege, Orator præstantissimus

- tissimus. Romæ tempore Augusti Cæsaris publice legit. Multa composuit, *contra Phrygas libros duos, Elegantias Atticas* secundum elementa, quæ adhuc apud Svidam leguntur: *de comparatione Demosthenis & Æschinis*, item *Demosthenis & Ciceronis*, item *de stylo decem Oratorum Græciæ*.
65. *Thales* Sículus Calactianus, Orator, *successiones Philosophorum ac sectarum* descripsit.
66. *Theognis* Sículus Megarensis, Poeta moralissimus admonitivus, plures *elegias* composuit, quarum exstant nonnullæ & *admonitorium poema*.
67. *Probus* vir doctissimus ex Lilybæo, ad quem videndum & audiendum venerat *Porphyrius* ille.
68. *Stesichorus* Himerensis, Poeta Lyricus excellentissimus ac Philosophus tempore Phalaridis. Hic *Tifias* vocabatur, & quoniam choream instituit, Stesichorus appellatus est quasi stator choreæ. Fratres habuit *Marinum* Geometram & *Halianactem* legumlatorem, filiasque doctissimas. Plura Dorice scripsit, quorum nihil exstat. Idem cum *contra Helenam* scripsisset, visum amisit. *Palinodia* composita recuperavit. Hic filius fuit *Euphemii*, ut alii *Euphorbii*, ut alii *Euclidis*, ut alii *Hyetis*, ut alii *Hesiodi*. Nonnulli Metauriæ ortum memorant in Italia, nonnulli in opido Palantho Arcadiæ, atque inde profugum Catanam venisse, ibique defunctum: ante civitatis portam quæ ab ipso nomine Stesichoria dicta est, ejus sepulchrum octo columnas totidemque gradus & angulos habebat, de quo adhuc exstat testudinatam monumentum, quam D. Mariæ Bethleemitæ ædem vocant.
69. *Phocylides* Sículus ex opido Mylis, nisi potius Milesius fuit, Philosophus ac Poeta moralissimus & admonitivus, synchronus Theognidis, nam uterque claruit post bellum Trojanum annis DXLVII: Hic multa *carmina & elegos* scripsit. Exstat ejus *admonitorium poema* heroico metro utilissimum.
70. *Pythias & Damon* Siculi, Pythagoricæ sectæ, maxime invicem amicitia conjuncti. Quorum alterum cum Dionysius Syracusanus interimere decrevisset, eique tempus determinasset, ut domum profectus res suas ordinaret, alter vadem se Tyranno pro amici reditu obtulit, certus de amici constantia. Nec eum opinio tetellit, nam ille ad horam constitutam superveniens vadem liberavit. Quorum Dionysius fidem admiratus, reum absolvit, eosque oravit, ut se tertium in sodalitate reciperent.



IV. Πράξεις τῶν ἁγίων Ἀποστόλων  
 ΠΕΤΡΟΥ καὶ ΠΑΥΛΟΥ.

Ἐγένετο μὲν ἔτι ἐξελθῆν τὸν ἅγιον  
 Παῦλον ἀπὸ Γαυδομελίτης τῆς νή-  
 σου, ἐλθῆν αὐτὸν ἐπὶ Ἰταλίαν. καὶ  
 ἄκρως ἐγένετο πρὸς Ἰουδαίους τὰς ἡ-  
 σιν ἐν τῇ πρεσβυτέρᾳ τῶν πόλεων,  
 Ἰώμη, ὅτι Παῦλος ἠτήσατο πρὸς  
 Καίσαρα ἐλθῆν. Ἰσχυρὸν ἔν μεγά-  
 λῃ περιπεσίῳ καὶ ἀθυμίᾳ πολ-  
 λῇ, εἶπεν πρὸς ἑαυτὸν· ἔκ ἀρκῆ  
 ὅτι πάντας τὰς ἀδελφούς καὶ τὰς  
 γονεῖς ἡμῶν ἐθλίψεν ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ  
 καὶ ἐν Σαμαρείᾳ καὶ ἐν Παλαιστίνῃ.  
 καὶ ἔκ ἀρκῆ ἔτι ἐν ταῖς,  
 ἀλλ' ἰδὼ καὶ ἐν ταῦτα ἔρχεται, δι  
 ἐπιθέσει αἰτησάμενος Καίσαρα  
 ἵνα ἀπολέσῃ ἡμᾶς. Συνέδριον ἔν  
 ποιήσαντες πάντες οἱ Ἰουδαῖοι καὶ  
 Παῦλος, καὶ πολλὰ ταραχθήσαν-  
 τες, ἰδοὺ αὐτοῖς προσελθεῖν Νέ-  
 ρων τὸ βασιλεῖ, ὥστε μὴ ὀφθαλ-  
 ρῆσαι ἐλθεῖν ἐκ Παύλου ἐν τῇ Ῥώ-  
 μῃ. ποιήσαντες ἔν ἐνπρεπήν ἔκ ἐλί-  
 γα δῶρα, καὶ βασάσαντες μεθ'  
 ἑαυτῶν, μὲν δῆσεως προσῆλθον αὐ-  
 τῷ, λέγοντες δεύμεθά σου, ἀγαθὲ  
 βασιλεῦ, ἀποσῆλαι κελύσαι εἰς  
 πάσας τὰς ἐπαρχίας τῆς ὑμετέρας  
 εὐσεβείας, ἔκ κελύσαι ὅτι Παῦλος  
 ἔκ θλίψας τὸ πατρῶν ἡμῶν ἅπαν  
 ἐθνή. ἠτήσατο ἐλθεῖν ἐν ταῦτα, ἵνα  
 καὶ ἡμᾶς ἀπαλίσαι. καὶ ἀρκῆ  
 ἡμῶν

 IV. Gesta SS. Apostolorum  
 PETRI & PAULI.

*Constantino Lascari Interprete.*

Dum S. Paulus Apostolus à Meli-  
 ta & Gaudisio insulis recessit-  
 set, ut se ad partes Italiae con-  
 ferret: Judæi qui tunc tempo-  
 ris Romæ erant, intellexerunt  
 Paulum Romæ affuturum, &  
 propterea maxime affecti mole-  
 stia ad semetipfos dixerunt: non  
 satis est omnes fratres nostros  
 affecisse molestia in Judæa & Sa-  
 maria & Palæstina; adhuc quo-  
 que venit arroganter à Cæsare  
 postulans ut nos perderet. Con-  
 cilium fecerunt Judæi contra  
 Paulum, & cum multa tracta-  
 vissent, placuit illis Nerone-  
 m adire, ne permitteret Paulum  
 Romam intrare: & afferentes  
 munera dixerunt: Te vehemen-  
 ter rogamus, Imperator bo-  
 ne; ut omnibus tui Imperii pro-  
 vincius scribas, ut Paulus huc  
 nequaquam accedat; sufficit  
 enim nobis molestia quam à Pe-  
 tro pertulimus. Hæc audiens  
 Nero respondit: Fiat juxta pe-  
 titiones vestras, & scribemus  
 per omnia loca, ut Paulus in  
 partes Italiae non accedat. Hoc  
 quoque Simon Magus \*) con-  
 sultuit. His itaque gestis non-  
 nulli

\*) Aliter in Græco, sic nempe: Suggesterunt quoque Simoni Mago, autemque infliga-  
 runt, faceres ut sic dictum, ad partes Italiae Paulus nequaquam veniret.

ἡμῶν ἐπιβίβασθε βασιλεῦ, ἡ θλίψις  
 ἢ ἔχομεν πρὸς Πέτρον. ἀκούσας δὲ  
 ταῦτα ὁ βασιλεὺς Νέρων, ἀπέκρί-  
 θη αὐτοῖς. γίνεσθαι κτ' τὸ θέλημα  
 ὑμῶν, καὶ γράφομεν πρὸς πάσας  
 τὰς ἐπαρχίας ἡμῶν, ἵνα πανηλωτῶς  
 μὴ ὀμώσῃ τοῖς μέρεσιν Ἰταλίας.  
 ἐπιβάλλον δὲ καὶ Σίμωνι τῷ μαγῷ,  
 πρὸς καλεῖσθαι αὐτὸν, ἵνα ὡς εἴρησθαι.  
 ἐν ταῖς μέρεσιν Ἰταλίας μὴ ἐπιβῆ.  
 τῶν δὲ ἕτως πραττόντων, πρὸς ἐκ  
 τῶν μεγαλοσημαίων ἐδυνῶν καὶ βασι-  
 λεύων τῆ ἐπαγγελία ἔπειτα Πέτρον  
 ἀπέστειλαν πρὸς τὸν Παῦλον πρέσ-  
 βητι μετ' ἐπιστολῆς περιεχούσης  
 ἕτως. Παῦλε δὲλε γνήσιμ' ἔθεῖ ἔ-  
 ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ἀδελφὲ Πέ-  
 τρου ἔπειτα τῶν ἀποστόλων, ἡκί-  
 σασθαι ἐκ τῶν διδασκάλων τῶν Ἰε-  
 ρουσαλήμ ἐν αὐτῇ τῇ μεγίστῃ  
 τῶν πόλεων Ρώμῃ, ἐπὶ ἡγήσαντο  
 Καίσαρα ἔπειτα ἀποστολῆ ἐν πάσαις  
 ταῖς ἐπαρχίαις αὐτῆ, ἵνα ὅπως ἂν  
 εὐρεθῆ, ἀποκρίανθῆς. ἡμεῖς δὲ  
 ἐπιστεύσαμεν καὶ πιστεύομεν ὅτι ὡσπερ  
 ἐκ ἀπεχόμεν ὁ θεὸς τῶν δύο Φι-  
 λήμων τῶν μεγάλων ἕως ἐποίησεν,  
 ἕτως καὶ ἔχει μερίσσει ὑμᾶς ἀπ' ἀλ-  
 λήλων, τῆς ἕως ἕτε Πέτρον πρὸς  
 Παῦλον, ἕτε Παῦλον πρὸς Πέτρον.  
 ἀλλὰ κυρίως πιστεύομεν εἰς τὸν κύ-  
 ριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν, εἰς ὃν ἐβα-  
 πτίσθημεν, ὅτι ἄξιον γινώμεθα καὶ τῆ  
 ὑμῶν διδασκαλίας. Δεξάμε-  
 νος δὲ ὁ Παῦλος τῶν δύο ἀνδρας  
 τῶν ἀποσταλέντων μετ' ἐπιστολῆς  
 μηνι Μαΐου εἰκάδι, ἀσπόμενος ἐγί-  
 νησεν

nulli noviter Christiani, moniti à Petro ad Paulum legatos miserunt, hujusmodi scripta ferentes: Paule serve legitime Domini nostri JESU CHRISTI, ac Petri frater, Apostolorum primi. Audivimus à Judæorum Magistris hic existentibus, eos à Cæsare petiisse, ut omnibus provinciis scriberet te intetficiendum ubicunque inventus fores. Nos vero credimus, quod quemadmodum DEUS luminaria magna duo fecit non dividi, ita & vos duos, minime dividet; nec Petrum scilicet à Paulo, nec Paulum à Petro. Sed vero credimus in Dominum nostrum JESUM CHRISTUM in quo baptizati sumus, dignos nos fore vestra doctrina. Paulus recipiens duos viros missos cum Epistola, XX. die mensis Maji promptus factus est gratias egit Domino nostro JESU CHRISTO, ac navigans à Melita & Gaudisio, non per Africam in Italiæ partes, sed in Siciliam Syracusas se contulit, cum duobus viris missis ad eum: ac inde Rhegium Calabriae, unde Messanam, nobilem Siciliae Civitatem pervenit.

νετο καὶ εὐχαρίστησε τῷ Κυρίῳ καὶ  
 Δεωπότῃ Ἰησοῦ Χριστῷ. Ἀποπλευ-  
 σασ δὲ ἀπὸ Γαυδομελέτης, ἐκ ἐπι-  
 ἤλθεν δι' Ἀφρικῆς ὅτι πρὸ μέρη Ἰτα-  
 λίας, ἀλλ' ἐπὶ Σικελίαν ἀνέδραμον,  
 ἕως ἔφθασεν ἐν τῇ Συρακυσῶν τῇ πό-  
 λει καὶ τῶν δύο ἀνδρῶν τῶν πεμφ-  
 θέντων ἀπὸ Ῥώμης πρὸς αὐτὴν. Κα-  
 κείθεν ἀπὸ πλεύσας παρεγένετο εἰς  
 τὴν Ἐγγίον τὴν Καλαβρίας, καὶ ἀπὸ  
 τῆς Ἐγγίος ἐπέβασεν εἰς Μεσογῆν, καὶ  
 ἀφένευσεν ἐκεῖ ἐπίσκοπον Βακχυ-  
 λον ἐνόματι. Ἐξελθὼν δὲ αὐτὸς ἀπὸ  
 Μεσογῆς ἀπέπλευσεν ἕως Διδύμης,  
 καὶ ἔμεινεν ἐκεῖ νύκτα μίαν, καὶ ἐκεῖ-  
 θεν ἀποπλεύσας ἦλθεν εἰς Πολιό-  
 λης τῇ δευτέρᾳ ἡμέρᾳ.

ubi Episcopum Barchyrium  
 constituit. Mox Messana  
 grediens Tendulæ applic-  
 mans ibi per unam  
 diem: sequenti die Puti  
 concessit.

\*) Gr. *Bacchylaus*. Confer Placidum Reynam p. 93. & 195. sq. notitiæ historicæ  
 bis Messanensis & Commendatoris Abelæ Melitam illustratam lib. 2. notitia 7. p  
 T. 15. thesauri Siciliæ.

## V. ANTIOCHENORUM Episcoporum ac Patr- charum Notitia, ordine Chronologico.

*Excerpta ex PETRI BOSCHII, S. I. diatriba inserta Tomo IV.  
 Sanctor. Julii & separatim edita Antwerpæ A. 1725. 4.*

ab A. C.

1. 33. S. Petrus Apostolus.
2. 40. S. Evodius.
3. 68. S. Ignatius Theophorus, *Martyr*.
4. 108. S. Hero seu Heron, Heros.
5. 128. Cornelius.
6. 140. Eros.
7. 168. S. Theophilus.
8. 176. Maximinus.
9. 189. S. Serapion,
10. 211. S. Asclepiades.

- ab A. C.
11. 217. Philetus.
  12. 228. Zebennus sive Zebinus.
  13. 237. S. Babyllas, *Martyr*.
  14. 250. Fabius (al. Flavius, Flavianus, Fabianus.)
  15. 252. S. Demetrianus (al. Demetrius.)
  16. 260. Paulus I. *heresiarcha*.
  17. 270. S. Domnus I.
  18. 273. Timæus.
  19. 280. S. Cyrillus.
  20. 300. Tyrannus.
  21. 313. Vitalis.
  22. 318. S. Philogonius (Philogenes)
  23. 323. Paulinus I. qui & Romanus & Paulus,
  24. 324. S. Eustathius.
  25. 331. Paulinus II. *Arianus*, mensibus sex.
  26. 331. Eulalius *Arianus*.
  27. 332. Euphronius *Arianus*.
  28. 333. Flacillus (Placillus, Placetus, Phlacitus, Phacellius) *Arianus*.
  29. 345. Stephanus I. *Arianus*.
  30. 348. Leontius *Arianus*.
  31. 358. Eudoxius *Arianus*.
  32. 359. Anianus *Arianus* depositus.
  33. 361. S. Meletius.
  - A. 361. Euzoius *Arianorum* Antiochiæ patriarcha.
  - A. 362. Paulinus III. *Eustathianorum* Antiochiæ patriarcha.
  - A. 376. Dorotheus sive Theodorus *Arianorum*.
  - A. 376. Vitalis *Apollinaristarum*.
  34. 381. Flavianus I.
  - A. 388. Evagrius *Eustathianorum*.
  35. 404. Porphyrius.
  36. 413. Alexander I.
  37. 417. Theodotus I.
  38. 429. Johannes I.
  39. 432. Domnus II.
  40. 440. Maximus.
  41. 456. Basilus.
  42. 458. Acacius (al. Alexander.)

ab A. C.

43. 459. Martyrius.  
 44. 471. Petrus Fullo, *primò*: mox fugit.  
 45. 471. Julianus.  
     476. Petrus Fullo *iterum*.  
 46. 477. Johannes II.  
 47. 478. S. Stephanus II. *Martyr*.  
 48. 479. Stephanus III.  
 49. 482. Kalendio.  
     485. Petrus Fullo *tertio*.  
 50. 488. Palladius.  
 51. 499. S. Flavianus II.  
 52. 512. Severus *hæresiarcha*.  
 53. 519. Paulus II.  
 54. 521. Euphrasius.  
 55. 527. Euphræmius.  
 56. 545. Domnus III. sive Domninus.  
 57. 559. S. Anastasius I. *primo*.  
 58. 570. Gregorius I.  
     573. S. Anastasius I. *secundo*.  
 59. 599. S. Anastasius II. *Martyr*.  
 Gregorius II. videtur fictitius.  
 60. 610. Anastasius III.  
 61. 629. Athanasius *Jacobita*.  
 62. 639. Macedonius *Monothelita*.  
 63. 650. Jarius sive Georgius I. *Monothelita*.  
 64. 654. Macarius I. *hæresiarcha*.  
 65. 681. Theophanes.  
 66. 685. Alexander II.  
 67. 686. Georgius II.  
 68. 742. Stephanus IV.  
 69. 745. Theophylactus.  
 70. 751. Theodorus I. (al. II.)  
 71. 773. Theodoritus I.  
 72. 812. Jobus.  
 73. 847. Nicolaus.  
 74. 870. Stephanus V. uno die.  
 75. 870. Theodorus sive Tadufus. II. (al. III.)

ab A. C.

76. 893. Simeon  
 77. 904. Elias I.  
 78. 935. Theodosius I. vel Stephanus VI. aut Theodotus II.  
 79. medio sec. X. Theodoritus II.  
 80. medio sec. X. Agapius I.  
 81. necatus 966. Christophorus.  
 82. 970. Theodorus III.  
 83. 976. Agapius II. ejectione 988.  
 84. sec. X. & XI. Johannes III.  
 85. sec. XI. Elias II.  
 86. ante A. 1051. Georgius III.  
 87. 1051. Petrus III.  
 88. circa 1057. Theodorus IV.  
 89. Theodosius II.  
 90. circa 1078. Æmilianus.  
 91. 1089. Nicephorus Maurus.  
 92. A. 1100. Johannes IV.

*Cesit Latinis.*

93. circa 1130. Johannes antea monachus in Oxia insula.  
 94. circa 1160. Athanasius.  
 95. circa 1180. Theodosius.  
 96. usque ad 1203. Theodorus Balsamo.  
 97. Joachimus.  
 98. Dorotheus.  
 99. Simeon Julianus.  
 100. Athanasius.  
 101. David.  
 102. Cyriacus.  
 103. Dionysius.  
 104. Johannes.  
 105. Marcus.  
 106. Ignatius.  
 107. Michael.  
 108. Marcus alter.  
 109. Pachomius.  
 110. Nilus.

111. Michael, Tamerlanis tempore.  
 112. Pachomius.  
 113. Marcus III.  
 114. Joachimus.  
 115. Dorotheus, cujus tempore celebratum concilium Florentinum.
116. Michael.  
 117. Marcus.  
 118. Joachimus.  
 119. Gregorius.  
 120. Michaël.  
 121. Dorotheus.  
 122. Michael alter.  
 123. Dorotheus alter, tempore Jeremiæ, Patriarchæ CPOL.  
 124. Joachimus.  
 125. Michaël.  
 126. Joachimus alter.  
 127. Michaël.  
 128. Joachimus alter.  
 129. Joachimus cognomento Benzaiade.  
 130. Dorotheus.  
 131. Athanasius.  
 132. Ignatius.  
 133. Cyrillus.  
 134. Euthymius cognomento Carme.  
 135. Euty chius Chius.  
 136. Macarius Alepensis.  
 137. Cyrillus Macarii prioris fratris filius † A. C. 1719. exeunte  
 138. Athanasius Damascenus, † 1724. mense Augusto.

ab A. C. **JACOBITÆ.**

518. Severus, *post fugam.*  
 542. Sergius.  
 545. Paulus Niger.  
 578. Petrus.  
 600. Julianus I.

ab A. C.

604. Athanasius I.

639. Johannes I.

649. Theodorus I.

665. Severus II.

684. Athanasius II.

687. Julianus II.

709. Elias.

724. Athanasius III.

740. Johannes II.

755. Isaac.

755. Athanasius IV.

755. Georgius.

Sub eo Antipatriarchæ Johannes Callinicensis &amp; David.

790. Joseph.

793. Cyriacus.

Sub eo Antipatriarchæ Abrahamus, Simeon,

818. Dionysius I.

846. Johannes III.

878. Ignatius I.

887. Theodosius.

897. Dionysius II.

910. Johannes IV.

923. Basilius I.

936. Johannes V.

956. Johannes VI.

957. Dionysius III.

962. Abraham.

965. Johannes VII.

986. Athanasius V.

1004. Johannes VIII.

1033. Dionysius IV.

1049. Johannes IX.

1058. Athanasius VI.

1064. Johannes X.



ab A. C.

1074. Basilius II.  
 Johannes XI. vixit sub quatuor sequentibus.  
 1077. Dionysius V.  
 1086. Johannes XII.  
 1088. Dionysius VI.  
 1090. Athanasius VII.  
 1130. Johannes XIII.  
 1138. Athanasius VIII.  
 1166. Michaël I. seu magnus.  
 1199. Athanasius IX.  
 1200. Michael II.  
 1208. Johannes XIV.  
 1222. Ignatius II.  
 1253. Dionysius VII. trucidatus.  
 1253. Johannes XV.  
 1264. Ignatius III.  
 1283. Ignatius IV.  
 1293. Ignatius V.

Sub eo Ignatius qui & Michaelus & Ignatius qui & Constantinus.

*LATINI.*

1100. Bernardus.  
 1136. Radulphus.  
 1142. Aymericus.  
 1187. Radulphus II.  
 jam 1201. Petrus I.  
 1209. Petrus II.  
 1217. Pelagius Albanensis electus recusat. Nec Petrum Capuanum  
 consecrari contigit.  
 1219. Reinerius.  
 1226. — 1246. Albertus Regiensis.  
 1239. Helias Robertus videtur nullus. Vide Bosch. §. 671.  
 1268. Christianus martyr. excusa Antiochia civitate.

*TITULARES.*

- circa 1274. Opizio.  
 circa 1311. Isnardus.  
 1379. Segvinus.

ab A. C.

1409. Wenceslaus.  
 1415. Vitalis.  
 1416. Johannes.  
 1461. Ludovicus, Ord. Minor.  
 1512. Alphonfus.

*Patriarchæ Antiocheni Jacobite à tempore schismatis inter Mardenses  
 & Turabdinenses.*

Ignatius VI. dictus III. qui & Ismael Magedus, ordinatus *Marde* ab A.  
 C. 1332. ad 1365.

Patriarcha *Cilicie* post Ignatium qui & Michaël, Ignatius qui &  
 Michael II. † 1349.

dam in se suscipiens si eam non  
celebret, quid profit ei qui pro  
illa facienda donum obtulit, &  
num ad illam obeundam sit ob-  
ligatus.

75. Quodnam sit genus optimum  
eleemosynæ?

76. Si quis habeat decem numif-  
mata, præstoque sit captivus  
unus & pauperes decem, cui-  
nam ex his largietur?

77. Daturus eleemosynam num da-  
bit ipse per se an per Patrem  
spiritalem sive Confessarium?

78. Quomodo blasphemanti in Spi-  
ritum S. neque in hoc, neque in  
futuro ævo peccatum remitti-  
tur? Num quid igitur etiam in  
futuro ævo est peccatorum re-  
missio? vel num major est Spi-  
ritus Sanctus Patre Filioque?

79. Quis sensus verborum, Psal.  
CXIX. 164. septies per diem Te  
laudavi, & quænam sunt septem  
illæ laudationes?

80. Quis est qui tantas & tam mul-  
ἀσκή-

- ἀσκήσις, κακοπαθείας, θλίψις σαρκός, καὶ πεισμός, παρρησίαν, ἀγνοίαν καὶ ἐπὶ πάντων ἀπὸ ὑπομονῆς καὶ ταπεινώσεως; Ἄσπί πεῦτα; καὶ τίς ἡ ἐκτέλιξις. 266. 21.
- πῶς εἰ συμβῆι χαθῆναι ἐν τῇ εἰσοδῷ τῆς ἁγίας ἢ βρωθῆναι ὑπὸ πικρῶς, ἢ ποιήσων. 367. 36.
- πῶς ὅπως χρῆσι κοινῶν τὰς μὴ δυναμένους εἰς τὸ ναὸν παραγγιῶσαι ἀρρώστους. 368. 39.
- πῶς εἰ ἐν λήθῃ ἔῃ ἱερέως συμβαίη μὴ ὄντων ἁγιάων, καὶ καλύψῃ κενὸν τὸ ποτήριον, τί ποιήσων. 369. 21.
- ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΜΑΚΑΡΙΟΥ ΣΥΜΕΩΝ ΠΕΡΙ ΙΕΡΩΣΤΗΝΗΣ, ΠΡΟΣ ΤΙΝΑ ΤΩΝ ΕΥΛΑΒΩΝ ΜΟΝΑΧΩΝ ΙΕΡΑΣ ΔΙΑΚΟΝΙΑΣ ΗΞΙΩΜΕΝΟΝ 370. 10.
- ΤΟΥ ΣΟΦΩΤΑΤΟΥ ΚΑΙ ΛΟΓΙΩΤΑΤΟΥ ΜΑΡΚΟΥ ΕΥΓΕΝΙΚΟΥ ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΤΟΥ ΕΦΕΣΟΥ ΕΞΗΓΗΣΙΣ ΤΗΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗΣ ΑΚΟΛΟΥΘΙΑΣ. 379. 1.
- tas primus tradidit suscipiendas molestias, exercitationes, labores doloresque, afflictiones carnis & vexationes, virginitatis & sanctimonix studium, ac super omnia summam patientiam ac submissionem? Quam ob causam hæc omnia, & quæ ex his utilitas?
81. Si accidat inter inferendum effundi sacra dona Eucharistica, vel ab animali quodam consumi: ecquid faciendum?
82. Quomodo oporteat communicare infirmos, qui in templo præsentés adeste nequeunt.
83. Si per oblivionem Sacerdotis contingat unionem Sacramentalem non fieri, & vacuum ille poculum obtexerit, quid faciendum?
- EJUSDEM DE SACERDOTIO ad piorum Monachorum quendam sacro Diaconi munere ornatum, nec non ab Episcopo deinde evectum ad gradum Presbyteri.
- Sapientissimi doctissimique MARCI EUGENICI, Metropolitanæ Ephesi *Expositio Officii Ecclesiastici.*

περὶ τῆς Μεσονυκτικῆς. 380. 16.

περὶ τῆς Ὁρθρῆς. 384. 2.

περὶ τῆς Πρώτης ὥρας. 386. 1.

περὶ τῆς Τρίτης ὥρας. 386. 18.

περὶ τῆς Ἑκτης ὥρας. 386. 29.

περὶ τῆς Παναγίας. 387. 1.

περὶ τῆς Ἐνάτης ὥρας. 387. 29.

περὶ τῆς Ἑσπερινῆς. 388. 3.

περὶ τῆς Ἀποδείπνου. 388. 25.

περὶ τῶν τῆς Ἱερέως Ἐκφωνήσεων.  
389. 15.

περὶ τροπῶν. 389. 38.

περὶ Ἐιρμῶν. 389. 40.

περὶ Κανόνων. 390. 1.

περὶ καταβασίας. 390. 5.

περὶ προκειμένων. 390. 7.

περὶ τῶν Στίχων. 390. 12.

περὶ τῶν Κωντακίων. 390. 15.

περὶ Ὀίκων. 390. 22.

περὶ Ἀντιφώνων. 390. 26.

περὶ τῶν ἐν τῆς ἡμέρας δεκαπέντε γο-  
νυκλισίων. 390. 29.

Διατίθων Κοινωνικῶν λεγομένων τῶ πο-  
τήριον σωτηρίας λήψομαι ἐν τῆ  
ἑορτῆς τῆς Θεοτόκου προσάδειται.  
390. 38.

De hymno & precibus quæ media  
nocte peraguntur.

De Officio matutino.

De prima hora.

De tertia hora.

De sexta hora.

De sanctissimæ Eucharistiæ exalta-  
tione & celebratione.

De hora nona.

De Hymno Vespertino.

De Officio post Cœnam.

De Sacerdotis vocibus & acclama-  
tionibus.

De Tropariis five hymnis.

De hirmis five hymnis troparia in  
exemplum post se ducentibus.

De Canone ex pluribus hirmis con-  
stante.

De Catabasia five hirmo finali.

De Propositis ante lectiones sacras  
versibus Psalmorum.

De Psalmis per versus decantatis.

De Contacis five brevibus hymnis  
Romani Diaconi Emeseni.

De Oecis five hymnis longioribus.

De Antiphonis five hymnis choro-  
rum invicem respondentium.

De quindecim genuflexionibus in  
diebus jejunii.

De iparæ etiam canitur : *Calicem  
salutis accipiam.* Pf. CXVII. 13.

Quare inter modulos ad Sacram  
Communionem prævios in festis

## VII. INDEX SCRIPTORUM

Laudatorum

in VINCENTII, BELLOVACENSIS \*

Episcopi, Ord. Præd. Speculo Naturali,

*Compositus a me ad editionem Duacensem A. C. 1624.***P**rinceps Aboali (Avicenna) lib. VII. cap. 91.

Achamas, vide infra, Athamas.

Achilles libro de venenis XX. 46. 68. vide Alcides.

Sapientes Alchymia nominantur *Adam, Noë, Idris (Henoeh) Squilia (Sibylla) Cera, Moyses, Cato, Virgilius, Aristoteles, Alexander, Geber, Iahie, Razi, Maucienus, Abimazer, Iooannes Evangelista, Garsias & Gilbertus Cardinales, Guielmus Episcopus Huck appellatus, Ægidius Magister, Hospitalis qui extruxit librum de CXXV. lapidibus: Androitus etiam Episcopus & Apostolicus Dominicus, & Iacob Aranicus Iudeus, qui me in ista arte non pauca docuerunt.* VII. 87.

Poma Adami XII. 42.

Adelardus Bathoniensis Philosophus V. 13. 31. IX. 17. ad nepotem VI. 6. 40.

Adelinus Philosophus XIX. 97.

Ægidius Magister, supra in Adam.

Ægypti Reges XXL. 27. anatomia studiosi X. 127.

Ægyptii astrorum periti invenerunt dies malæ constellationis (infaustos, Ægyptiacos) XV. 83.

Emilianus X. 98. vid. Palladius.

Emilii versus hexametri de cygno XVI. 49.

Enigma de igne: *Destruit, emollit, restringit, consolidatque  
Terret, herificat, accendit clarificatque  
Mobilis & siccus mundusque favilla tenetur  
Crescit & ascendit sed aqua modica morietur.* IV. 3.

Æschylus XVI. 34.

Æsculapius, prologo c. 18.

O 2

EX

\* Auctor scripsit circa A. C. 1250 ut ipse testatur lib. XXXII, c. 102, unde emendandum quod lib. XV, c. 99, vitiose editum 1205. pp. 1230.

- ex libro empirices Æsculapii, magistri Hippocratis, XVI. 21. 31. 37.  
59. 153.  
libro de animalibus XVII. 32. 46. XVIII. 7. 9. 13. 30. 43. 47. 56. 68. 91.  
XIX. 21. 66. 75. 76. 82. 88. 111. 116. 120. 130. 135.  
libro de membris XIX. 74. 75.  
libro de sensibus XIX. 48.  
Ætopus Tragoædus VII. 83.  
Albertus III. 6. 7. 8. 22. 34. 53. 59. 63. 72. &c.  
de anima II. 41.  
de animalibus XVI. 71. &c.  
Albumasar IV. 74. V. 19. XV. 8. 10. 18. 36. 38. 51. 52. 53.  
Alcabitius XV. 39.  
Alchymista V. 94. VI. 79. VII. 81. 82. 84. 91. 92. 95. Ex doctrina alchymie  
VII. 6. 18. 36. 60. 70. 73. 88. Sapientes alchymie VII. 60. 87. *vid. su-  
pra*, in Adam.  
Alcides libro de venenis XX. 1. Vide Achildes.  
Alcmæon IX. 3.  
Alcman ex clarissimis Græciæ poetis XX. 144.  
Alcuinus in Genesin XXIX. 47.  
Alexander (Cornelius) XIV. 28. 36.  
Alexandri Magni Epistola ad Aristotelem XII. 43. 67.  
Alexander (Aphordif.) II. 60. 83. III. 87. 98. 101. 105. XV. 8. 14. XVI.  
79. 87. XVII. 35. 70. XVIII. 48. 62. 65. XIX. 10. 116. 134. XX.  
7. 40. XXVIII. 26. XXIV. 12. 19. 50.  
libro de intellectu & intelligibili XXVII. 39. sq. 45.  
— de motu cordis XXIII. 9.  
Alexander Christianus scriptor V. 1. 3.  
Alfarabius sive Alfarabius II. 43. 45. 58.  
lib. de sensu & sensato XXV. 38. 43. XXVII. 39. 40.  
Alfracanus s. Altraganus in iudiciis astrorum III. 97. VI. 13. XV. 22.  
Algazel (qui ante Albertum Magnum scripsit) XXIII. 41. XXVI. 40.  
Physica XXV. 54. 55. 61. 76. 91. liber secundo XXIII. 67.  
super sensu & sensato XIX. 79.  
Alkindus lib. de intellectu intelligibili XXVII. 39. 40.  
Alphabetum in cinere scribitur in dedicanda Ecclesia VI. 76.  
Liber de aluminibus & salibus V. 86. VII. 54. Vide Razis.  
S. Ambrosius in Hexaëm. *prolog.* & deinde *serpissime*. Ad Neophytos I. 38.  
Li

- Liber de anatomia XXVIII. 40. 41. 43. 55. 58. 65. 66. 72. 79. 81.  
 Anaxagoras IV. 54. IX. 3. Clazomenius XV. 4.  
 Anaxilaus VII. 66. X. 85.  
 Anaximandrus IV. 55. XI. p. 37.  
 Andreas Medicus XI. 127. dicit quod Judæi onacrotolum ajunt esse no-  
 tuam XVI. 113.  
 Androchides XIII. 27. lege Androcydes.  
 Andromachus XX. 34. liber de theriaca XX. 1. de confectiione theriacæ  
 XX. 49. 51.  
 Liber de animæ immortalitate XXIII. 31. de differentia spiritus & animæ  
 XXIII. 66. vide S. Augustinus.  
 Liber de anima & spiritu XXVII. 1. vid. Hugô.  
 Annales Romanorum XVIII. 65.  
 Anselmus libro de casu diaboli I. 33. 36. II. 88.  
 de libero arbitrio XXVII. 90. 101. de concordia liberi arbitrii & Gratia  
 XXVII. 89. 98.  
 in monologio III. 81.  
 Apocryphorum librorum usus innoxius. *prolog.* c. 9. ubi mentio Evange-  
 lii Nazaræorum, quod puram veritatem ait continere: Et de  
 quorum veritate dubitatur, libri de ortu & infantia beatæ Virginis  
 Mariæ, libri de infantia Salvatoris, libri de assumptione B. Virgi-  
 ginis. Vide & infra S. Hieronymus & S. Petrus.  
 Apollonius XV. 60.  
 Apulejus Platonicus I. 15. de Deo Socratis II. 125. de herbis X. 9.  
 Aquilæ, Symmachi & Theodotionis Epistola de avibus nobilibus & ea-  
 rum medicinis ad Ptolemæum Regem Ægypti XVI. 71.  
 Aratus III. 92.  
 Archelaus XVIII. 44.  
 Aristander de portentis arborum XII. 30.  
*Aristomenis Messenis cor hirsutum* XXI. 27.  
 Aristotelis Physica & Mathematica excerpta à fratribus, *prolog.* c. 10. lib.  
 2. c. 3. &c.  
 lib. de animalibus XVI. 160. XVII. 2. &c.  
 de causis III. 97. de causis proprietatum elementorum XXIV. 87. vide  
 infra de Causis.  
 lib. de cælo & mundo ex veteri translatione XXIV. 29. II. 11. 36. 56. III.  
 1. VI. 4. &c.

- Aristoteles de lapidibus VIII. 19. 34. &c.  
 addita libri quarti meteororum V. 86. Caput ultimum Meteororum  
 ubi agitur de metallorum transmutatione, non est Aristotelis  
 VII. 85.  
 de morte & vita XVII. 6. XXII. 68.  
 de plantis XII. 8. 18. &c. libro vegetabilium V. 8. 10. 80. 88. VI. 31.  
 VII. 7. IX. 2. XII. 4. 5. XVI. 160. XXIV. 82. &c. glossa super li-  
 bros Aristotelis XXII. 12. 13.  
 Arnoldus de Saxoniam libro de virtutibus lapidum VIII. 23. 32. 34. 39. &c.  
 de Sigillis lapidum VIII. 35.  
 Asclepiodotus IV. 58. auditor Posidonii IV. 66.  
 Astrologus XV. 43. 47.  
 Astrologi Chaldæorum XV. 14. 28. 29.  
 Athamas ita leg. pro Achamas X. 97. ex Dioscoride & Plinio.  
 Avempace Philosophus II. 57. 58.  
 Avenalpetræ astrologia III. 10. 23. 97. 100. 104.  
 liber de substantia Orbis III. 31. adde 24.  
 Averroës III. 2. 27. 35. 88. XXV. 93. XXVII. 39. 40. vide Commen-  
 tator.  
 lib. de anima II. 58. XXV. 42. XXVII. 47.  
 super librum Metaphysicæ XXIII. 67.  
 de vaporibus VII. 43.  
 S. Augustinus *Prologi* c. 6. 11. lib. I. c. 3. 4. & deinde sæpissime.  
 de immortalitate animæ XXVII. 19. XXXIII. 31. de differentia spi-  
 ritus & animæ XXXIII. 32.  
 de quantitate animæ XXXIII. 32. &c.  
 de natura boni II. 91. 100. &c.  
 de divinatione dæmonum II. 102. 103. 118. 125. XXVI. 66.  
 de doctrina humana (*leg. Christiana*) XXIV. 73.  
 ad Orosium XXIV. 44.  
 de fide ad Petrum XXIV. 31. 39. XXIX. 23.  
 ad Jovi. 2. XV. 96. *lege* ad Januar. lib. 2. ut XXIII. 79.  
 de orando DEUM XXVI. 82.  
 soliloquiorum lib. XXIX. 29.  
 lib. de Trinitate XXIX. 25.  
 Ex aviario XVI. 20.  
 Avicenna, prologi c. 18. II. 45. 47. 54. 57. 58. 68. III. 27. 28. 65. XXIII.  
 41. &c. libro

- libro alchymia VII. 4. 18. 26. 42. 54. 60. 79. 85.  
 lib. de anima VII. 4. &c. XXIV. 61. 64. sqq. XXVI. 25.  
 lib. de animalibus XXV. 38. XXVI. 7.  
 Epistola ad Basem. VII. 83.  
 Canone Medicina VI. 2. VII. 27. secundo Canonis IV. 53. 85. 87.  
 &c. quarto IV. 98.  
 de Medicina libro primo II. 3. IV. 2. 36. V. 84. VI. 76. VII. 14.  
 libro sexto de naturalibus II. 48. III. 24.  
 Babillus XVII. 17.  
 Basilius Magnus, prologi cap. 6. lib. 1. c. 3. & deinde sæpissime.  
 in Hexaëmeron II. 92. &c.  
 Beda super Acta II. 119. XXVI. 69. super Apocalypsin libro secundo,  
 l. 66. super Genesim II. 34. III. 84. V. 4. super Tobiam I. 78.  
 Belbetus lib. de sensibus XVIII. 68. 70. XIX. 136. XX. 159.  
*Benedicti Papæ apparitio* XXIII. 76.  
 Bernardus Carthusiensis XXIII. 9.  
 Bernardus Claravallensis I. 46. 60. &c. de libero arbitrio XXIV. 12.  
 XXVII. 101. super Canticum I. 74. 75. XXIV. 15. &c. Libro  
 quinto de Consideratione XXVII. 74. ad Eugenium XXVII.  
 28. libro quinto I. 51.  
 in meditationibus suis I. 75. in quodam sermone L. 7. 76. &c. sermone  
 de jejunio XXVII. 74.  
 Bernardus Silvester in megacosmo I. 21.  
 Ut legitur in Bestiario XIX. 49.  
 Boëthius II. 3. 74. &c. XVI. 34. XXVI. 84. &c.  
 de articulis fidei XXVII. 82.  
 Consolatio Philosophiæ II. 23.  
 de hebdomada XXVII. 86.  
 de libero arbitrio XXVII. 95.  
 de SS. Trinitate I. 5.  
 in Topicis III. 34.  
 Cæcilius in Commentariis XX. 167.  
 Callistratus VIII. 105.  
 Calvus Orator VII. 12.  
*Combyfis exercitus arenâ obrutus* IV. 58.  
 Cancellarius de illuminatione Angelorum XXVI. 73.  
 Cassianus in collationibus II. 112. 113. 114. &c.



- Cassiodorus I. 5. & deinde sæpius XIX. 40.  
 libro de anima XXIII. 7. 34. 62. XXIV. 47.
- Cato de re rustica VI. 49. 52. 64. censorius VIII. 9. X. 34. 35. XI. 36.  
 85. 86. XII. 14. 15. 27. 42. 91. XIII. 17. 18. 23. 47. XIV. 57. XVIII.  
 64. Alchymix peritus VII. 87.
- Cato qui sibi ipsi manus intulit XXIII. 69.
- Liber de causis III. 26. XXIII. 25. 71. Vide Aristoteles & Isaac.
- Celidonius IV. 64.
- Childebertus Cenomanensis XXIII. 50. & 51. ubi & ejus versus de anima,  
 & 56. Vide infra, Hildebertus.
- Chrylippus sibi ipse mortem consciscens XXIII. 69.  
 ejus liber de brassica X. 35.
- Cicero XX. 133. lux altera doctrinarum VI. 41. Platonis Phædonem  
 transtulit XXIII. 65.  
 de Officiis VI. 41. de Oratore XXV. 100.  
 in Scauriana XIX. 28. Pro Valerio Flacco XVI. 109.  
 de senectute VI. 41. XXIII. 69.
- Clementis (Rom.) itinerarium. *prologi*. c. 7. I. 68. II. 110. XXIII. 62.
- Clemens Papa XIX. 134.
- Cleopatra XX. 49.
- Cleopolemus XI. 4. Plinii Codices quidam lib. 20. c. 17. *Theopolemus*,  
 Harduin. *Tlepolemus*.
- Columella VI. 52. X. 58. XI. 35. 44. 46. 59.
- Commentator XXIV. 44. super librum de cælo & mundo III. 24. super  
 Ethica XXIV. 16. vide Averroës.
- Liber de computo IV. 56. 63. 72. 76. 77. 79. 80. 82. 84. sqq. 98.
- Constantinus (Africanus) *prologi* c. 18. II. 3. VI. 78. VIII. 10. atque  
 alibi sæpissime.  
 libro de cerebro XV. 49. 56. lib. de coitu XXII. 28.  
 libro graduum IV. 85. V. 84. 87. 91. 93. VI. 78. VII. 15. 19. 23. 27. 29.  
 45. 55. 64. 66. 68. 69. VIII. 21. 68. IX. 22. 49. 54. 59. 60. &c. XI.  
 9. XII. 50. 65. XIII. 2. 63. 68. XIV. 6. &c. XVII. 43. XIX. 93.  
 libro de oculis XXVIII. 48.  
 pantegni libris IV. 38. 47. 53. 109. 110. V. 55. 56. 68. 69. 71. 76. VII.  
 55. X. 16. 49. 53. 59. 91. XI. 92. 93. 97. XIII. 62. 114. XIV. 6.  
 13. &c. XIX. 93. XX. 10. 36. 103. 116. XXI. 4. XXVIII. 4. sq.  
 lib. de oblivione XXVII. 12.  
 practicæ libro primo XIV. 115.

- de simplici Medicina IV. 85. V. 91. 93. 95.  
 de ventis XXVIII. 48.  
 in viatico XIX. 121.  
 Auctor libri de motu cordis XXIV. 12. 14. 16. 19. 20. 24. 39. 46. 48.  
 Cornelius Nepos VIII. 18. 62.  
 Cratius X. 79. *leg.* Cratevas.  
 Ctesias Cnidius VI. 71. XIX. 90.  
 M. Curtii concio VI. 44.  
 S. Cyprianus de Zelo & livore II. 115.  
 Definitiones Ecclesiasticorum dogmatum (Gennadii Massil.) I. 7. liber de  
 dogmatibus Ecclesiasticis XXIV. 29.  
 Democritus IV. 27. X. 130. XI. 39. XIX. 8.  
 Demosthenes Oratorum Græciæ summus VII. venenum habuit in annu-  
 lo. *ibid.*  
 Dievchis XI. 4.  
 Diocles VIII. 80. X. 37. 71. 130. 138. 143. 144. 152.  
 Diogenes (Babylonius) IV. 56.  
 Dionysius Areopagita I. 4. XXIII. 37. XXIX. 4. & alibi sæpissime.  
 Dionysii (Exigui) tabula paschalis XV. 98.  
 Dionysius (Medicus) X. 130.  
 Dioscorides IV. 86. V. 11. 27. 79. 81. 84. 91. 94. 95. VI. 66. VII. 31. 32.  
 33. 45. 68. 74. 102. 104. 106. VIII. 16. 21. 22. 24. 25. 43. 46. 56.  
 66. 70. 73. 85. 94. 102. IX. 21. 25. & deinceps sæpius. XXVIII.  
 78. 116.  
 Doctores Ecclesiæ non canonizati, prolog. c. 12.  
 Liber de natura Elephantis XIX. 40.  
*Epenoris tumulus* XII. 80.  
 Empedocles XXII. 37. XXIII. 69. XXV. 37.  
 Ennius IX. 90. 131. XXVIII. 93.  
 Epicurus II. 1. 107. XXIII. 76. XXV. 43. hortorum magister X. 2.  
 C. Epidii Commentaria quibus arbores locutæ feruntur XII. 30.  
 Epigenes XV. 60. 61.  
 Erastriatus IX. 137.  
 Eratosthenes Philosophus à Ptolemæi Pholadelphi mensuris adjutus ut  
 orbem terræ describeret VI. 13. in libro divisionis XV. 2.  
 Evanthes inter auctores Græciæ non spretus XIX. 87.  
 Euclides libro de speculis II. 77.

- Euctemon XI. 37. ita legendum pro Eudemon ex Plinii lib. 18. cap. 25.  
 Eusebius chronographus XXXII. 33.  
 Experimentator XIX. 97. vide Rafis.  
 Fabianus XI. 40.  
 Fenestella XVII. 69.  
 Julius Firmicus Maternus III. 92.  
 Flavianus ProCos. Africae. XVII. 112.  
 Ex libro fontis vitae XXIII. 25. 44. XXVII. 29. XXIV. 62. XXV. 6. vide  
 Hugo.  
 Fulgentius secundo mythologiarum XVI. 50. XVII. 44.  
 Galenus V. 7. 11. VII. 68. IX. 119. 129. X. 1. 20. 158. XI. 79. XIII. 98.  
 XIV. 6. 38. 55. 62. XV. 55. XVI. 47. ubi clysteris usum traditur  
 invenisse. XVI. 80. XVIII. 28. XIX. 21. 96. XX. 154. XXIV.  
 7. 53. 60. XXVII. 12. XXVIII. 2.  
 Galieni *Jaspis in anulo* VIII. 77.  
 Gallice ulula *Bubort.* XVI. 147.  
 Gallus Sulpicius XV. 20.  
 Gaufridus Antifiodorensis II. 126.  
 Gelasii Papae decretum de libris Apocryphis. prologi c. 12. 13. 14.  
 Aulus Gellius libro quinto noctium Atticarum XXV. 43.  
 Gennadius de Ecclesiasticis dogmatibus II. 119. XXIV. 29. definitio-  
 nes Ecclesiasticorum dogmatum XXIII. 14. 26. XXVI. 63.  
 XXIV. 29.  
 Geometrae VI. 13. vide Euclides.  
 Gerbertus in Astrologia VI. 13.  
 Glossa ordinaria I. 3. & deinceps saepissime, vide Strabus.  
 Glossae de herbis IX. 106.  
 Gratiani decreta, prologi, c. 12.  
 Gregorius Nazianzenus Episc. XXIII. 3.  
 de Nativitate Domini XXIX. 12.  
 Apologetici libro secundo XXIX. 31.  
 Gregorius Nyssenus IV. 108. XXV. 28. 61. 63. 70. XXVII. 84.  
 libro de imagine XXII. 22.  
 Gregorius (Magnus) XV. 32. &c. super Cantica XXIX. 19.  
 Dialogis lib. 1. c. 83. XXIII. 62. & saepius.  
 in Epiphania XV. 50. 51.  
 homiliis I. 44. &c.  
 Moralibus I. 33. 36. &c. XXIX. 17.

- Guilielmus de Conchis** II. 2. 3. 5. 6. & deinceps sapissime, & XXIV. 57. sq. XXV. 12. 29. 31. &c.
- Guilielmus Malmesburiensis Monachus** in historia sua II. 109.
- Gundisalvus** (Gundifalinus, Gundifolinus) V. 6. XV. 20.
- Hæsius**, vide Hicesius.
- Hali**, prologi c. 18. libro regalis dispositionis V. 51. XIV. 114. XX. 137. XXIV. 4. 58. XXV. 9. secunda parte regalis dispositionis XXII. 57. sermone secundo VII. 45. 48. XVI. 59. regalis in practica sua VII. 14. 19. 23. 27. 29. 39. in practica libro secundo V. 62. 64. 95.
- Haymo** super Esaiam XI. 75. XII. 100.  
super Epist. ad Thessalonicenses I. 78.
- Tradunt Hebræi** II. 24.
- Helinandus** in Chronicis I. 18. XV. 9. XVIII. 15. XIX. 2. 113. XXIX. 31. libro quarto II. 127. IV. 80.  
libro octavo I. 29. XXIII. 75. decimo VIII. 47. 77. 80. XXI. 63. XXII. 3. duodecimo VIII. 79. decimo tertio II. 108. sq.
- Heraclides** X. 152. XI. 4.
- Heraclitus** XXV. 65.
- Herbarius** IX. 54. 92. 104. 133. 140. 146. 151. X. 51. 67. 108. 122. 140. 148. 158.
- Hermes ad Asclepium** I. 2.
- Herodotus** XIII. 61.
- Hesiodus** IX. 148. X. 137. in Boeotia Helladis, princeps omnium de agricultura scripsit XI. 37. Astrologus, ibid.
- Hesychius** in Leviticum XVI. 101. XIX. 35.
- Hicesius** X. 152. ita enim legendum pro Hæsius, ex Plinii lib. 20. c. 5.
- § Hieronymi versio Scripturæ Sacræ non de verbo ad verbum, tamen præ omnibus in Ecclesia habet auctoritatem. prologi c. 10. Citatur XVI. 134.  
in Ecclesiasten III. 27.  
in Epist. ad Ephesios I. 82.  
in Esaiam I. 82. & pluribus locis.  
in Habacuc XXIX. 29.  
in Matthæum I. 72. II. 119. &c. X. 112. XXIII. 75.  
in Psalmos XXIX. 22.

- S. Hieronymus contra Jovinianum XIX. 62. 63. &c. ad Magnum Oratorem. prologi c. 8. ad Vigilantium. id. c. 9.  
 de ortu & infantia B. Mariæ ad Heliodorum Episcopum. id. De Joachim & Anna & de ortu Virginis in quodam libro adhuc adolescentulus legisse meminit. id.
- S. Hilarius super *Beati immaculati*, I. 74. II. 114. 115.  
 de SS. Trinitate XXIX. 17.
- Hilbertus in computo XV. 11. *leg.* Hildebertus.  
 Hildeberti Cenomanensis versus XXVII. 102. Vide supra Childebertus.  
 Hipparchus III. 92.
- Hippocras s. Hippocrates X. 59. 144. XII. 83. XIV. 55. 71. XX. 52. XXII. 28. 36. XXVIII. 73. in regimine acutorum. V. 76. in quadam Epistola IX. 21. X. 25. 50. 103. 138. XI. 3. 8. 28. 50. Epistola de anatomia XXVIII. 67. isagoge XXVIII. 5. 17.
- Homerus VII. 11. XII. 23. 66. XVI. 34. 151. XVIII. 69.
- Horatius XVIII. 84. XXIII. 28.
- Horatius Flaccus (diversus à Poëta) XVI. 161.
- Magistri Hospitalis de CXXV. lapidibus liber VII. 87.
- Hugo Floriacensis. prologi c. 5. & deinde sapissime.  
 de anima & spiritu XXIII. 50. XXIV. 3. &c. XXV. 1. seqq. XXVII. 1. 74.  
 de Arca Noë. V. 23. &c.  
 libri didascalicon, prologi c. 7. lib. I. 21. IV. 1. &c. XXIII. 13.  
 de tribus diebus I. 6. 10. 21. II. 26. &c. XXIII. 1. XXIX. 3. 8. 23.  
 de sex diebus IV. 42. 98. V. 74. XV. 1.  
 de septem diebus IV. 9.  
 super Ecclesiasten IV. 6. 11. XXIX. 4. 28. &c.  
 super hierarchiam Dionysii Areopag. I. 33. 42. 48. 55. &c. XXXIX. 20.  
 super Magnificat XXIX. 7.  
 de uno ore spiritus & corporis XVIII. 44.  
 de sacramentis I. 5. 14. 32. 37. II. 34. &c.  
 de tribus voluntatibus V XVII. 89.
- Hugo de S. Victore IV. 7.
- Jacobus Achonenſis Episc. XX. 23. in Orientali historia XVI. 40.
- Jacobus & alii Syrorum XXIII. 14.
- Jahie alchymista VII. 87.

- Liber, Imago Mundi** II. 10. IV. 26. 42. 48. 50. 72. 73. 84. 90. 98. 113  
 V. 13. 18. 22. 24. 69. 77. VI. 4. 8. 14. 27. &c.
- Innocentius III.** in Concilio Lateranensi XVI. 40.
- Herba S. Joannis** IX. 155.
- Joannes Chrysoſtomus** XXVII. 85.  
 in **Matthæum** II. 114. XV. 51.  
 in **Epist. ad Hebræos** II. 31.  
**Sermone de jejuniis** II. 84.
- Joannes Damaſcenus** I. 6. ac deinde sapius & XXIII. 9. 56. &c. XXV. 97.  
 XXVII. 59. 62. 65. 69. 84. 85. 87. 92. sq. 102. 103. XXIX. 17.
- Joannes de Rupella** XXV. 8. 20. 23. 25. 85. 87. 102. XXVI. 62. XXVII.  
 9. 14. 19. 29. 33. 41. 48. 62. 64. 76. 82. 83. 91. 95.
- Joannes Scotus** I. 50.
- Joannicius** V. 51.
- Jorath, libro de animalibus** XVI. 14. 32. 36. 49. 61. 69. 101. 106. 108.  
 148. 152. XVII. 29. 52. 54. 66. 67. 72. 84. XIX. 28. 59. 80. 94.  
 138. XX. 22. 25. 30. 41. 55.
- Josephus** XII. 43.
- Iſaac, prologi** c. 18. lib. III. 28. IV. 99. V. 31. 84. 88. XVII. 23. &c.  
**Medicus libro tertio** X. 19. XVII. 39.  
**libro de cauſis** XXVII. 29.  
**libro definitionum** III. 25. XXVI. 3. XXIII. 66. in **explanatione defini-**  
**tionis Philoſophiæ.** id.  
**in diætiſ** IV. 47. 53. V. 49. 54. 56. 74. 75. X. 23. 24. 26. 56. 59. 61. &c.  
 XI. 5. XIV. 6. 9. &c. XVI. 11. 162. 171. XXI. 7. 43.  
**in diætiſ particularibus** X. 28. 32. 39. 41. 47. 52. 54. 91. 149. XI. 20.  
 XIII. 20. &c.  
**in viatico** XIX. 22. 23. 25.  
**de urinis** XXIV. 71.
- Iſidori libri etymologiarum, prologi** c. 7. lib. I. c. 7. & deinde sapius,  
**libro ethic. decimo tertio** I. 84. II. 1. &c.  
**de natura rerum** XXVIII. 20. 21. 22. 26. &c.  
**in ſententiis** I. 38. XXIII. 1.  
**de ſummo bono** I. 20. 24. 66. XXIV. 14. &c.
- Iſta** VHL. 62. IX. 5. 75. XII. 34. XVI. 68.  
**in phyſiologiſ** XVII. 44.
- Judæi quidam** XIX. 65.

- Julius (Cæsar) duodecim menses instituit. XV. 81.  
 Juvenalis VI. 21. XIX. 28.  
 Lactantius de falsa religione I. 15. de falsa sapientia XXIII. 69.  
 Lapias X. 113. vitiose pro Papias.  
 Ex Lapidario (libello de lapidibus qui fertur sub Evacis nomine) ver-  
 sus de gemmis VIII. 29. 37. 38. 41. 42. 43. 45. 50. 51. 54. 55. 57.  
 58. 59. 61. 63. 65. 67. 68. 70. 71. 74. 75. 85. 88. 89. 90. 91. 93. 94.  
 95. 98. 102. 107.  
*B. Laurentius* XXVI. 106.  
 Licinius Macer XVII. 71.  
 Lucanus (Ocellus) XXII. 37.  
 Lucanus Poëta III. 33. V. 21. XVI. 38. 91. 137. XX. 9. 19. 26. 31. 34.  
 40. 41. 50.  
 Lucullus narrat XVII. 126.  
 Ex libro luminum VIII. 6.  
 Macarius Ægyptius II. 110. 124.  
 Macer de herbis, ejus versus IX. 39. 44. 102. 104. 113. 132. 133. 152.  
 X. 12. 26. 47. 50. 51. 67. 70. 73. 76. 81. 84. 89. 95. 100. 101. 108.  
 111. 112. 118. 120. 122. 134. 136. 139. 140. 142. 144. 148. 151.  
 155. 161. 164. 167. 169. 170. 171. XI. 2. 11. 14. 16. 20. 29. 30. 115.  
 XIII. 70. 76. 111. XIV. 35. 65. XX. 26.  
 Macrobius II. 30. XV. 2. metempsychoseos assertor. XXIII. 75.  
 de somnio Scipionis VI. 4. 13. XXIII. 65. 74.  
 Mago XIII. 36. in nucibus operosus XII. 13.  
 Manilius, nobilis Senator, maximis nobilis doctrinis doctore nullo.  
 XVI. 74.  
 Marcianus (Capella) III. 92. XV. 74.  
 Gargilius Martialis X. 58. XIV. 30. 49. 88.  
 Martialis Poëta XVI. 28. XVIII. 45.  
 Massurius XIII. 15.  
 Mathematici Ægyptii, Chaldæi, Arabes. III. 104.  
 Liber de Medicinis dissolutivis IX. 130.  
 Megasthenes XX. 13.  
*Memnonis aves* XVI. 104.  
 Liber, Memoriale rerum difficilium II. 35.  
 Menander XI. 87.

Mer-

- Mercurius Trismegistus XXIX. 2. ad Asclepium XXIII. 6.  
*Merlinus* II. 128.  
 Messala Orator VII. 12.  
 Metrodorus XX. 13.  
 Michael, de equo marino citatur XVII. 115.  
 Mnescides XI. 127. In Plinii Codicibus Mnescis.  
 Montanus hæreticus XXVI. 91.  
 Morchionis Græci volumen de raphano X. 125. *leg.* Mofchionis ex Plinii  
 XIX. 5.  
 Mosis Pentateuchus continet historiam 3493. annum XXXII. 32.  
 Rabbi Mofes III. 82. IX. 20. XV. 32. 33. 53.  
 Mucianus XX. 21.  
 Lucinius Mucianus XVII. 69.  
 Musæus IX. 148.  
 Liber de naturis rerum (vid. Isidorus) III. 2. 7. IV. 1. 2. 8. 9. 13. 35. 42.  
 44. 45. 48. 50. 63. 67. 69. 72. 74. 80. 84. 85. 88. 89. V. 7. 9. 28. 30.  
 44. 71. 74. 87. 95. VI. 2. 4. 8. 13. 14. 20. 24. 25. 40. 73. 75. 78. 79.  
 82. & deinceps sæpissime. Liber de naturis XVI. 71. de natura re-  
 rum XVI. 126.  
 Nicander VIII. 19.  
 Nigidius XVI. 111. XIX. 128. XX. 158.  
 Origenes I. 3. & deinde sæpius.  
 super Exodi principium XXVI. 67. in Exodum XX. 159.  
 in Numeros I. 74. 117.  
 in Jobum II. 114. 120.  
 in Jeremiam I. 77.  
 in Lucam I. 68. 70.  
 Orosius de Hormesta Mundi IV. 62. libro quarto XX. 13.  
 Augustinus ad Orosium, XXIV. 44.  
 Ovidius II. 4. XII. 64. XV. 25. 82. XVI. 42. 62. XX. 4. 160. XXIII. 75.  
 Metamorphoseon XI. 31. XXIII. 3. 76.  
 Palladius VII. 32. de agricultura V. 25. 47. 49. 50. 76. VI. 45. 46. 51. 53.  
 54. 55. 57. 58. 59. 61. 63. 64. 65. 80. VIII. 7. 9. IX. 31. X. 3. 7. 14.  
 19. 20. 21. 23. 24. 29. 31. 33. 38. 45. 48. 52. 53. 58. 60. &c. XIX.  
 129. 137. XX. 15. 89. fq. 110. XXII. 50.  
 Papias V. 78. X. 113. (ubi excusum Lapias, vitiose) 119. 128. 130.  
 168. XI. 26. XIII. 10. XVI. 36. XXII. 6.



- S. Paulus Apostolus Menandri, Epimenidis, Arati dictis utens. prolog. c. 8.
- Canonica S. Petri IV. 22.
- Petrus Apostolus Epistola itinerario Clementis adjuncta. prologi c. 7. in itinerario I. 68. II. 110. (ubi de Simone Mago) XXIII. 62.
- Petrus Comestor II. 32. 33. IV. 80. V. 1. 2. 16. 38. VI. 20. 21. IX. 1. XV. 1. 7. 54. 63. XVI. 64. XVII. 6. XVIII. 1. &c. XX. 69.
- Petrus Damian. II. 109. XX. 31. XXIII. 76.
- Petrus Lombardus I. 10. 27. &c. XXIX. 1. 19.
- Phemonoë Apollinis filia XVI. 34.
- Philemon. VIII. 104.
- Physicus X. 12. XVI. 125. XVIII. 64. XIX. 88. XX. 45. XXI. 37.
- Physiologus VIII. 23. 28. 39. 43. 53. 81. XVI. 36. 40. 42. 43. 53. 76. 96. 120. 122. 123. 131. 138. 139. 144. 148. 152. XVII. 33. 63. 87. 106. 110. 119. 127. 129. 140. XVIII. 5. 11. 35. 43. 62. 65. 70. 78. 80. XIX. 10. 12. 14. 15. 17. 22. 30. 34. 39. 43. 46. 73. 74. 76. 84. 88. 91. 99. 100. 104. 108. 110. 112. 120. 133. XX. 7. 13. 20. 21. 22. 28. 29. 31. 34. 39. 44. 47. 48. 54. 57. 112. 114. 119. 132. 134. 172.
- Philippus XXVII. 82.
- Philosophus IV. 45. 51. 71. & sæpe alibi pro Aristotele. De lapidibus VII. 45.
- Philosophi pro alchymistis VII. 62. occulta philosophia VII. 95.
- Dicit Philosophus libro de lumine, quod ex urina pueri & aurichalco fit aurum optimum VII. 36.
- Pitheas VIII. 104. Pithiatius XVII. 71. pro quo Codices quidam apud Plinium XXXII. 2. Pytheas. Sed Harduinus ex Ovidii halieuticis ingeniose legit *ansbias piscis*.
- Platearius, prologi c. 18. lib. de simplici medicina VII. 15. 23. 27. 45. 46. 48. 57. 64. 68. VIII. 21. 68. 84. IX. 23. 26. & deinde sæpius XII. 47. XVII. 43. XVIII. 43. XVIII. 43. XIX. 17. 31. 52.
- Plato, prologi c. 16. I. 2. 16. II. 1. 7. 8. 45. III. 28. 47. V. 34. XV. 19. 29. XXIII. 9. 26. 65. 66. 75. 76. XXIV. 25. XXXII. 32. XXV. 43.
- Phædone quem transtulit Cicero XXIII. 65. liber de immortalitate animæ, quo lecto Cleombrotus se præcipitem dedit id. 69.
- Timæo III. 3. XXV. 37.
- Platonici II. 125.

Plau-

Flautus in Aulularia XVI. 94.

Plinius de historia naturali IV. 27. 48. 51. 55. 60. 61. 62. 69. 74. 79. 87.  
88. 90. V. 9. 18. 27. 30. 37. 38. 41. 44. 45. 79. 83. 85. 87. 89. 90.  
92. 93. 94. 95. VI. 4. 10. 11. 16. 25. 27. 29. 31. 32. 33. 34. 39. 40.  
41. 43. 45. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 64. 71. & de in-  
ceps sarpissimæ XXVIII. 115.

libro de spermate XXIII. 66.

Plotinus Porphyrii præceptor XXIII. 75.

Polygonius & Mycon pictores Athenis VII. 74. *leg. Polygnotas.*

Polybius (Scipionis) Æmiliani comes XIV. 71. 74.

Porphyrius Platonicus I. 16. XXIII. 66.

Posidonius IV. 66. XV. 2.

Liber de præfagiis tempestatum sextus XV. 6. 54. de præfagiis & tempo-  
ribus XIV. 12.

Praxagoras X. 79.

Priscianus XXV. ad Cosroën Regem Perfarum IV. 23. 39. 42. 47. V. 9.  
VI. 69. XV. 4. XX. 10. 11. XXIII. 68. XXVI. 8. 9. 10. 32.

Priscillianistæ XV. 50.

Proculus dixit quod ventriculus puppis sit præstantior omnibus ventri-  
culis cerebri XXVII. 12.

Proverbium, vade ubi cervus abjicit cornua XVIII. 41. lupus in fabula  
XIX. 82.

Ptolemæus Astronomus III. 82. 92. XV. 40.

in almagesto III. 97. XXIII. 67. 68. Auctores almagesti VI. 13.

*Ptolemæus Rex V. 87. ubi leg. cum castra faceret, non astra.*

Ptolemæus Rex Mauritanix. XIII. 9.

Liber pulsuum XXVIII. 63.

Pythagoras I. 16. III. 9. 14. IX. 137. X. 37. 151. XI. 4. Sententia ejus de  
animorum transmigratione XXIII. 75. 76.

Pythagorici II. 16. eorum abstinentia à fabis XI. 66.

Al Petagoras in principio Astrologix XXIII. 67.

Pythagoras in lib. Romanorum XVI. 55. 148. XVIII. 14. 70. XIX. 10.  
19. 24. 82. 84. XX. 4.

Rabanus III. 24. VIII. 77. XXVI. 84.

super Genesin II. 33.

super Devteronom. III. 84.

Q

Ra-

- Radulphus super Leviticum XVI. 25. 42. 46. 70. (reprehenditur 95.)  
XIX. 6. 34. 132. 137. XX. 120.
- Razi IX. 53. 86. X. 47. &c. Physicus XVIII. 64. in Almanfore IV. 107.  
V. 52. 65. 73. VII. 15. 18. 19. 23. 56. VIII. 10. IX. 79. 98.  
131. X. 39. 62. 70. 71. &c. XI. 28. 102. XII. 50. XIII. 57. XIV.  
10. XVI. 24. XVII. 44. XIX. 74. 129. XX. 126. 133. XXI. 52.  
XXVIII. 18. 33. 46.  
de aluminibus & salibus V. 94. adde 86. VII. 6. 13. 26. 38. 42. 54. 62.  
67. 70. 72. 75. 80. 90. 91.  
de animalibus VI. 79.
- Remigius XXIII. 9. in Epist. ad Ephes. IV. 114.
- Richardus Parisiensis de S. Victore VI. 42.  
libro excerptionum, *prologo* c. 7. VI. 42. XXVIII. 1.  
libris de Trinitate *lib.* 1. c. 5. 6. 7. & deinde sæpius II. 125.
- Rodatus ex Caroli M. ministro Monachus apud Meklen. XVIII. 48.
- Rudolfus vide Radulfus.
- Rufus XVI. 80. XXI. 63. XXII. 54.
- Sabæi à Saba quod Græci significare mysterium dicunt XIII. 79.
- Sabinus Tyro libro cepuricon quem Mæcenati dicavit X. 9.
- Salomonis experimentum XX. 170.
- Satiricus (Horatius) V. 31.
- M. Scaurus XVII. 100. XIX. 128.
- Secundus Philosophus V. 31. VI. 3. XV. 2. 7.
- Seneca XXIII. 9. *lib.* de clementia XX. 84.
- Seneca natural. quæst. II. 3. 13. IV. 1. 5. 11. 22. 26. 27. 32. 34. 37. 39. 43.  
45. 48. 50. 52. 55. 59. 61. 63. 64. 66. 69. 70. 71. 73. 75. 80. 81. ubi  
*Apolloniâ* legendum pro *â Polonia* V. 12. 29. 31. 33. 34. sq. 44. 45.  
53. 54. 80. VI. 3. (ubi male citatur liber 16.) 8. 26. 28. 30. 31. 38.  
68. 70. VII. 1. XV. 5. 15. 58. 60. 61. 62. XVII. 17. 27. 69. ad Lu-  
ciliium Epist. sexagesima quinta XXIII. 3.
- Serapion libro de simplici Medicina XVIII. 28.
- Sestius Niger X. 97.
- Sibylla Erythræa, *lib.* 1. c. 15. 16. libri Sibyllini, versibus scripti XII. 30.  
ad Sibyllina remedia coactus populus Rom. XX. 141.
- Sirachidis locus Capitis vigesimi versu duo de trigésimo illustratus.  
XIX. 29. *quasi musus in ore canis.*

**Solinus** V. 30. 34. 36. 37. 38. 41. 44. VI. 22. VIII. 22. 27. 41. 43. 75. 103. 106. X. 55. XI. 129. XII. 67. XIII. 13. 33. XVI. 47. 64. 68. 74. 90. 92. 96. 129. 135. 137. 141. XVII. 34. 48. 106. 110. 123. 131. 132. 136. XVIII. 21. 24. 25. 39. 42. 48. 49. 54. 60. 84. 89. XIX. 4. 6. 13. 14. 28. 33. 34. 37. 38. 41. 42. 50. 51. 61. 71. 72. 73. 74. 78. 80. 90. 99. 101. 104. 105. 107. 108. 112. 115. 116. 117. XX. 13. 21. 22. 26. 31. 41. 124. 125. 134. 166. XXII. 68.

in polyhistore XXIV. 60.

Sophocles Tragicus VIII. 104.

Sotimenes XI. 4.

Sotacus VIII. 19.

Liber, Sphæra III. 6. 17. 33. VI. 4. XV. 13. 21. 25.

Liber de Spiritu & Anima II. 111. vid. Augustinus.

Stadius poeta XV. 57.

Stadius Sebolus XX. 124.

Stoici XXV. 43.

Liber de substantia orbis III. 24. vide Avenalpetra.

Strabus XX. 139. super Genesin *lib.* 1. c. 27. XII. 43. super Exodum XX.

60. intelligitur Walafrius Strabus, auctor glossæ ordinariæ

Suetonius libro de XII. Cæsaribus XVII. 135.

Synonyma Herbarum IX. 119. 128. 135. 150. 154. 155. X. 28. 33. 54.

(ubi Persice, Syr. Arab.) 86. 141. XI. 9. XIII. 93. 94. XIV. 55.

Syrek Indus XIV. 27.

Talmudistæ III. 82.

Tauranius XVII. 100. lege Turranius ex Plinii IX. 5.

Terentius Comicus XVIII. 61. *tute es lepus, & pulpamentum queris,* quasi dicat, ex quo nunc fœminæ nunc maris usurpas officium (instar leporis, utrumque sexum habentis) quidnam quod palpes queris mulierem?

Thales XI. 37.

Thebit XV. 20.

Themistius XXV. 96.

Theodorus X. 37.

Theoduli versus, *Æthiopum terras*, XXVIII. 30.

secundum Theologos III. 62.

Theophili liber de urinis XXIV. 71.

Q 3

Theo.

Theophrastus V. 33. 54. 90. VII. 101. VIII. 4. 80. 104. IX. 136. X. 37.  
XII. 27. 68. XIII. 9. XV. 58. XVII. 12. 141. XVIII. 16. 15. XIX.  
118. 128. XXII. 2.

Theriaca rufficorum, allium agreste X. 143.

Thomas de Aquino XXVI. 74. 82. 101.

*Timarachus Nicoclis F.* XXI. 21.

Traxillus XVII. 39.

Trebius XVII. 89.

Trogus XVI. 129. auctor severissimus XXVIII. 115.

Valerius Maximus II. 107. de gestis & dictis memorialibus XVIII. 2. 71.

Cornelius Valerianus XIII. 55. XVI. 74.

Liber de vaporibus II. 82. IV. 89. 91. 96. V. 92. VI. 84. 85. (92.) vide  
Averroës. VII. 43. 53. 67. 69. 70. 78. 94.

M. Varro V. 22. X. 53. 85. XI. 66. 70. 44. 40. XII. 25. XXVIII. 76. in li-  
bris navalibus IV. 41. de re rustica VI. 52. versus de calamo saccha-  
rifero IX. 46.

Vegetius Rhenanus de re militari XVIII. 47. libro primo XVIII. 53. tertio  
XVIII. 24. 53. XIX. 42. quarto IV. 40. locus ille quidem de tempo-  
re maris clausi legitur in editionibus Vegetii libro quinto capite  
nono, sed in Codicibus MSS. liber quintus cum quarto conjun-  
gitur, & à capite 31. libri quarti incipiunt præcepta navalis belli  
V. 83.

Versus: *Terra nanos homines educat atque pusillos II. 30. aries mastra  
tur ad aras XVIII. 7.*

*Flos pulcher redolens, spes fructus, & brevis ævi.*

*Mel dat aprè, fertum capiti, sine semine nascens IX. 10.*

Versus leonini de beryllo VIII. 48. *Pro mare pone siler rabas dumus  
okaster XII. 1. versus de lentisco XII. 74. de diebus canicularit  
XV. 56. & 83. de quatuor temporibus anni XV. 64. de quatuor  
juniis XV. 72. de æquinoctiis & solstitiis. id. de diebus mensi  
XV. 81. 82. 83. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. de indici  
invenianda XV. 99. de aquila XVI. 33. de cornice XVI. 60  
ficedula XVI. 75. de gallina 85. de pavone 125. de pica 131.  
co 132. pùttaco 135. de ursa XIX. 118. de dipsade XX. 3.  
prestere XX. 40. de sepe XX. 42. de aranca 112. de culice 12*

B. Vincentius XXVI. 106.

- Virgilius IV. 9. VI. 15. 22. 39. VII. 102. XI. 31. 80. 110. XII. 80. XIII. 11. XVIII. 71. XX. 157.  
 in Georgicis IV. 41. XX. 78. 100. 136. XXIII. 50. 57. XXIV. 34. XXVII. 73.  
 Vita S. Bartholomæi II. 122.  
 S. Bernhardi II. 127.  
 Vitruvius de architectura IV. 26. 27. 43. V. 6. 25. 27. 28. 30. 41. 80. VI. 69. 80. VIII. 1. 7. 9. 12. XXVIII. 2.  
 Xenocrates VIII. 62. X. 121.  
 Cyrus apud Xenophontem XXIII. 69.  
 Zeno III. 47. in naturalibus VIII. 4. sibi ipsi manus intulit XXIII. 69.  
 Zoroaster VIII. 46.

## CAPUT XII.

### De Scriptis Græcis suppositis, quæ sub falso aut com- mentitio Auctoris nomine circumferuntur.

*Officia Critices, cujus pars utilis nec contemnenda versatur in distinguendis scriptis Auctorum genuinis atque pseudonymis sive hypobolimeis. 1. Uberitatem illi materiam præbent jam ab antiquissimis temporibus scripta Græca omnis generis. 2. Causa falsa fingendi nomina vel alienas & falsas lucubrationes claris scriptoribus supponendi. 3. Criterium discernendi genuina à suppositiis. 4. Scripta supposita de quibus libro primo hujus Bibliothecæ dictum, ubi inter alia de Hermeticis, Orphicis, Sibyllinis. 5. Scripta supposita de quibus libro secundo, ubi de scriptis tribus Pythagoræ, Socrati, Democrito &c. 6. Scripta supposita de quibus libro tertio, 7. Codex Pseudepigraphus Veteris Testamenti. 8. De pseudo Beroso, pseudo Megasthene &c. 9. Academiæ Regiæ Ulyssiponensis nobile decretum ad suppressendam suppositiorum scriptorum auctoritatem. 10. Epistolæ sub nomine Diocletiani Sæculi falso jactatæ. 11. Codex Apocryphus Novi Testamenti. 12. Scripta supposita de quibus libro quarto hujus Bibl. 13. Libro quinto, 14. libro sexto. 15.*

#### I.

**Q**uemadmodum omnis vita humana sine recto judicii usu cæca man-  
 caque est, sic & eruditioni omni lucem præfert insignem ac ne-  
 cessaria-

cessariam quæ à *κρισις* sive iudicio nomen habet Critice, atque in iusta æstimatione verborum ac sententiarum, rerum, scriptorumque omnis generis & cujuscunque linguæ, poëtarum & prosariorum versatur.

In *verbis* genuinam lectionem constituit, emendat corrupta & erroribus librariorum ac pseudographemasin liberat, deinde verum inquirit sensum, idiomati, usui temporum locorumque, ac præsertim auctoris instituto & consuetudini congruentem, ambigua explicat & distinguit, illustrat obscura, atque consideratione eorum quæ vel antecedunt vel sequuntur, aut confimilium parallelorumque collatione locorum ita, non aliter intelligenda esse definit.

*Sententias* quam solidum crepent, quam veræ sint aut probabiles, quam proposito accommodatæ auctoris, quam præferendæ vel postponendæ aliis aliorum scriptorum placitis & opinionibus, quam novæ vel sexcenties prius dictæ, advocata historiarum & disciplinarum luce, intenta ingenii acie expendit.

*Res*, sintne utiles an flocci, æqua lance metitur, neque salutem Græciæ positam esse iudicat in nugis, quantumvis canoris aut difficilibus subtilissimisque, & arista acutioribus. Nisi profuturum sit quod facit, quod laborat, stultam gloriam & inanem esse, hilum non dubitat: Neque tamen ideo patitur se decipi contemptibili specie rerum utilissimarum, ut ideo negligat eas vel adspernetur, atque ut non omni potius modo usum earundem discens, videns & intelligens observandas ac vehementer sectandas iudicet.

In *scriptoribus* hoc agit diligenti studio, ut quid valeat, qua in re præstet unusquisque, quid in eo iure reprehendatur aut desideretur norit imprimis: quod ut possit assequi, necesse est in multis ut ætatem, locum, vitæ conditionem, auctoritatem, præcipue vero ut notas & characteres qui in scriptis ejus extant & elucent, quæque in dictione, quæ in omni modo tractandi, quæ circa religionem, sectam & præconceptas opiniones animique motus ad amorem vel odium inclinatos licet in eodem observare.

In *scriptis* ipsiis denique præter ea quæ jam dixi, & quæ ad veram lectionem, interpretationem, & pretium Codicesque MSS. & editiones dignoscendas faciunt, singulare Critici officium est hoc, quod per quam utile & necessarium etiam fecit multorum sive error sive fraus sive perversa cupiditas, ut argumentis non inficiandis constare doceat de auctore, atque si scriptum aliquod integrum, vel pars scripti aut vel unus versiculus

lus ab aliena manu suppositus claro nomini, & intrusus sit, agat Aristarchum, idque non levibus conjecturis, sed certis rationibus demonstrare obeloque ac censura notare valeat.

II. Miror virum doctum Philippum Jacobum Mauffacum in diff. Critica Harpocratiōni adjuncta pag. 97. affirmasse, quod certissimum putaret ante tempora Ptolemæorum regum Alexandriae & Attalorum Regum Pergami magnas certatim instruentium Bibliothecas, nullum opus falso in scriptum fuisse, immo ab ipsorum tempore ejusmodi viguisse corruptendorum ἐν ἐπιγραφαῖς librorum libidinem ob φιλοπρίαν quæ inter illos erat coëmendorum majori pretio librorum quos vetustiorum & nobilium auctorum nomina commendabant. Nam licet facile credo ἐγὰρ hancce Regum studiosorum ἐρίδα vehementer potuisse fraudulentorum librariorum avaritiam & ambitionem accendere: tamen nec hæc fuit causa nominum alienorum scriptis præfigendorum; neque negari potest etiam ante illud tempus plures, homines saltim privatos, ac de Regibus in præsentī dicam, studiosos & præclarorum librorum mimos emtores extitisse, ut Platonem refert Laërtius VIII. 85. unum Philolai volumen ab ejus propinquis redemisse pretio minarum Alexandinarum quadraginta, hoc est thaleris DCCC. sive ut est apud Gellium III. 17. tres libros decem millibus denarium, hoc est thaleris mille & ducentis, sive ut Jo. Tzetzes X. hist. 355. minis centum fuisse emtos à Dione Syracusano donatosque Platoni, hoc est duobus millibus thalerorum. Eodem Gellii loco leges, Speusippi philosophi pauculos libros mercatum Aristotelem talentis Atticis tribus, sive LXXII. milibus sestertium, hoc est thaleris circiter bis millenis. Quod autem præter librariorum fraudem, profectam ex avaritia vel placendi aut fallendi libidine, etiam aliæ causæ fuerint jam à temporibus remotissimis, aliena nomina & nobilissima scriptis præfigendi, constat antiquissimo exemplo Ægyptiorum, quos Jamblichus testatur probata quælibet scripta & inventa non suo veri auctoris quodque, sed Hermetis sive Mercurii nomine publicasse. Ita enim ille in limine libri de mysteriis Ægyptiorum: θεὸς ὁ τῶν λόγων ἡγεμὼν, ὁ Ἑρμῆς, πάλαι δέδοκται καλῶς ἀπ᾽ αὐτοῦ ἵερῶν εἶναι κενός. ὁ δὲ τῶν θεῶν ἀληθινῆς ἐπιστήμης προεσηκώς, εἰς ἑστίν ὁ αὐτὸς ἐν ὅλοις. ὃ δὲ καὶ οἱ ἡμέτεροι πρόγονοι τὰ αὐτῶν τῆ σοφίας εὐρήματα ἀνεύρησαν, Ἑρμῆ πάντες τὰ οἰκία συγγραμμάτα ἐπικρομάζοντες. DEUS eloquentiæ præses Mercurius olim recte existimatus est sacerdotibus omnibus esse communis; quique ad veram de Diis scientiam præit, unus idemque



que est in universis. Quare & nostri majores sua sapientie inventa illi dedicabant, omnia propria commentaria Mercurii nomine inscribentes. Eodem pertinet quod Galenus initio commentarii quo Hippocratis Aphorismos à Juliano Alexandrini Methodici objectionibus defendit T. IX. edit. Paris. p. 376. notat nomina auctorum in Ægypto olim servata, hoc est ut ego intelligo, inscripta columnis publicata fuisse non sub auctorum suorum sed sub Hermetis nomine. En ejus verba: ἐχρὴν γὰρ ὡπερ ἐν Αἰγύπτῳ πάλαι τῶν καὶ πρὸς τέχνας εὐρεσκομένων ἑκάστον ὑπὸ κοινῆς συνέδριος τῶν πεπαιδευμένων κερῶν, ἐνεγράφετο τηλαύσι τισὶν ἀποκακούμεναις ἐν ἱεροῖς χωρίοις, ἕτω καὶ παρ' ἡμῶν ἀνά τι συνέδριον ἀνδρῶν δικαίων τε ἅμα καὶ πεπαιδευμένων οἱ δοκιμάζοντες τὰ νόθα συγγραμματα, θήσασσι μὲν ἐν δημοσίοις χωρίοις τὰ χρηστὰ, διαφθείρασι δ' ἕσα μοχθηρὰ. βέλπον δ' ἦν οἱ μηδὲ πύσμα τὰ γραψάντων ἐφύλαττον, ὡπερ εἶδ' ἐν Αἰγύπτῳ τὸ ἀρχαῖον. ἐκωλύθη γὰρ ἀν' ἐκ' ἡκιστα κακὰ τὰδε τῶν φιλοτίμων ἢ περὶ δόξαν ἅμα τε σαρδῆ. νῦν δ' ἐπὶ δὴ καὶ γραφὴν ἔχουσιν ἅπασι, καὶ κρίνεν βίαις ἐπιτυχέσιν, εὐδοκίμασι ὡς οὐδὲ πολλοῖς οἱ ἑλμηρόεσσι. Oportebat quidem, sicut in Ægypto olim artium inventum unumquodque à communi eruditorum consensu probatum columnis sacro loco positis inscribatur, eodem modo etiam apud nos collegium exstare proborum simul doctorumque hominum, qui examinatis recentibus scriptis in publicum que bona sint exponant, mala vero et inepta quecumque fuerint perdant et aboleant: satius quoque esset, si ne scribentis quidem nomen servaretur, quemadmodum nec in Ægypto quidem servabatur antiquitus: Hoc enim pacto nimie glorie contentioni apud istos cupidos obviam maxime iretur. Nunc cum et passim scribere omnibus liceat, et unicuique sententiam ferre à vulgo, audacissimus quisque maxime commendatur. Sic vetustissimus ex Regibus, Mnevis, qui leges scriptas primus sanxit Ægyptiis, eas retulit ad Mercurium, quod Diodorus Siculus lib. I. Bibl. p. 84. ait ab eo factum perinde ut ab aliis aliarum prisca- rum gentium Legislatoribus, sanctiones suas augustiore aliquo nomine commendantibus. Sed verba ejus una cum observatis nonnullis alio quoque loco\* pridem à me proditis, hoc loco referre juvat. Πῆται Φασὶ πρῶτον ἐγγράφοις νόμοις χεῖρα δαί τὴν πλῆθῃ βιοῦν τὸν Μνεῦν, ἀνδρα καὶ τῆ ψυχῆ μεγαλὴν καὶ τῷ βίῳ κοινῶσιν τῶν μνημονευομένων. προσωπιθῆσαι αὐτῷ ἐν Ερμῆν δεδωκέναι τῆς. ὡς μεγάλων ἀγαθῶν αἰτίας ἐσομένης. κα-  
θαί

\* Prolegom. ad Vincentii Placcii τῆ μακαρίτεθ theatrum pseudonymorum & anonymorum.

Ὅτι παρ' Ἑλλήσι ποιῆσαι φασὶν ἐν μὲν τῇ Κρήτῃ Μίνωα, ὧρ' δὲ Λακεδαιμονίας Δικουῶνα. τὸν μὲν παρὰ Διός, τὸν δὲ παρ' Ἀπόλλωνος φησάντα τῆτις εἰληφέναι. καὶ παρ' ἑτέροις δὲ πλείοσιν ἔθνεσι ὧρ' δέδοται τῆτις τὸ γένος τῆς ἐπιποιίας ὑπαρῆσαι, καὶ πολλῶν ἀγαθῶν αἰτίον γενέσθαι τοῖς πειθεῖσι. Παρὰ μὲν γὰρ τοῖς Ἀριμασποῖς Ζαθραύστη ἰσοροῦσι τὸν ἀγαθὸν Δαίμονα προσεποιεῖσθαι τοὺς νόμους αὐτῷ δίδοιαι, παρὰ δὲ τοῖς ὀνομαζομένοις Γέταις Ζαμολξῆν ἡσάτωρ τὴν κοινὴν Ἑσίαν, παρὰ δὲ τοῖς Ἰουδαίοις Μωσῆν τὸν Ἰαῶ ἐπικαλούμενον Θεόν. εἴτε Θαυμασῆν καὶ θεῖαν ὅλως ἐνόησαν εἶναι κρινάνας τὴν μάχουσαν ὠφελῆσειν ἀνθρώπων πλῆθος, εἴτε καὶ πρὸς τὴν ὑπεροχὴν καὶ δύναμιν τῶν ἐρεῖν λεγομένων τοὺς νόμους ἀποβλέψαντα τὸν ὄχλον, μάλλον ὑπακούσθαι διαλαβόντας. *Primus ajunt Mneves vir es magni animi, es inter hoc nomine celebratos de vita optimè meritus, populum induxit, iuxta leges scriptas vitam institueret. Leges à Mercurio sibi traditas, inde ingentia vitæ bona promanarent, simulavit. Quod apud Græcos in Creta etiam Minos, apud Lacedæmonios Lycurgus faciitavit, quorum ipse Jovi, hic Apollini suas vendicavit. Id commenti genus apud plures quoque alias gentes adhibitum, multorum causa bonorum persuasis existitisse ferunt. Nam apud Arimaspos Zathraustes bonum genium, apud Getas Zamolxis communem Vestam; apud Judæos Moses Deum qui IAO dicitur, legum auctorem suarum finxisse perhibetur. Sive quod admirandum prorsus es divinum esse judicarent commentum illud quod in commodum societatis humanæ exiret: Sive quod vulgus ad majestatem es potentiam illorum, qui leges invenisse dicerentur, respectans, dicto magis auctens fore existimarent.*

Longe ampliorem elenchum texere poterat Diodorus eorum qui leges suas acceptas retulere Diis, nam sic etiam apud Romanos Numa Pompilius, ut populum sacris obligaret, voluit videri sibi cum Dea congressus esse nocturnos, de qua Ennius primo Annali apud Varronem sexto de lingua latina:

*Ollei respondet suavis sonus Egeriai.*

Et Zaleucus apud Locrenses, uti apud Athenienses Draco & Solon, à Minerva traditas jactabant, quas ipsis ferrent leges: Rhadamantus autem legislator Cretensium à Jove, ut relatum Ephoro apud Strabonem (lib. X. p. 476.) Charondas Thuriorum legifer à Saturno, Zoroaster Persarum ab Oromasde, ne de alijs in præsentem memorem, quæ apud Valerium Maximum libro primo capite secundo legi possunt, & quæ à recentis ætatis scriptore Balthasare Bonifacio libro XIX. Historiæ ludicræ capite

pite primo & à Christophoro Adamo Ruperto ad *Florum* pag. 82. sq. sunt collecta. Quamvis autem non hi tantum, de quibus jam dictum est; sed longe etiam plures, nec sine successu commento illo usi fuissent, nulla tamen vel cogit necessitas vel probabilitas suadet idem suspicari de Moyse, nedum quod Diodorus rerum Judaicarum parum gnarus temere fecit, audacter illud ab eo factum asseverare. Quid enim Moyse simile vel quid non dissimile cum ceteris gentium legislatoribus? Illi quidem, utut Deum vel Deam jactantes auctorem, nullam tamen fidem addere dictis suis rei majestate, neque quicquam ediderunt quod non posset a callido viro & astuto proficisci: Moyses & augusta Legum promulgatione, atque universa constitutione Reip. Israëliticæ non civibus tantum sed hostibus & æmulis quoque suis probavit maximorum plurimorumque & manifestissimorum miraculorum suorum divinitatem. Illi leges ne utiquam stabiles sed varie mutandas, & post non adeo multum temporis penitus iterum abolitas condiderunt: Moyses post tot non centurias sed millenarios annorum etiamnum auditur, nec à sua gente tantum, sed à toto fere orbe terrarum. Traditio porro ipsa legis Moyse quam non ut Numæ alicujus in angulo facta; & latio ejus solennis quam Deo digna quam miraculosa & de cœlo ipso testata, spectante universo populo? quid legibus ejus simplicius, æquius, sapientius? quantum in ejus cærimoniis mysterii, fidei in prædictis, in gestis constantiæ ac virtutis divinæ? quam longe denique præstant Moyse de origine universi à DEO conditi oracula, omnibus argutiis Philosophorum? His denique cunctis veluti in cumulum accedit, quod solum poterat sufficere, fide dignissimum CHRISTI, quem DEUS à mortuis suscitavit, & Apostolorum propagata per tot miracula toto orbe Christiana religione testatissimorum suffragium, quo nobis perinde ut Judæis Joh. IX. 29. constat Moysem ne utiquam DEUM auctorem legum suarum finxisse, sed vere DEUM cum ipso fuisse locutum, sive illi legum ferendarum auctorem uisse singulari ac non inficianda ratione.

Neque vero legumlatores modo, sed alii quoque docti & sapientes viri, nec solum ad Deos, sed etiam ad homines antiquitatis, ingenii, religionis & sapientiæ laude illustres sua scripta libenter retulerunt, ut ab aliis avidius legerentur, reciperenturque. Nam de Pythagoreis disertum est Jamblichi testimonium, in vita Pythagoræ capite XXXI. \* narrantis

\* Pag. 164. edit. præclaræ Ludolphi Kusteri.

tis illos, propriæ gloriæ securos, inventa sua & monumenta ingenii ferre sub Pythagoræ ipsius Magistri sui splendido nomine publicasse. Καλὸν δὲ καὶ τὸ πάντα Πυθαγῶρα ἀναπνεύσαι τε καὶ ἀποκαλεῖν, καὶ μηδεμίαν περιποιῶσθαι δόξαν ἰδίαν ἀπὸ τῶν εὐρισκομένων, εἰ μὴ καὶ τὸ σπάνιον. Πάνυ γὰρ δὴ πρὸς εἶσιν ὀλιγοὶ ἂν ἰδία γνωρίζεται ὑπομνήματα. *Egregium etiam fuit, quod cuncta Pythagoræ adscribebant attribuebantque, nec ullam sibi, nisi admodum raro ab inventis suis gloriam vindicabant: Pauci enim ex illis sunt, quorum propria commentaria celebrantur.* Longum esset referre scripta Lyfidis, Hippasii, Astonis, Empedoclis, Cleompori, Philolai aliorumque Pythagoræorum sub Pythagoræ ipsius, vel Lini, vel etiam Orphei nomine lecta pridem atque laudata, ut Pythagoras ipse decreta sua referebat ad Themistocleam quandam, sacerdotem Apollinis. Nam ob similem quoque causam inter Hebræos scriptor quisquis fuit pulcherrimi libri, cui à Sapientia nomen est, eundem sapientissimo Regum Salomoni velut auctori inscripsit, & inter Christianos longo post tempore, Apollinaris discipuli Mysticam Theologiam veluti Dionysio Areopagita auctore non dubitarunt Ecclesiæ commendare.

III. Si quis vero universæ rationes inquiret quibus homines per moti fœtus ingenii vel suos vel aliorum, magnis nominibus, aut alienis certe, inscripserunt: præter has ipsas causas quas modo memoravi, variaz insuper aliæ sese offerunt, ex quibus videntur quædam ex ambitione, ex avaritia aliæ, aliæ ex nocendi vel illudendi libidine, aliæ ex metu, aliæ denique ex errore & ignorantia proficisci.

*Error & ignorantia* in quam plurimis apparet, sæpissime in illis qui ex similitudine nominis decepti, quod sæpe plurimis longe diversæ ætatis & auctoritatis scriptoribus commune est, scripta exigui pretii & infimæ ætatis, ad antiquos & probatos referre non dubitarunt. Quod in Heraclito, Hippocrate, Aristotele, Plutarcho: præcipue in Ecclesiasticis scriptoribus factum non raroprehendimus, ut in Hippolytis, Methodiis, Athanasii aliisque bene multis etiam in hac Bibliotheca annotare me memini.

*Ex metu* alienum nomen, vel nullum imposuere lucubrationibus suis, qui scribere auli invisâ multis, vel contempturis si nossent autorem, vel ad verius eos qui possent proscribere; existimarunt hac ratione consulere se posse securitati suæ & simul impietati aut improbæ maledicendi libidini; vel etiam laudabili vera & utilia monendi desiderio velificari.

quitatem, falsis fidem, incertis auctoritatem tribuendi. Est etiam ambitio, experiri num tuo Marte possis aliquid elucubrare quod velut germanum probati ac veteris scriptoris à viris doctis legatur. Neque alienum ab honoris studio duxerim, si quis aliquid in litteras missurus velit latere post Apellis, & vel nullum vel commentitium nomen foetui suo præfigat; licet novi illos etiam qui nomen suum libris quos composuere, inscribunt, argui quod hoc gloriæ desiderio faciant: Idque ut verum esse in plerisque non abnuo, ita puto sæpissime necessarii officii esse hoc facere, & falsa appellatione auctoris venditare librum illudendi aliis sive decipiendi causa, aut veris sua surripere auctoribus, vel etiam his hallucinationes sub nomine alieno publicare, nec ab æquitate permissi arbitror, nec à legibus, quæ ideo anonyma etiam scripta multa tantum intoleranda ac famosa condemnant.

IV. Criteriis sive regulæ quibus genuina à spuris scriptis distinguuntur, aliæ certæ sunt & non inficiandæ, aliæ probabiles, aliæ saltem dubia nituntur conjectura: quæ enim ex improbabili aut profus lapsa vel mera inani suspitione proveniunt, *æque* potius vel iniquitatem aut levitatem produnt hominis, justis auctoribus sua tribuere detrectantis, quam ad solidas sanæ critices rationes referri possunt.

Criteriis *certa* sunt, quæ ab explorata temporum ratione vel rebus ipsis manifestis, aut historica fide & testibus idoneis petuntur, quibus eadem scripta vel negari uni, cujus ætas, conditio, genius, stylusque probe perspectus est nobis, cuiusvis intelligenti & æquo iudici evidenter patet, vel ad alterum rectius referri constat.

*Probabilia* argumenta dixeris, quæ sumuntur à styli (non cuiusvis statim, hæc enim rebus manifestis criteriisque certis merito adscribitur, sed attentioribus & acutioribus vix Criticis observata) diversitate, & diversa (in eodem præsertim argumento) tractandi ratione, ubi plura & varia ejusdem auctoris scripta habemus: aut quæ ab ingenio & sententiis scriptorum invicem pugnantibus, quæ à diversorum codicum plurium, testimoniove fide, & quæ à silentio scriptorum generali duci solent: ex quibus ipsis, si plures notas contingat, pluraque documenta in unum collineare, parum abest, quin ex probabilibus certa & extra controversiam posita nasci incipiant.

*Dubiam* conjecturam denique sapiunt, quæ proferuntur ex simulatione, negatione, vel hallucinatione scriptorum quorundam aut librario-

Ad nocendi studium pertinet, quod reperti sunt qui ut alteri detraherent, vel exosum ac contemptum redderent quem odissent, sub illius nomine vulgarent erubescenda, punienda, impia: Sicut Diotimus Stoicus quinquaginta venditavit lascivas Epistolas tanquam scriptas ab Epicuro, ut refert Laërtius X. 3.

*Avaritia* & habendi studium librariis hoc inprimis potuit persuadere, ut quo animosiores emtores suis quos describerent Codicibus reperirent, perinde ut artifices quidam\* pretium majus operibus inventuri suis, novo marmori adscribere Praxitelem, suo detricto, vel Myronem argento: Ita libris laudatos & magnæ auctoritatis Auctores Orpheum, Musæum, Hippocratem, Aristotelem, Demosthenem inscriberent, qua de re notum exstat Galeni testimonium narrantis ab illo maxime tempore cœpisse multa scripta falsis maximorum scriptorum ferri nominibus, ex quo Reges Ægyptii ac Pergameni instruendis focupletibus Bibliothecis inter se certantes scripta celebrium auctorum diligenter inquirerent, & reperta offerentes liberaliter remunerarentur. Πρὸν γὰρ ἦν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τε καὶ Περγᾶμῳ γινώσκειν βασιλεῖς ἐπὶ κήσῃ παλαιῶν βιβλίων φιλοτιμηθέντας, εἰδένω ψευδῶς ἐπιγράφειν συγγράμματα. Antequam Alexandriæ & Pergami Reges sese in comparandis sibi antiquis libris invicem emularentur, nondum ita frequens erat lucubrations falsis nominibus inscribi. λαμβάνειν δ' ἀρχαίων μισθῶν τῶν κομιζόντων ἀντοῖς συγγράμμασι παλαιῶν τῶν ἀνδρῶν, ἕως ἤδη πολλὰ ψευδῶς ἐπιγράφουσι ἐκομίζον. Ex quo autem inciperent amplam mercedem ferre qui veteris alicujus auctoris opus exhiberent, multa falso jam ab illis inscribi contigit. Lib. I. in Hippocrat. de natura humana T. V. edit. Basil. p. 16.

*Ambitioni* illos pseudonymos foetus merito adscripseris, qui per plagiū auctoris non suis tribuuntur, cujus rei exemplum possem iterum offerre Epicurum, si verba Laërtii X. 4. τα δὲ Δημοκρίτου περὶ τῶν ἀτόμων καὶ Ἀριστίππου περὶ τῆς ἡδονῆς ὡς ἰδία λέγειν, recte versa essent sic ut in editione novissima legitur: Democriti quoque de atomis & Aristippi de voluptate libros ut suos asservisse. Verum sensus tantummodo est, dogma de atomis, principiis omnium rerum; & alterum illud de summo bono voluptate, mutuatum Epicurum a Democrito & Aristippo, inventionis gloriam sibi vendicasse. Nulla autem res magis supposititorum scriptorum numerum auxit, quam ambitiosa cupiditas placita vel commenta sua magnorum testium suffragiis commendandi ac stabiliendi, novisque anti-

qui

\* Phædrus lib. V. Lib. 1.

quitatem, falsis fidem, incertis auctoritatem tribuendi. Est etiam ambitionis, experiri num tuo Marte possis aliquid elucubrare quod velut germanum probati ac veteris scriptoris à viris doctis legatur. Neque alienum ab honoris studio duxerim, si quis aliquid in litteras missurus velit latere instar Apellis, & vel nullum vel commentitium nomen foetui suo præfigat; licet novi illos etiam qui nomen suum libris quos composuere, inscribunt, argui quod hoc gloriæ desiderio faciant: Idque ut verum esse in plerisque non abnuo, ita puto sæpissime necessarii officii esse hoc facere, & falsa appellatione auctoris venditare librum illudendi aliis sive decipiendi causa, aut veris sua surripere auctoribus, vel etiam suas hallucinationes sub nomine alieno publicare, nec ab æquitate permitti arbitror, nec à legibus, quæ ideo anonyma etiam scripta multa tantam intoleranda ac famosa condemnant.

IV. Criteriis sive regulæ quibus genuina à spuris scriptis distinguuntur, aliæ certæ sunt & non inficiandæ, aliæ probabiles, aliæ saltem dubia nituntur conjectura: quæ enim ex improbabili aut profus injusta vel mera inani suspitione proveniunt, *arguoriar* potius vel iniquitatem aut levitatem produnt hominis, justis auctoribus sua tribuere detrectantis, quam ad solidas sanæ critices rationes referri possunt.

Criteria *certa* sunt, quæ ab explorata temporum ratione vel rebus ipsis manifestis, aut historica fide & testibus idoneis petuntur, quibus eadem scripta vel negari uni, cujus ætas, conditio, genius, stylusque probe perspectus est nobis, cuius intelligenti & æquo judici evidenter patet, vel ad alterum rectius referri constat.

*Probabilia* argumenta dixeris, quæ sumuntur à styli (non cuius statim, hæc enim rebus manifestis criteriisque certis merito adscribitur, sed attentioribus & acutioribus vix Criticis observata) diversitate, & diversa (in eodem præsertim argumento) tractandi ratione, ubi plura & varia ejusdem auctoris scripta habemus: aut quæ ab ingenio & sententiis scriptorum invicem pugnantibus, quæ à diverforum codicum plurium, testiumve fide, & quæ à silentio scriptorum generali duci solent: ex quibus ipsis, si plures notas contingat, pluraque documenta in unum collineare, parum abest, quin ex probabilibus certa & extra controversam posita nasci incipiant.

*Dubiam* conjecturam denique sapiunt, quæ proferuntur ex silentio, negatione, vel hallucinatione scriptorum quorundam aut libra-  
rio-

riorum, ab fide unius vel alterius Codicis, nec melioris, nec antiquioris, ab una alteraque phrasi, apud æquales scriptores non observata nobis.

Quæ denique ab *improbabili suspitione* proficiscuntur, ex præconcepta opinione sectæ, factionis, & *ιδιογνωμοσύνης* ambitiosæ, vel falsa interpretatione proveniunt omnia, non modo nullis solidis aut probabilibus nixa fundamentis, sed inani specie vix perstringente imperitos contra rerum & probatorum scriptorum testimonia, atque contra multorum auctoritatem sæculorum, tantum quia consentibus ita placet, ut lubricationes testatissimas genuinis eripiant auctoribus, atque scriptoribus nobilissimis tribuant longe alienissima.

Hæc singula per plures species diducere & illustrare exemplis etiam Græcorum Scriptorum, fuerit, ut sane minus difficile, ita prolixum & ab instituto meo alienum, partim etiam explicatum jam à multis viris doctis, qui vel de arte Critica tradiderunt, vel criteria discernendorum à germanis suppositorum scriptorum exposuere: quorum elenchum brevem hoc loco dare, atque ad ea quæ de hoc argumento disputata passim in hac ipsa Bibliotheca sunt, remittere Lectorem sufficere existimo.

*Eusebius Amort* in novo systemate artis Criticæ, Norimberg. 1723. 4.

Acta Erud. Germanice edita LXXXIX. T. 8. p. 317. sq.

*Gottfridus Arnoldus* Vorbericht zum ersten Christenthum, p. 9. sq.

*David Blondellus* in Pseudo Isidoro & Turriano vapulante Genev. 1628. 4. & libro Gallice edito de Sibyllis, Charentone 1639. 4.

*Guil. Caveus* Prolegomenis ad Hist. literar. scriptorum Ecclesiasticorum sect. IV.

*Joannes Clericus* in arte Critica, post editionem primam Amst. 1697. 8. recusa sæpius, part. 3. sect. 2. (Bibl. Choisie T. XXIV. p. 146. 305.)

*Rob. Cocus* in censura scriptorum quæ sub nominibus sanctorum & veterum Auctorum à Pontificiis citari solent. Lond. 1614. 1623. 4. Helmst. 1641. 1655. 1683. 8.

*Maturinus Veysserius la Crose* in Vindiciis veterum scriptorum contra Joannem Harduinum. Roterd. 1708. 12. & in diss. contra Nourium pro Lactantii lib. de mortibus persecutorum.

*Joannes Dalheus* de usu Patrum lib. 1. c. 3. & 4.

Idem



- Idem libris tribus de Pseudepigraphis Apostolicis, Hardevici 1653. 8. & de scriptis, quæ sub Dionysii Apreopagitæ & Ignatii nominibus circumferuntur. Genev. 1666. 4.
- D. *Albertus a Felde* ὁ μακαρίτης Epist. ad D. Kochium de dialogo S. Justiniani cum Tryphone. Sleswici 1700. 8. & in Demonstratione.
- Jo. *Jacobi Feuerlini* diss. regulis generalibus, quibus scripta supposititia & interpolata dignoscuntur, certitudinem & universalitatem vindicans, adverfus V. C. Polyc. Lyserum Altdorfii 1726.
- Don. *Heinsius* in prolegomenis ad Aristarchum sacrum.
- Christophorus Augustus Heumannus* in parergis Criticis diss. de arte Critica & speciatim therapeutica Jen. 1712. 8.
- Richardus Holdsworth* part. 1. prælectione Theologica XXXVII. pag. 328. sq. Lond. 1661. fol.
- Andreas Gerardus Hyperius* de ratione studii Theologici Lib. IV. c. 9. observat. 3.
- D. *Christian Gottlieb Koch* in diss. qua Justiniani Dialogum cum Tryphone supposititium esse contendit c. 2. Kilon. 1700. 8.
- P. *de Laubrussel* S. I. traité des abus de la Critique en matière de Religion Paris 1710. 12. 2. Vol. Mem. de Trev. Ao. 1711. p. 1311.
- Polycarpus Lyserus* in Vindiciis generalibus scriptorum, qui vulgo supposititii contra Jo. Clericum virum celeberr. habentur Witeb. 1715. 4.
- Honorati à S. Maria*, Carmelitæ, réflexions sur les regles & sur l'usage de la Critique, touchant l'Histoire de l'Eglise, les Ouvrages des Peres, les actes des anciens Martyrs, les vies des Saints &c. Paris 1713. 1717. 1723. 4. tribus Volum. Mem. de Trev. A. 1713. p. 1305. A. 1718. p. 83. Journal litteraire T. 2. p. 369. Neuer Bücher : Saal. XXXVI. p. 817. Journal des Sav. A. 1713. p. 509. A. 1717. p. 551. A. 1718. p. 9. Act. Er. T. 7. suppl. p. 49. & A. 1724. p. 180. Europe savante A. 1718. Jun. p. 215. 243. &c.
- Philippus Jacobus Mauffacus* diss. Critica ad Harpocratonem.
- Jo. *Pearsonus* in Vindiciis Ignatii contra Dallæum &c.
- Lud. Ellies du Pin* Bibl. Eccles. T. 1. parte 2. præfat. (Bibl. universelle de Mr. le Clerc T. 3. p. 43. sq.)

cessariam quæ à *κρισις* sive iudicio nomen habet Critice, atque in iustæ æstimatione verborum ac sententiarum, rerum, scriptorumque omnis generis & cujuscunque linguæ, poetarum & prosariorum versatur.

In *verbis* genuinam lectionem constituit, emendat corrupta & erroribus librariorum ac pseudographemasin liberat, deinde verum inquirit sensum, idiomati, usui temporum locorumque, ac præsertim auctoris instituto & consuetudini congruentem, ambigua explicat & distinguit, illustrat obscura, atque consideratione eorum quæ vel antecedunt vel sequuntur, aut confimilium parallelorumque collatione locorum ita, non aliter intelligenda esse definit.

*Sententiis* quam solidum crepent, quam veræ sint aut probabiles, quam proposito accommodatæ auctoris, quam præferendæ vel postponendæ aliis aliorum scriptorum placitis & opinionibus, quam novæ vel sexcenties prius dictæ, advocata historiarum & disciplinarum luce, intenta ingenii acie expendit.

*Res*, sintne utiles an flocci, æqua lance metitur, neque salutem Græciæ positam esse iudicat in nugis, quantumvis canoris aut difficilibus subtilissimisque, & arista acutioribus. Nisi profuturum sit quod facit, quod laborat, stultam gloriam & inanem esse, hilum non dubitat: Neque tamen ideo patitur se decipi contemptibili specie rerum utilissimarum, ut ideo negligat eas vel adspernetur, atque ut non omni potius modo usum earundem discens, videns & intelligens observandas ac vehementer sectandas iudicet.

In *scriptoribus* hoc agit diligenti studio, ut quid valeat, qua in re præstet unusquisque, quid in eo iure reprehendatur aut desideretur norit imprimis: quod ut possit assequi, necesse est in multis ut ætatem, locum, vitæ conditionem, auctoritatem, præcipue vero ut notas & characteres qui in scriptis ejus extant & elucent, quæque in dictione, quæ in omni modo tractandi, quæ circa religionem, sectam & præconcepas opiniones animique motus ad amorem vel odium inclinatos licet in eodem observare.

In *scriptis* ipsius denique præter ea quæ jam dixi, & quæ ad veram lectionem, interpretationem, & pretium Codicesque MSS. & editiones dignoscendas faciunt, singulare Critici officium est hoc, quod per quam utile & necessarium etiam fecit multorum sive error sive fraus sive perversa cupiditas, ut argumentis non inficiandis constare doceat de auctore, atque si scriptum aliquod integrum, vel pars scripti aut vel unus versicu-  
lus

lus ab aliena manu suppositus claro nomini, & intrusus sit, agat Aristarchum, idque non levibus conjecturis, sed certis rationibus demonstrare obeloque ac censura notare valeat.

II. Miror virum doctum Philippum Jacobum Mauffacum in diff. Critica Harpocratiōni adjuncta pag. 97. affirmasse, quod certissimum putaret ante tempora Ptolemæorum regum Alexandriae & Attalorum Regum Pergami magnas certatim instruentium Bibliothecas, nullum opus falso in scriptum fuisse, immo ab ipsorum tempore ejusmodi viguisse corumpendorum ἐπιγραφῶν librorum libidinem ob φιλοπρίαν quæ inter illos erat cœmendorum majori pretio librorum quos vetustiorum & nobilium auctorum nomina commendabant. Nam licet facile credo ἐγὰρ hancce Regum studiosorum εἶδα vehementer potuisse fraudulorum librariorum avaritiam & ambitionem accendere: tamen nec una hæc fuit causa nominum alienorum scriptis præfigendorum; neque negari potest etiam ante illud tempus plures, homines saltim privatos, ne de Regibus in præsentī dicam; studiosos & præclarorum librorum animosos emtores extitisse, ut Platonem refert Laërtius VIII. 85. unum Philolai volumen ab ejus propinquis redemisse pretio minarum Alexandinarum quadraginta, hoc est thaleris DCCC. sive ut est apud Gellium III. 17. tres libros decem millibus denarium, hoc est thaleris mille & ducentis, sive ut Jo. Tzetzes X. hist. 355. minis centum fuisse emtos à Dione Syracusano donatosque Platoni, hoc est duobus millibus thalerorum. Eodem Gellii loco leges, Speusippi philosophi pauculos libros mercatum Aristotelem talentis Atticis tribus, sive LXXII. milibus sestertium, hoc est thaleris circiter bis millenis. Quod autem præter librariorum fraudem, profectam ex avaritia vel placendi aut fallendi libidine, etiam aliæ causæ fuerint jam à temporibus remotissimis, aliena nomina & nobilissima scriptis præfigendi, constat antiquissimo exemplo Ægyptiorum, quos Jamblichus testatur probata quælibet scripta & inventa non suo veri auctoris quodque, sed Hermetis sive Mercurii nomine publicasse. Ita enim ille in limine libri de mysteriis Ægyptiorum: θεὸς ὁ τῶν λόγων ἡγεμὼν, ὁ Ἑρμῆς, πάλαι δέδοκται καλῶς ἀπ᾽ αὐτοῦ τῆς ἱερῆς γλώσσης καὶ τοῦ ἱεροῦ. ὁ δὲ τῶν θεῶν ἀληθινῆς ἐπιστήμης προεσηκῶς, εἰς ἑστίν ὁ αὐτὸς ἐν ὅλοις. ἢ δὴ καὶ οἱ ἡμέτεροι πρόγονοι τὰ αἰτῶν τῆς σοφίας εὐρήματα ἀνεύρεσαν, Ἑρμῆ πάντων οἰκῆα συγγραμμάτων ἐπνομάζοντες. DEUS eloquentiæ præses Mercurius olim recte existimatus est sacerdotibus omnibus esse communis; quique ad veram de Diis scientiam præit, unus idemque

que est in universis. Quare & nostri majores sua sapientie inventa illi  
 ,, dedicabant, omnia propria commentaria Mercurii nomine inscriben-  
 ,, tes. Eodem pertinet quod Galenus initio commentarii quo Hippocra-  
 tis Aphorismos à Juliano Alexandrini Methodici objectionibus defendit  
 T. IX. edit. Paris. p. 376. notat nomina auctorum in Aegypto olim  
 servata, hoc est ut ego intelligo, inscripta columnis publicata fuisse non sub  
 auctorum suorum sed sub Hermetis nomine. En ejus verba: ἐχρηγὰρ  
 ὡπερ ἐν Αἰγύπτῳ πάλαι τῶν καὶ τῶν τέχνας εὗρισκομένων ἕκαστον ὑπὸ κοινῆς συμ-  
 φωνίας τῶν πεπαιδευμένων κερθεύει, ἐπιγράφεται θελαῖσι τοῖσιν ἀποκακούμεναις ἐν  
 ἱεροῖς χωρίοις, καὶ καὶ παρ' ἡμῶν ἀνά τι συνέσειον ἀνδρῶν δικαίων τε ἅμα καὶ πε-  
 παιδευμένων οἱ δοκιμάζοντες τὰ νέα συγγραμματα, θήσασσι μὲν ἐν δημοσίοις  
 χωρίοις τὰ χρηστὰ, διαφθείρασι δ' ἕσα μοχθηρὰ. βέλπον δ' ἦν οἱ μηδὲ πύσμα  
 τὰ γραψάντων ἐφύλαττον, ὡπερ καὶ ἐν Αἰγύπτῳ τὸ ἀρχαῖον. ἐκωλύθη γὰρ  
 ἀνὰ ἡμῶν καὶ τὰς τῶν φιλοτίμων ἠπεὶ δόξαν ἅμετερ ἄσπεδον. νῦν δ' ἐπὶ  
 δὴ καὶ γραφὴν ἔχουσιν ἅπασιν, καὶ κρίνεσσι ἐπιτυχέσιν, εὐδοκίμασι ὡς καὶ  
 πολλοῖς οἱ ἑλληνόεσσι. Oportebat quidem, sicut in Aegypto olim artium  
 inventum unumquodque à communi eruditorum consensu probatum co-  
 lumnis sacro loco positum inscribebatur, eodem modo etiam apud nos colle-  
 gium exstare proborum simul doctorumque hominum, qui examinatis re-  
 centibus scriptis in publicum que bona sint exponant, mala vero et inepta  
 quecumque fuerint perdant et aboleant: satius quoque esset, si ne scriben-  
 tis quidem nomen servaretur, quemadmodum nec in Aegypto quidem  
 servabatur antiquitus: Hoc enim pacto nimie glorie contentioni apud istos  
 cupidus obviam maxime iretur. Nunc cum et passim scribere omnibus li-  
 ceat, et unicuique sententiam ferre et vulgo, audacissimus quisque ma-  
 xime commendatur. Sic vetustissimus ex Regibus, Mnevis, qui leges scri-  
 ptas primus sanxit Aegyptiis, eas retulit ad Mercurium, quod Diodorus  
 Siculus lib. I. Bibl. p. 84. ait ab eo factum perinde ut ab aliis aliarum prisca-  
 rum gentium Legislatoribus, sanctiones suas augustiore aliquo nomine  
 commendantibus. Sed verba ejus una cum observatis nonnullis alio quo-  
 que loco\* pridem à me proditis, hoc loco referre juvat. Πῆται Φασὶ  
 πρῶτον ἐγγράφῳ νόμοις χρησασθαι τὴν πλῆθην βιοῦν τὸν Μνεῦν, ἀνδρῶν καὶ  
 τῆ ψυχῆ μεγαλὴν καὶ τῶ βίῳ κοινῶσιν τῶν μνημονευομένων. προσηγορίῃσιν  
 αὐτῶ ἐν Ἑρμῆν δεδωκέναι τῆς. ὡς μεγάλων ἀγαθῶν αἰεὶ ἐστομένους. κα-  
 θε

\* Prolegom. ad Vincentii Placcii τῆ μακαρίτεθ theatrum pseudonymo-  
 rum & anonyorum.

Ὡς περ παρ' Ἑλλήσι ποιήσαι φασὶν ἐν μὲν τῇ Κρήτῃ Μίνωα, ὧς δὲ Λακεδαιμονίῃς Δουκουργῶν. τὸν μὲν παρὰ Διὸς, τὸν δὲ παρ' Ἀπόλλωνος φήσαντα τῆτις ἐληφέναι. καὶ παρ' ἑτέροις δὲ πλείοσι ἔθνεσι ὧς δίδεδοται τῆτις τὸ γένος τῆς ἐκνοίας ὑπάρχει, καὶ πολλῶν ἀγαθῶν αἰτίον γενέσθαι τοῖς ποιηθείσι. Παρὰ μὲν γὰρ τοῖς Ἀριμασποῖς Ζαθραύστην ἰσοροῦσι τὸν ἀγαθὸν Δαίμονα προσποιεσθῆναι τοῖς νόμοις αὐτῶ διδοῖαι, παρὰ δὲ τοῖς ὀνομαζομένοις Γέταις Ζαμολξῶν ὡσαύτως τὴν κοινὴν Ἑσίαν, παρὰ δὲ τοῖς Ἰουδαίοις Μωσὴν τὸν Ἰαῶ ἐπικαλούμενον Θεόν. εἴτε Θαυμαστὴν καὶ θεῖαν ὅλως ἐνοίαν εἶναι κρίναντας τὴν μάκρυσαν ὠφελῆσαι ἀνθρώπων πλῆθος, εἴτε καὶ πρὸς τὴν ὑπεροχὴν καὶ δύναμιν τῶν ἄριστων λεγομένων τοῖς νόμοις ἀποβλέψαντας τὸν ὄχλον, μάλλον ὑπακούσθαι διαλαβόντας. *Primus ajunt Aeneas vir est magis animi, est inter hoc nomine celebratos de vita optimè meritus, populum induxit, iuxta leges scriptas vitam institueret. Leges à Mercurio sibi traditas, inde ingentia vitæ bona promanarent, simulavit. Quod apud Græcos in Creta etiam Minos, apud Lacedæmonios Lycurgus faciitavit, quorum ipse Jovi, hic Apollini suas vendicavit. Id commenti genus apud plures quoque alias gentes adhibitum, multorum causa bonorum persuasis exstitisse ferunt. Nam apud Arimaspos Zathraustes bonum genium, apud Getas Zamolxis communem Vestam; apud Judæos Moses Deum qui IAO dicitur, legum auctorem suarum finxisse perhibetur. Sive quod admirandum prorsus est divinum esse judicarent commentum illud quod in commodum societatis humanæ exiret: Sive quod vulgus ad majestatem est potentiam illorum, qui leges invenisse dicerentur, respectans, dicto magis auctiens fore existimarent.*

Longe ampliorem elenchum texere poterat Diodorus eorum qui leges suas acceptas retulere Diis, nam sic etiam apud Romanos Numa Pompilius, ut populum sacris obligaret, voluit videri sibi cum Dea congressus esse nocturnos, de qua Ennius primo Annali apud Varronem sexto de lingua latina:

*Ollei respondet suavis sonus Egeriai.*

Et Zaleucus apud Locrenses, uti apud Athenienses Draco & Solon, à Minerva traditas jactabant, quas ipsis ferrent leges: Rhadamantus autem legislator Cretensium à Jove, ut relatum Ephoro apud Strabonem (lib. X. p. 476.) Charondas Thuriorum legifer à Saturno, Zoroaster Persarum ab Oromasde, ne de aliis in præsentem memorem, quæ apud Valerium Maximum libro primo capite secundo legi possunt, & quæ à recentis ætatis scriptore Balthasare Bonifacio libro XIX. Historiæ ludicræ capite

pite primo & à Christophoro Adamo Ruperto ad *Florum* pag. 82. sq. collecta. Quamvis autem non hi tantum, de quibus jam dictum sed longe etiam plures, nec sine successu commento illo usi fuissent nulla tamen vel cogit necessitas vel probabilitas suadet idem suspicari Moysen, nedum quod Diodorus rerum Judaicarum parum gnarus ten fecit, audacter illud ab eo factum asseverare. Quid enim Moysi sui vel quid non dissimile cum ceteris gentium legislatoribus? Illi quidem ut Deum vel Deam jactantes auctorem, nullam tamen fidem adere dictis suis rei majestate, neque quicquam ediderunt quod non set a callido viro & astuto proficisci: Moyses & augusta Legum promulgatione, atque universa constitutione Reip. Israëliticæ non civibus tantum sed hostibus & æmulis quoque suis probavit maximorum plurimorumque & manifestissimorum miraculorum suorum divinitatem. Illi leges & tiquam stabiles sed varie mutandas, & post non adeo multum temporis nitus iterum abolitas condiderunt: Moyses post tot non centurias millenarios annorum etiamnum auditur, nec à sua gente tantum, à toto fere orbe terrarum. Traditio porro ipsa legis Moysi quam ut Numæ alicujus in angulo facta; & latio ejus solennis quam Deo di quam miraculosa & de cælo ipso testata, spectante universo populo quid legibus ejus simplicius, æquius, sapientius? quantum in ejus rimoniis mysterii, fidei in prædictis, in gestis constantiæ ac virtutis viniæ? quam longe denique præstant Moysi de origine universi à Deo conditi oracula, omnibus argutiis Philosophorum? His denique cæctis veluti in cumulum accedit, quod solum poterat sufficere, fide gnissimum CHRISTI, quem DEUS à mortuis suscitavit, & Apostolorum propagata per tot miracula toto orbe Christiana religione testimoniorum suffragium, quo nobis perinde ut Judæis Joh. IX. 29. con Moysen neutiquam DEUM auctorem legum suarum finxisse, sed v DEUM cum ipso fuisse locutum, sive illi legum ferendarum auctorem visse singulari ac non inficianda ratione.

Neque vero legumlatores modo, sed alii quoque docti & sapientes viri, nec solum ad Deos, sed etiam ad homines antiquitatis, ingenii religionis & sapientiæ laude illustres sua scripta libenter retulerunt, ut aliis avidius legerentur, reciperenturque. Nam de Pythagoreis disertum est Jamblichi testimonium, in vita Pythagoræ capite XXXI. \* narr

\* Pag. 164, edit. præclaræ Ludolphi Kusteri.

tis illos, propriæ gloriæ securos, inventa sua & monumenta ingenii fere sub Pythagoræ ipsius Magistri sui splendido nomine publicasse. Καλὸν δὲ καὶ τὸ πάντα Πυθαγόρῃ ἀναπιδέναι καὶ ἀποκαλεῖν, καὶ μηδεμίαν περιποίησθαι δόξαν ἰδίαν ἀπὸ τῶν εὕρισκομένων, εἰ μὴ καὶ τὸ σπάνιον. Πανυ γὰρ δὴ πρὸς εἰσὶν ὀλίγοι ἂν ἰδία γνωρίζεται ὑπομνήματα. *Egregium etiam fuit, quod cuncta Pythagoræ adscribebant attribuebantque, nec ullam sibi, nisi admodum raro ab inventis suis gloriam vindicabant: Pauci enim ex illis sunt, quorum propria commentaria celebrantur.* Longum esset referre scripta Lyfidis, Hippasi, Astonis, Empedoclis, Cleemperi, Philolai aliorumque Pythagoræorum sub Pythagoræ ipsius, vel Lini, vel etiam Orphei nomine lecta pridem atque laudata, ut Pythagoras ipse decreta sua referebat ad Themistocleam quandam, sacerdotem Apollinis. Nam ob similem quoque causam inter Hebræos scriptor quisquis fuit pulcherrimi libri, cui à Sapientia nomen est, eundem sapientissimo Regum Salomoni velut auctori inscripsit, & inter Christianos longo post tempore, Apollinaris discipuli Mysticam Theologiam veluti Dionysio Areopagita auctore non dubitarunt Ecclesiæ commendare.

III. Si quis vero universæ rationes inquiret quibus homines per moti fœtus ingenii vel suos vel aliorum, magnis nominibus, aut alienis certe, inscripserunt: præter has ipsas causas quas modo memoravi, variaz insuper aliaz sese offerunt, ex quibus videntur quædam ex ambitione, ex avaritia aliaz, aliaz ex nocendi vel illudendi libidine, aliaz ex metu, aliaz denique ex errore & ignorantia proficisci.

*Error & ignorantia* in quam plurimis apparet, sæpissime in illis qui ex similitudine nominis decepti, quod sæpe plurimis longe diversæ ætatis & auctoritatis scriptoribus commune est, scripta exigui pretii & infimæ ætatis, ad antiquos & probatos referre non dubitarunt. Quod in Heraclito, Hippocrate, Aristotele, Plutarcho: præcipue in Ecclesiasticis scriptoribus factum non raro deprehendimus, ut in Hippolytis, Methodiis, Athanasii aliisque bene multis etiam in hac Bibliotheca annotare me memini.

Ex *metu* alienum nomen, vel nullum imposuere lucubrationibus suis, qui scribere ausi invisa multis, vel contempturis si nossent autorem, vel ad verius eos qui possent proscribere; existimarunt hac ratione consulere se posse securitati suæ & simul impietati aut improbæ maledicendi libidini; vel etiam laudabili vera & utilia monendi desiderio velificari.

Ad nocendi studium pertinet, quod reperti sunt qui ut alteri detraherent, vel exosum ac contemptum redderent quem odissent, sub illius nomine vulgaverunt erubescenda, punienda, impia: Sicut Diotimus Stoicus quinquaginta venditavit lascivas Epistolas tanquam scriptas ab Epicuro, ut refert Laërtius X. 3.

*Avaritia* & habendi studium librariis hoc imprimis potuit persuadere, ut quo animosiores emtores suis quos describerent Codicibus reperirent, perinde ut artifices quidam\* pretium majus operibus inventuri suis, novo marmori adscribere Praxitelem, suo detricto, vel Myronem argento: Ita libris laudatos & magnæ auctoritatis Auctores Orpheum, Musæum, Hippocratem, Aristotelem, Demosthenem inscriberent, qua de re notum exstat Galeni testimonium narrantis ab illo maxime tempore cœpisse multa scripta falsis maximorum scriptorum ferri nominibus, ex quo Reges Ægyptii ac Pergameni instruendis focupletibus Bibliothecis inter se certantes scripta celebrium auctorum diligentem inquirere, & reperta offerentes liberaliter remunerarentur. Πρὸν γὰρ ἦεν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τε καὶ Περγᾶμῳ γινώσκειν βασιλεῖς ἐπὶ κήσει παλαιῶν βιβλίων φιλοτιμηθέντας, εἰδένω ψευδῶς ἐπιγεγραπτο συγγραμμά. *Antequam Alexandriæ & Pergami Reges sese in comparandis sibi antiquis libris invicem emularentur, nondum ita frequens erat lucubrationes falsis nominibus inscribi.* λαμβάνειν δ' ἀρχαίων μισθὸν τῶν κομιζόντων αὐτοῖς συγγράμματα παλαιῶν τῶν ἀνδρῶν, ὅπως ἤδη πολλὰ ψευδῶς ἐπιγεγραφοῖς ἐκομίζον. *Ex quo auctorem inciperent amplam mercedem ferre qui veteris alicujus auctoris opus exhiberent, multa falso jam ab illis inscribi contigit.* Lib. I. in Hippocrat. de natura humana T. V. edit. Basil. p. 16.

*Ambitioni* illos pseudonymos foetus merito adscripseris, qui per plagiū auctoris non suis tribuuntur, cujus rei exemplum possem iterum offerre Epicurum, si verba Laërtii X. 4. τα δὲ Δημοκρίτου περὶ τῶν ἀτόμων καὶ Ἀριστοππεῖος περὶ ἡδονῆς ὡς ἴδια λέγειν, recte versa essent sic ut in editione novissima legitur: *Democriti quoque de atomis & Aristippi de voluptate libros ut suos asseruisse.* Verum sensus tantummodo est, dogma de atomis, principii omnium rerum; & alterum illud de summo bono voluptate, mutuatum Epicurum a Democrito & Aristippo, inventionis gloriam sibi vendicasse. Nulla autem res magis supposititorum scriptorum numerum auxit, quam ambitiosa cupiditas placita vel commenta sua magnorum testium suffragiis commendandi ac stabiliendi, novisque anti-

qui

\* Phædrus lib. V. Lib. 1.



quitatem, falsis fidem, incertis auctoritatem tribuendi. Est etiam ambitionis, experiri num tuo Marte possis aliquid elucubrare quod velut germanum probati ac veteris scriptoris à viris doctis legatur. Neque alienum ab honoris studio duxerim, si quis aliquid in litteras missurus velit latere instar Apellis, & vel nullum vel commentitium nomen fœtui suo præfigat; licet novi illos etiam qui nomen suum libris quos composuere, inscribunt, argui quod hoc gloriæ desiderio faciant: Idque ut verum esse in plerisque non abnuo, ita puto sæpissime necessarij officij esse hoc facere, & falsa appellatione auctoris venditare librum illudendi aliis aliosve decipiendi causa, aut veris sua surripere auctoribus, vel etiam suas hallucinationes sub nomine alieno publicare, nec ab æquitate permitti arbitror, nec à legibus, quæ ideo anonyma etiam scripta multa tantquam intoleranda ac famosa condemnant.

IV. Criteriâ sive regulæ quibus genuina à spuris scriptis distinguuntur, aliæ certæ sunt & non inficiandæ, aliæ probabiles, aliæ saltem dubia nituntur conjectura: quæ enim ex improbabili aut prorsus injusta vel mera inani suspitione proveniunt, *axepoia* potius vel iniquitatem aut levitatem produnt hominis, justis auctoribus sua tribuere detestantis, quam ad solidas sanæ critices rationes referri possunt.

Criteriâ certa sunt, quæ ab explorata temporum ratione vel rebus ipsis manifestis, aut historica fide & testibus idoneis petuntur, quibus eadem scripta vel negari uni, cujus ætas, conditio, genius, stylusque probe perspectus est nobis, cuius intelligenti & æquo judici evidenter patet, vel ad alterum rectius referri constat.

*Probabilia* argumenta dixeris, quæ sumuntur à styli (non cuius statim, hæc enim rebus manifestis criteriisque certis merito adscribitur, sed attentioribus & acutioribus vix Criticis observata) diversitate, & diversa (in eodem præsertim argumento) tractandi ratione, ubi plura & varia ejusdem auctoris scripta habemus: aut quæ ab ingenio & sententiis scriptorum invicem pugnantibus, quæ à diversorum codicum plurium, testiumve fide, & quæ à silentio scriptorum generali duci solent: ex quibus ipsis, si plures notas contingat, pluraque documenta in unum collineare, parum abest, quin ex probabilibus certa & extra controversiam posita nasci incipiant.

*Dubiam* conjecturam denique sapiunt, quæ proferuntur ex silentio, negatione, vel hallucinatione scriptorum quorundam aut librario-

riorum, ab fide unius vel alterius Codicis, nec melioris, nec antiquioris, ab una alteraque phrasi, apud æquales scriptores non observata nobis.

Quæ denique ab *improbabili suspitione* proficiscuntur, ex præconcepta opinione sectæ, factionis, & *ιδιογλωσσότης* ambitiosæ, vel falsæ interpretatione proveniunt omnia, non modo nullis solidis aut probabilibus nixa fundamentis, sed inani specie vix perstringente imperitos contra rerum & probatorum scriptorum testimonia, atque contra multorum auctoritatem sæculorum, tantum quia censentibus ita placet, ut lubricationes testatissimas genuinis eripiant auctoribus, atque scriptoribus nobilissimis tribuant longe alienissima.

Hæc singula per plures species diducere & illustrare exemplis etiam Græcorum Scriptorum, fuerit, ut sane minus difficile, ita prolixum & ab instituto meo alienum, partim etiam explicatum jam à multis viris doctis, qui vel de arte Critica tradiderunt, vel criteria discernendorum à germanis supposititorum scriptorum exposuere: quorum elenchum brevem hoc loco dare, atque ad ea quæ de hoc argumento disputata passim in hac ipsa Bibliotheca sunt, remittere Lectorem sufficere existimo.

*Eusebius Amort* in novo systemate artis Criticæ, Norimberg. 1723. 4.

Acta Erud. Germanice edita LXXXIX. T. 8. p. 317. sq.

*Gottfridus Arnoldus* Vorbericht zum ersten Christenthum, p. 9. sq.

*David Blondellus* in Pseudo Isidoro & Turriano vapulante Genev. 1628. 4. & libro Gallice edito de Sibyllis, Charentone 1639. 4.

*Guil. Caveus* Prolegomenis ad Hist. literar. scriptorum Ecclesiasticorum sect. IV.

*Joannes Clericus* in arte Critica, post editionem primam Amst. 1697. 8. recusa sæpius, part. 3. sect. 2. (Bibl. Choisie T. XXIV. p. 146. 305.)

*Rob. Cocus* in censura scriptorum quæ sub nominibus sanctorum & veterum Auctorum à Pontificiis citari solent. Lond. 1614. 1623. 4. Helmst. 1641. 1655. 1683. 8.

*Maturinus Veyssérius la Crose* in Vindiciis veterum scriptorum contra Joannem Harduinum. Roterd. 1708. 12. & in diss. contra Nourium pro Lactantii lib. de mortibus persecutorum.

*Joannes Dallesus* de usu Patrum lib. 1. c. 3. & 4.

Idem

- Idem* libris tribus de Pseudepigraphis Apostolicis, Hardevici 1653. 8. & de scriptis, quæ sub Dionysii Apreopagitæ & Ignatii nominibus circumferuntur. Genev. 1666. 4.
- D. Albertus a Felde* ὁ μακαρίτης Epist. ad D. Kochium de dialogo S. Julini cum Tryphone. Sleswici 1700. 8. & in Demonstratione.
- Jo. Jacobi Feuerlini* diss. regulis generalibus, quibus scripta supposititia & interpolata dignoscuntur, certitudinem & universalitatem vindicans, adversus V. C. Polyc. Lyserum Altdorfii 1726.
- Dom. Heinsius* in prolegomenis ad Aristarchum sacrum.
- Christophorus Augustus Heumannus* in parergis Criticis diss. de arte Critica & speciatim therapeutica Jen. 1712. 8.
- Richardus Holdsworth* part. 1. prælectione Theologica XXXVII. pag. 328. sq. Lond. 1661. fol.
- Andreas Gerardus Hyperius* de ratione studii Theologici Lib. IV. c. 9. observat. 3.
- D. Christian Gottlieb Koch* in diss. qua Justinii Dialogum cum Tryphone supposititium esse contendit c. 2. Kilon. 1700. 8.
- P. de Laubrussel* S. I. traité des abus de la Critique en matiere de Religion Paris 1710. 12. 2. Vol. Mem. de Trev. A. 1711. p. 1311.
- Polycarpus Lyserus* in Vindiciis generalibus scriptorum, qui vulgo supposititii contra Jo. Clericum virum celeberr. habentur Witeb. 1715. 4.
- Honorati à S. Maria*, Carmelitæ, reflexions sur les regles & sur l'usage de la Critique, touchant l'Histoire de l'Eglise, les Ouvrages des Peres, les actes des anciens Martyrs, les vies des Saints &c. Paris 1713. 1717. 1723. 4. tribus Volum. Mem. de Trev. A. 1713. p. 1305. A. 1718. p. 83. Journal litteraire T. 2. p. 369. Neuer Bücher: Saal. XXXVI. p. 817. Journal des Sav. A. 1713. p. 509. A. 1717. p. 551. A. 1718. p. 9. Act. Er. T. 7. suppl. p. 49. & A. 1724. p. 180. Europe savante A. 1718. Jun. p. 215. 243. &c.
- Philippus Jacobus Mauffacus* diss. Critica ad Harpocratonem.
- Jo. Pearsonus* in Vindiciis Ignatii contra Dallæum &c.
- Lud. Ellies du Pin* Bibl. Eccles. T. 1. parte 2. præfat. (Bibl. universelle de Mr. le Clerc T. 3. p. 43. sq.)

- Andreas Rivetus* in Critico sacro T. 2. Opp. p. 1068. sq. & lib. de Patrum auctoritate c. XII. sq. T. 2. p. 1063. sq.
- Matthæus Scrivenerus* apologia pro SS. Patribus contra Dallæum p. 80. sq. 95. sq.
- Abrahamus Scultetus* in Aphorismis de fructuosa Patrum lectione, quos Medullæ Patrum præmisit.
- Sixtus Senensis* libro IV. Bibl. sanctæ sub extrem.
- Frid. Spanhemius* filius in XVIII. Canonibus Criticis, introduct. ad Historiam Eccles. N. T. T. 1. Opp. p. 487. sq.
- Frid. Tilemannus* diss. philologica de historicorum delectu, Witcb. 1597. 8.
- Laurentius Villaviciensis* Hispanus lib. 3. de formando studio Theologico, libro tertio, Hyperii insistsens vestigiis, Antw. 1565. Colon. 1575. 8.
- Gerh. Jo. Vossius* Aristarchi sive Grammatices Latinæ libro primo, & libro de Philosophia cap. 21.
- Jo. Woverius* in polymathia cap. 16. sq. Hamb. 1610. 4. Lips. 1665. 8. & T. X. thesauri Antiquitat. Græcar. Gronoviani.

V. In libro primo hujus Bibliothecæ quam plurima scripta supposita antiquissimis, & Homero vetustioribus scriptoribus tributa notare me memini. Atque ut illa tantum quæ hodie etiamnum exstant, memorem, eo pertinent quæ dixi de *Chirone*, cui adscriptum carmen de piscibus, quod est Marcelli Sidetæ: De historia Trojana cujus interpres falso Cornelius Nepos, atque auctor falso venditatus fuit *Dares* ille de quo Homerus Iliad. ε. vers. 9.

Ἦν δέ τις ἐν Τρώεσσι Δάρης ἀφνειὸς, ἀμύμων  
ἱεὺς Ἡφαίστιο - - -

Nec non de ephemeride Ἰλιακῶν, relata ad *Diogenem* Cretensem, ex quo idem Homerus profecerit. Præcipue vero de *Pœmandro* & *Asclepio* aliisque scriptis quæ feruntur sub *Hermetis* nomine: Et de Curanidibus, tabulaque Smaragdina, cujus mentio etiam apud pseudo Aristotelem in secretis secretorum ad Alexandrum, ex Arabico versus Latine p. 12. b. ubi Hermogenis nomen bis excusum male pro Hermetis. Tabulæ illi affinis inscriptio Græca, quam non procul à Memphi incisam saxo refert Athanasius Kircherus prodromi Copti p. 173. & 275. *ἕρανος ἄνω, ἕρα-*  
*νος*

νός καλῶ. ἄστρα ἀνω, ἄστρα κάτω. πᾶν ὃ ἄνω, πᾶν τῆλο καλῶ. ταῦτα λάβε  
 καὶ εὐχῆς. Videri etiam possunt quæ dicta sunt à me de scriptis editis  
 sub *Hesiodicis* nomine & *Melampodis* ac *Musei* & *Orphei* imprimis,  
 tum *Sibyllarum*, & *Zoroastris*, in quibus larga seges hypobolimarum &  
 dubiæ fidei scriptorum, vetustissimis suppositorum nominibus. Quoniam  
 autem ab illo tempore in manus meas incidit schedion Valentini Herman-  
 ni Thyrilliti *τῆ μακαρίης*, editum Witebergæ 1719. 4. in quo GEMISTI  
 PLETHONIS Compendium Zoroastreorum & Platoniorum dogmatum  
 Græce exhibere se profitetur, lubet illud præfenti loco cum lectore com-  
 municare, addita ad priorem partem Latina versione. Videtur illud quidem  
 esse particula librorum Gemisti *περὶ νομοθεσίας*, in cujus operis argumento  
 apud Allatium de Georgiis p. 749. T. X. hujus Bibl. & Lambecium VII. p.  
 172. primo loco refertur, ἡ βιβλίον ἥδε περιέχει θεολογίαν μὲν τὴν καὶ  
 ζωροάστρην τε καὶ Πλάτωνα.

ΖΩΡΟΑΣΤΡΕΙΩΝ ΤΕ  
 ΚΑΙ ΠΛΑΤΩΝΙΚΩΝ  
 ΔΟΓΜΑΤΩΝ  
 ΣΥΝΚΕΦΑΛΑΙΩΣΙΣ  
 ΤΟΥ  
 ΠΛΗΘΩΝΟΣ.

ZOROASTREORUM  
 ET  
 PLATONICORUM  
 DOGMATUM COMPENDIUM  
 AUCTORE  
 GEMISTO PLETHONE.

I.

Ἐκεῖνα μάλιστα ἀνδρῶν κεφάλαια  
 εἶδεναι, ὅν γε δὴ Φρόνιμον εἰσέ-  
 μων. πρῶτον μὲν ἐκεῖνο περὶ Θε-  
 ῶν, ὡς εἰσίν. ἔς μὲν αὐτῶν  
 Ζεὺς ὁ βασιλεὺς, μέγιστός τε  
 καὶ εἰς ὅσον γε ἐνὴν ἄριστος,  
 τοῖς ὅλοις τοῖς δὲ ἐφεσηκώς,  
 καὶ θεότητι ἐξαιρετός. Αὐτὸς  
 μὲν, πάντη τὸ ἴον καὶ πάντως ἀ-  
 γνήστος. Τῶν δ' ἄλλων ἀπάν-  
 τῶν

I.

Sapientia studiosus hæc maxime  
 capita scire debet. 1.) Primum  
 illud *de Diis*, quod sunt, atque  
 unus quidem eorundem Rex  
 maximus Jupiter, & quantum  
 licet cogitatione assequi opti-  
 mus, qui universis hisce præstet  
 & Divinitate præstat. Ipse exi-  
 stens semper & omnino ingeni-  
 tus, aliorum autem omnium præ-  
 S ter

Ἰῶν πατὴρ τε καὶ δημιουργὸς πρεσβυτάτος. Τῆτι δὲ παῖς μὲν πρεσβυτάτος, ἀμῆτωργε, δεύτερος δὲ θεὸς Ποσειδῶν, τῆ πεδυσίῳ τῆς κ' πάντων ἡγεμονίας πρὸς τὸν πατέρα ἐπιπετραμμένον, καὶ ἐπὶ τὴν τῆδε τῆ βραχὺ γένεσιν τε καὶ δημιουργίαν, θεοὺς καὶ ἑτέροις χρωμένον ὑπάρχουσιν. τοῖς μὲν ἀδελφοῖς, ἀμῆτωρσι πᾶσιν ὑπεραβασίαις, Ὀλυμπίοις τε δὴ καὶ περσείοις, πύς δὲ καὶ αὐτὸς ἐξ Ἡέρας ἤδη θεῶν, τῆσγε ὕλης παραγωγῆς, γένων, τῆς ἐντὸς βραχὺ τῆδε, τῆ δὴ βραχίον γένεσιν ἀστρων, καὶ τῆ ἡμετέρας ἡδὴ φύσει προσεχῆς δαιμόνων γένεσιν χθόνιον. ὅς καὶ ἡλίῳ παῖδων Ἰῶν ἑαυτῆ τῶ πρεσβυτάτῳ ἡγεμονίαν τε τὴν τῆδε τῆ βραχὺ ἐπιπετραφε, καὶ ἐπὶ γένεσιν τὴν τῶν ἐν αὐτῷ θεῶν. ταύτην μὲν τε καὶ σὺν Κρόνῳ, θεῶν τῶν γε ἑρπετίων πτωχῶν τε ἡγεμόνι. πρῶτον μὲν ἔν τῆτο, ἔτω τε καὶ ταύτῃ μάλιστα ἀκριβέμενον νομίζουσιν.

## II.

Ἐπειδὴ ὡς καὶ τῶν ἡμετέρων προνοῶσι ἔστι οἱ θεοὶ, οἳ μὲν αὐτῶν προσεχῶς ἐφασπτόμενοι. οἱ δὲ δια τῶν σφῶν παραδειξέων. ἀπαντες δὲ κ' δεσμῶς τῆς τῆ Διὸς ἀπαντες κατευθύνοντες. Ἐπειδὴ ὡς τῶν μὲν κακῶν ἕθενός, ἔτ' ἄλλῳ ἕθενί τῶν πάντων, ἔτ' ἡμῖν, τῶν δ' ἀγαθῶν, αὐτοὶ εἰσὶν οἱ ἀπώτατοι. ἐπὶ δὲ τῆ

το 5,

ter & opitex veterrimus, Hujus filius antiquissimus matre, Deus alter Neptui secundæ partes in gutione universi commissæ Patre, cœli etiam hujus ratio atque creatio. 3.) Hæcæteris ut subpræfectis & fratribus supracœlestibus nitit sine matre omnibuslympiisque & Tartareis, quæ Junone Dea & educos em progeneravit. Tum intellum, astrorum cœlestium & naturæ nostræ vicinos stres dæmones. Idem Sol seniori, præfecturam cœli & mortalium sub eo generem commisit, & hanc quæ una cum Saturno, præfide tæorum Titanumque. Igitur primo ita, atque hunc me in modum expositum, tenere oportet.

## II.

Deinde sciendum 4.) quod nostram curam gerunt vel ipsimet per se manus: ventes, vel per inferiorum ministerium: universe autem cundum Jovis legem omni rigentes. 5.) Hinc quoc illius mali neque nobis neque cuiquam, bonorum autem

τας, ως κῆ εἰμαρμένη ἀμετασφό-  
ρα κῆ ἀπαρρατρεπῆ ἐκ Διὸς χω-  
ρῆσθι κατὰ γὰρ δὴ τὸ ἐνὲν βέλυσον,  
κατὰ περιάνυσι. καὶ πῦρ μὲν  
πρὸ θεῶν.

causa sunt unica. 6.) Præterea  
quod fato inconvertibili & in-  
declinabili, dependente à Jove,  
secundum id quod fieri potest  
optimum, omnia faciunt evenire.  
Et hæc quidem de Diis.

III.

Πρὸ δὲ τῶ Παντός, πρῶτον μὲν αὐ,  
ὡς αἰθῆρον πῦρ τὸ πᾶν, ----- οἱ  
δύο πρῶτοι πῦρ κῆ τρίτος θεὸς ἐκ τῶ  
Διὸς γεγενῆσθαι. κῆ ἔτ' ἐργασμένον χρό-  
νον, ἔτ' αὖ ποτε πλευτήσαν. Ἐπειδὴ  
ὡς κῆ ἐκ πολλῶν ἰσῶν πάντων, εἰς  
ἐν πῆρμασμένον, εἰδὴ ὡς ἀρίστα  
ἐκ ἰσῶν ἐόντων, ἰσῶν πεποιηκότι ὅτι  
δὴ μάλιστα ἀρίστη ὄντι μεμηχανη-  
μενον, ἔ' λελιοπότι ἔδ' ἠλάνην ὑπερ-  
βολῆν. Ἐπὶ τῆτοις αὐ, ὡς κῆ  
ὡς αὐτῶν αἰεὶ ἐν ἰσῶν καθιερηκότι  
σχῆματι σωζόμενον ἀπαρρακίνη-  
ται. τοσαῦτ' ἐν κῆ πρὸ τῶ Παν-  
τός.

III. *De Universo* autem 7.) primum  
nosse juvat, quod æternum est,  
cum secundis & tertiis Diis ex Jo-  
ve prognatis, nec initium habuit  
unquam, nec habebit finem, &  
quod ex multis omnibus in unum  
quoddam coaptatum est. 8.)  
Deinde quod Opifex quæ potue-  
re fieri optima, utpote optimus  
maxime, fecit, nullamque omni-  
no intermisit præstantiam operi  
addere. 9.) Præterea quod immo-  
tum & eadem forma constans  
semper illud conservabitur. Hæc  
etiam de Universo.

IV.

Πρὸ δὲ αὐ ἡμῶν αὐτῶν, πρῶτον μὲν  
ὡς θεοῖς ἡ ψυχὴ ἡμῶν ἕσα συγγε-  
νῆς, ἀθάνατος τε μίνοι ἐν ἕρανῶ  
τῶδε ἐν ἀπαντῶ χρόνον κῆ αἰδῖος.  
Ἐπειδὴ ὡς κῆ σῶμα ἐν τῶ θνητῶ  
τῶδε, ἰσῶν θεῶν κοινωνήσασθαι  
ἐκάστω, ἀλλοτε ἄλλῳ κατὰ πέμ-  
πῆσαι, τῆς τῶ πάντες ἐνεκα ἁρμο-  
νίας. ὡς κῆ θνητῶν ἀθάνατοις  
ἔργα ἡμῶν κῆ εἶδει τῶ ἡμετέρῳ κοι-  
νωκίτων, ὅ πᾶν κῆ ἴαυτῆ αὐτῶ,  
αὐ.

IV. *De nobismet ipsis* scias 10.) pri-  
mum quidem quod animus no-  
ster, cognatus Diis, tempus omne  
in cælo immortalis & æternus  
manet. 11.) Deinde quod à  
Diis in corpus hoc mortale vario  
tempore demittitur, ut cum illo  
communicet, ad harmoniam  
tuendam universi, & mortalia  
cum Divinis communicantia in  
nobis & in specie nostra, univer-  
sum

αὐτῶ συνδύοιτο. εἶθ' ἄς τὸ κα-  
λὸν ἡμῶν ἐκείως τῇ πρὸς θεοὺς συγ-  
γενείᾳ, τὸ προσῆκεν ὅ βίᾳ τέλει.  
Ἐπὶ δὲ πᾶσιν, ὡς καὶ τὸ εὐδαιμον  
ἡμῶν, ἐν τῷ ἀθανάτῳ ἡμῶν, ὃ καὶ  
τῆς ἐσίας ἀνθρώπων ἐστὶ τὸ κυριώ-  
τατον, ὑπὸ τῶν τῶ γένεσιν ἡμῶν  
συνησαμένων θεῶν ὠρισκέ.

## V.

Ταῦτα δὴ δώδεκα σύμπαντα κεφα-  
λαία, πρὸς τὰ θεῶν, καὶ τὰ παν-  
τὸς τῆδε, καὶ φύσεως τῆς ἡμετέ-  
ρας εἰδέναι τὸ δεῖν καὶ νομιζέειν, εἰ  
μέλλεις ἄλλο ὡς μάλα φρο-  
νῶν, καὶ φρονιμῶ τῷ ἑνὶ ἰσο-  
δου, καὶ ἰδίᾳ χρώμενον διανοίᾳ,  
ὑπὸ δὲ ψυχῆς τῆς τῆδε ἡγεμε-  
νης ἔχοντες ἀγόμενα τῆς Ἡλίου.  
ἐπὶ δὲ κρόνον καὶ τῶν τῶν ἄλλων,  
ἄλλων προσσηκῶτων χωριστῶν, οἱ  
πρὸς τὸ ἥλιον ὀρθολαμβανόντες  
ἕκαστα, τῆς τῆ γενέσεως καὶ ἔβίᾳ  
καὶ ἀρχῆς αὐταῖς, ἀγαπῶ καὶ  
αὐτοὶ ἤδη, καὶ πρὸς ἐν μὲν σφίσι  
καὶ ἐν ἐνόντων, ἐν δὲ αὐτοῖς οὖς ἀ-  
γομένοις, διακροῖσιν πρὸς τὴν γνε-  
σθαι πεφυκῆσθαι. ἀτ' ἐν ὑπὸ βίᾳ τῶν  
πρὸς θηρία καὶ ἀγόμενα θεοτέρων,  
πρὸς ἄλλα καὶ πρὸς ἑαυτοῦ ποιῶν. ἔτι  
γὰρ ἀν' ὑπὸ ἰδίας ἐπὶ τῆ περιε-  
ργον διανείας ἀχθεῖσθαι. καὶ γὰρ ἐστὶν  
αὐτοῖς, καὶ ἀν' ὑπὸ τῶν ἐξωθεν ἀ-  
γόντων θεοτέρων τῶν τῶν. καὶ δὲ  
γὰρ

sum atque ita ipsum libimet con-  
nectant. 12.) Porro quod co-  
gruenter nostræ cum Diis cogna-  
tioni, debitus vitæ nostræ scopus  
ac finis sit honestum sive virtus.  
Ante omnia autem, quod felici-  
tas nostra in immortalī parte ho-  
minis consistat, quam etiam natu-  
ræ humanæ nobilissimam Diū au-  
tores nostri esse jusserunt.

## V.

Hæc capita in univēsum duode-  
cim, de Diis, de hoc Univerſo  
atque de natura nostra & nosse  
oportet & de iis esse persuasum,  
si quis ita ut par est sapere, & ve-  
re sapienter se gerere desideret,  
non proprio duci ingenio, sed  
ab animo regi qui cælum hoc &  
Solis & Saturni & singularum a-  
liarum rerum moderatrices men-  
tes movet & agit, quæ à Sole  
generationis & vitæ earum re-  
ctore unaquæque accipientes  
secundum naturam suam agunt,  
atque hoc habent, ut non nisi  
suo generi misceantur. Itaque  
brutæ animantes a divinis illis  
mentibus agitæ in aliis rebus  
non adeo curiosè agunt, neque  
enim à propria mente tantum  
sapiunt, neque ab externis divi-  
nis mentibus ad illa moveri fas est:  
At circa generationem multo re-  
ctius se gerunt quam multi ho-  
mi-



γὰρ θέμις, καὶ δὴ καὶ τὴν τοιαύ-  
την πράξιν, πολὺ ἐπιτότερον κα-  
ταγετέτο τῶν ἀνθρώπων πράξεις.  
ἄνθρωποι μὲν γὰρ, ὑπὸ τῆς καὶ  
ἰδίας διανόιας τε καὶ δόξης χρησάται,  
ἀμαρτητῇ μέλλοι αὐτῇ, συ-  
χεῖν τε ἀλλοις, καὶ δὴ καὶ ἐν τῇ  
πρώτῃ πράξει ἀμαρτάνουσιν. ἢ  
ἐξ φύσιν μὲν, περιεργότερον δὲ  
μένει αὐτῇ χρώμενοι, ἀλλ' ἤδη καὶ  
παρὰ φύσιν. ὁ καὶ κομιδῇ ἤδη  
ἀσχιον ἐκείνῃ γίνεται. τῶν δὲ  
θρησκῶν ἕθεν π. ἰσῆτων ἀμαρτάνει.  
πᾶ γὰρ ἐπιτότερον μὲν γινόμενα εἶδεν  
αὐτῶν προφυκέναι καὶ πάλιν πρὸς  
π. ἰσῆτων ἀν. νομιστέον. ἄς τ' ἂν καὶ  
ἐπιτοτερον τῶν, ἢ τῶν αὐτῶν μὲν τοῖς  
ἄσχιον, ἐμοισιδῶν δὲ καὶ ἐγγυὺς  
ἀλλήλων μίγνυσθαι.

VI.

Ἐν ἀδυνεστερα π. ἀνθρώποις αὐτῇ  
ἢ ἐπιθυμία ἦν, ἀλλῶς ἂν π. ἰσῆτων  
νομοθετέον εἶδει. νῦν δ' οἱ θεοὶ  
ἀδύτες π. ἰσῆτων, διὰ τῆς ἀμαρτητῇ τῇ  
δόξης τῆς ἀνθρώπων χρησάται, πε-  
ρι τε συχεῖν ἀλλὰ ἢ δ. οντος ἐκπε-  
σμένους, καὶ δὴ καὶ τῶ ἀφροδι-  
σιαζέον αὐτῶν, ἢ μ. ν. περιεργότε-  
ρον χρησόμενος, ἀλλὰ καὶ τῆσαν-  
ἴσῃ αὐ, ἐνίκα καὶ π. ἰσῆτων αὐτῆ  
ἀφροδισιαζέον, ἴσῃ μὲν ἕδ' εὐαγέας  
αὐτῶν ὅλων νομιστέον, τῆς δὲ καὶ  
π. ἰσῆτων παιδοφιλίας τε καὶ γυναικο-  
φιλίας, ὑπὸ τῆς δυσκολίας  
ἐκνητάντας, δυσχεραίνοντας δὲ καὶ  
π. ἰσῆτων παιδῶν βαλίσσῃ ἀποβο-  
λάς

mines. Hi enim quod propria mente & opinione ducuntur, eaque utuntur peccatis & erroribus obnoxia, frequenter cum in aliis tum in hac ipsa re peccant, non quidem naturam secuti ducem, sed dum curiosius aut plane jam contra naturam utuntur opinione, unde multo turpius est quod ab illis committitur. Brutæ autem animantes nullæ ita peccant. Nam quod quædam, etiam aliis miscere se speciebus natæ sunt, hoc ita fieri putandum est, ut miscantur aliis non ejusdem quidem speciei, similis tamen & propinquæ.

VI.

Si igitur minus vehemens esset libido in hominibus, aliam hac super re legem constitui oportuit set. Jam Diis cum constaret homines, utpote opinione prona in peccatum utentes, in multis aliis frequenter prolabi officioque excidere, etiam circa ipsam Venerem, non tantum curiosius in ea versando, sed in contrariam partem quoque, dum nonnulli abstinent ab illa proflus, atque omnino nefas illam esse opinantur: alii habent quidem prolicita, pulchrius tamen putant ac divinius si quis ab ea abstineat:

S 3

Allis

λας ἐνίκα ἕτας, ὡς μάλλον ἀν ἀί-  
bus, vestem indutus regis simi-

Iem

a) Lous Mensis respondens Julio.

b) *Saki* apud Persas pocillatorem & ministrum denotat. Vide Hadr.  
Relandi reliquias veteris linguæ Persicæ in voce *Sace* T. 2. Misc.  
diff. p. 222. sq. Et de simili more Romanorum in Saturnalibus servos  
honores in domo gerere & jus dicere permittentium, Ez, Spanhe-  
mium ad Cæsares Juliani p. 322. sq.

βασιλική, ὃν καὶ καλεῖσθαι Ζωγάνην. (c) Μνημονεύει τῆς ἐροτῆς καὶ κτησίας ἐν δευτέρῳ Περσικῶν.

leni. Quam Zoganam vocant Hujus felli meminit & Ctesias in Persicis.

Plutarchus lib. 2. de placitis Philosophorum c. 29. & ex eo Eusebius XV 51. præparat. Evangelicæ.

Περὶ ἐκλείψεως σελήνης.

De Lunæ defectu, (quomodo illi contingat.)

Ἀναξίμενης τὰ σομία πρὸς τὸν τροχὸν ἐπιφραπιόμενα. νηρωτσὸς καὶ τὴν πρὸς ἡμᾶς ἐπιπροφὴν τῆ ἀπυρώτα μέγας. Ἡράκλειτος καὶ τὴν τῆ σκαφοειδῆς συσροφὴν.

Anaximenes, osculo rotæ obstruō. *Metosus*, obversa nobi parte ignis experte. Heraclitus scaphæ inversione.

Vitruvius lib. IX. cap. 4.

*Berosus* qui à Chaldæorum civitate sive natione progressus, in Asia etiam disciplinam patrefecit, ita est professus, lunam pilam esse ex dimidia parte candentem, reliqua habere cæruleo colore. Cum autem cursum itineris sui pergens subiret orbem Solis, tunc eam radiis & impetu caloris corripit, convertique candentem, propter ejus proprietatem luminis ad lumen. Cum autem ea evocata ad solis orbes superiora spectet, tunc inferiorem partem ejus, quod candens non sit, propter aëris similitudinem obscuram videri. Cum ad perpendicularum exisset, ad ejus radios totum lumen ad superiorem speciem retineri, & tunc eam vocari *primam*. Cum præteriens vadit ad Orientis cœli partes, relaxari ab impetu Solis, extremamque ejus partem candentiæ opido quàm tenui linea ad terram mittere splendorem, & ita ex eo eam *secundam* vocari. Quotidiana autem versationis remissione *tertiam*, *quartam* indies numerari. Septimo die Sol cum sit ad Occidentem, Luna autem inter Orientem & Occidentem medias cœli teneat regiones,

(c) Fallitur Dalechampius qui annotat ab hoc nomine ductam videri *fortanam* Itolorum. Hæc enim est interula vestis, nomenque habet à *sotto* hoc est *subtus*. Zoganam autem conjicere liceat dictam potius à vocabulo Ζήχ vel Ζιχ quod principem denotat in eclogis Menandri Protectoris p. 82. 83. &c.

nes, quod dimidia parte cæli spatium distet à Sole, item *dimidiam* candentia converfam habere ad terram. Inter Solem vero & Lunam cum distet totum mundi spatium, & Luna Orientis orbem Solis retrospiciens, cum transit ad Occidentem, eam quod longius absit, à radiis remissam, quartadecima die *plena* rota totius orbis mittere splendorem, reliquosque dies decrefcentia quotidiana ad perfectionem lunaris mensis, versationibus & cursu, a Sole revocationibus subire totam, radiosque ejus etiam menstruas dierum efficere rationes.

*Hesychius :*

Σαραχῆσα, ὡς ἐν βιβλίῳ ἢ κοσμήτρια τῆς Ἥρας.

Memoratur etiam à Photio Cod. 167. *Berosus* inter scriptores quibus Joannes Stobæus fuit usus, sed in editis Stobæi nullum Berosi locum annotare me memini.

*Seneca Natural. Quest. III. 29.*

Quidam existimant terram quoque concuti, & dirupto solo nova fluminum capita detegere, quæ amplius ut è pleno profundant. *Berosus*, qui Belum interpretatus est, ait cursu ista siderum fieri, & adeo quidem id affirmat, ut conflagrationi atque diluvio tempus assignet: Arsura enim terrena contendit, quando omnia sidera, quæ nunc diversos agunt cursus, in Cancrum convenerint, sic sub eodem posita vestigio, ut recta linea exire per orbem omnium possit: Inundationem futuram, cum eadem siderum turba in Capricornum convenerit. Illic solstitium, hic bruma conficitur: Magnæ potentia signa, quando in ipsa mutatione, anni momenta sunt.

*Vitruvius lib. IX. cap. 7.*

Cætera ex Astrologia, quos effectus habeant signa duodecim, stellæ quinque, Sol, Luna, ad humanæ vitæ rationem, Chaldæorum ratiocinationibus est concedendum: Quod propria est eorum genethliologia ratio, uti possint antefacta & futura ex ratiocinationibus astrorum explicare. Eorum autem inventiones quas scriptis reliquerunt, qua solertia quibusque acuminibus & quam magni fuerint, qui ab ipsa natione Chaldæorum proflexerunt, ostendunt. Primusque *Berosus* in Insula & civitate Co confedit, ibique aperuit disciplinam. Postea studens Antipa-



tipater itemque Achinapolus , qui etiam non è nascencia sed ex conceptione , genethliologiæ rationes explicatas reliquit.

*Idem eodem libro cap. 9.*

Hemicyclium excavatum \* ex quadrato ad-enclimaque succisum *Berosus* Chaldæus dicitur invenisse , scaphem sive hemisphærium Aristarchus Samius.

*Plinius lib. VII. c. 37.*

Variarum artium scientiâ innumerabiles enituere , quos tamen attingi par sit florem hominum libantibus. Astrologia *Berosus* , cui ob divinas prædictiones , Athenienses publice in Gymnasio statuam inaurata lingua statuere.

*Pausanias in Phocicis c. 12. p. 828. edit. Kubniana.*

Ἐπεγράφη δὲ καὶ ὕστερον τῆς Δημῶς  
ἡ δὲ τῶν Ἑβραίων τῶν ὑπὲρ τῆς Πα-  
λαιστίνης γυνὴ χρησμολόγος. Ὄνο-  
μα δὲ αὐτῆ Σάββη. Βηρωσὺ \*\*  
δὲ εἶναι πατρὸς, καὶ Ἐρυμάνθης μη-  
τρὸς φασὶ Σάββην. \*\*\* Οἱ δὲ αὐτὴν  
βαβυλωνίαν, ἕτεροι δὲ Σιβυλλαν  
καλεῖσιν Αἰγυπτίαν.

Post Demonem Cumanam , in fa-  
tidicarum sceminarum numerum  
conscripserunt Hebræi qui supra  
Palæstinam sunt, Sabbam nomi-  
ne, quam *Beroso* patre, matre  
Erymanthe genitam tradunt.  
Hanc alii Babyloniam , Ægy-  
ptiam alii Sibyllam vocant.

*Suidas in Σιβυλλᾷ*

Ὁ πατὴρ Σιβύλλης τῆς Χαλδαίας βη-  
ρωσὸς ἐκαλεῖτο, ἡ δὲ μήτηρ αὐτῆς  
Ἐρυμάνθη.

Sibyllæ Chaldææ pater vocaba-  
tur *Berosus* , mater vero Ery-  
manthe.

*S. Ju-*

\* Ad horologii solaris usum.

\*\* Nomen Berosi, Scaligerum si audimus, compositum ex duabus vo-  
cibus , Chaldaica & Hebraica , *ber. Hofea* , filius *Oseæ*.  
Chaldæi dicunt *ber*, quod Syri *bar*. vide Thisbi Eliæ. Scal. p. 408.  
ad Græca Eusebii.

\*\*\* Αἱ. Σαμβήθη. Utrumque *ebriam* notat , ab Hebræo *נכס* *vino*  
*pudivit* , ut V. C. Joach. Kühnio notatum.

*S. Justinus Martyr Cohortatione ad Græcos c. 39. p. 34. edit. Paris.*

ταύτη δὲ τὴν Σίβυλλαν ἐκ μὲν βαβυ- Hanc (*Sibyllam*) Babylone ortam,  
 λῶν ἀριμῶν Φασί, βηρωσῶ  
 τῆς Χαλδαϊκῆς ἱστορίας γράψαν- \* scripsit filiam: Eam in Cam-  
 τῆς Συγαίρας ἔσαν κ. τ. λ. pania oras nescio quomodo pro-  
 fectam in urbe quadam cui Cu-  
 me nomen est, sexto à Bajis, qui

locus thermas Campanas habet, lapide, oracula edidisse. Vidimus nos, in ea urbe cum essemus, locum quendam, in quo ingentem basilicam, uno sabrefactam saxo contemplati sumus, rem profecto maximam & omni admiratione dignissimam, ubi responsa eam dedisse affirmabant illi, qui res patrias a majoribus suis accepisse profitebantur. In media autem basilica ostenderunt notis tria solia sive labra ex eodem excisa lapide, quibus aqua repletis lavare ibi eam, & stola sumta in penitissimam basilicæ ædem eodem saxo exstructam se recipere, atque in media ea æde super sublimiore gradu & throno consistere solitam, & oracula ad eum modum promulgasse dixerunt. ταύτης δὲ Σιβύλλης οἷς χρησμοὶ πολλοὶ τῶν συγγραφέων μέμνηται, καὶ Πλάτων ἐν τῷ Φαίδρῳ. Hujus Sibyllæ tanquam fatidicæ cum permulti alii meminere scriptores, tum etiam Plato in Phædro

Haecenus de BEROSO, ejusq; fragmenta genuina ex priscis collecta scriptoribus, quæ præmittere volui dicturus de collectione altera notissima, verum jam pridem suspecta & convicta fraudis, quæ Romæ primum A. 1498. fol. prodiit curante Joanne Annio Viterbiensi, Ord. Præd. qui etiam Commentarios addidit, fidem illi facturos scilicet ex monumentis antea editis, & lucem allaturos obscuris & parum credibilibus scriptis,  
 D d 2 quæ

• Quoniam multæ fuere Sibyllæ, & Berosi etiam nomen pluribus commune esse potuit, nec Pausaniam nec Suidam erroris arguere facile est, quod Sibyllam Berosi filiam tradiderunt. Sed Justinum ab illo defendere difficillimum, quantumvis id conetur eruditissimus Vossius lib. 1. de Historicis Græcis p. 89. Nam & Berosum qualem designet, definit Justinus, auctorem nempe Chaldaicæ historiæ. Deinde Sibyllam eam diferte scribit à se intelligi, cujus Plato in Phædro meminerit. Quomodo igitur hæc filia potuit esse scriptoris qui centum post Platonem annis historiam suam digessit.

quæ sub venerandis vetustissimorum auctorum nominibus venditare non dubitavit. Sunt autem hæc :

I. ARCHILOCHI de temporibus epitome, in qua citantur *Maseas* Phœnix Damascenus libro XCVII. historiarum, Mochus & Annales *Teute* Regis Assyriorum, atque *de octo Homeris* lepida textitur fabella, *Smyrneo*, *Chio*, *Cumæo*, *Salaminio*, *Colophonio*, *Atheniensi*, *Argivo* atque octavo *Mæonio*. Ultimum hunc Homerum, inquit, *etas nostra cernit, qui Olympiade XXIII. & a Trojæ excidio anno quingentesimo patria Mæon, Olympico certamine victor, judicio totius Græciæ eximius poetarum est habitus, & ei soli jus tributum emendandi characteres & nomina & linguam Græcam, quæ ut ferunt Cadmus Samothrax fere barbara & plena ruditatis attulit sub excidium Trojanum, quum reversus esset à fuga quam inierat ob certamen quod illi Prisca uxor intulerat propter nuptias superinductæ Armonie. Sunt ergo nunc characteres ab Homero forma elegantiore. Nam primi barbariem quandam vetustam & non Phœnicam ferebant, quia nihil Phœnicum habent ut cernimus, sed Galatarum & Mæonum figurâs retinent. Idem Homerus reformavit characteres, & Grammaticæ præcepta primus dedit, quum antea quisque sermone scriberet simul & loqueretur vernaculo. Quæ profecto etiam Italia, quæ & magna Græcia, suscepit. Quam apertus in his sit commentitii scriptoris fucus, facile cognoscat lector si cogitet ætatem Archilochi hujus assignari Olympiadem XXIII. & à Trojæ excidio annum quingentesimum, ex loco Tatiani qui de Archilocho Poëta (quem Gygis tempore fuisse scribit etiam Herodotus lib. 1. cap. 12.) ita habet p. 109. edit. Oxon. (Parif. p. 167.) ὁ δὲ Ἀρχιλόχῳ ἠκμασε περὶ Ὀλυμπιάδα τρίτην καὶ εἰκοστὴν καὶ ἑβδόμη τῶν Ἰλιακῶν ἔτεσι πεντακοσίοις. Et tamen Archilochus iste ex Poëta repente factus Historicus citat Mnaseam qui sub Ptolemæo Physcone scripsit hoc est annis post Olympiadem XXIII. amplius quingentis. Et pro Mnasea Maseam appellat Annius ex corrupto Latine versionis Antiquitatum Josephi Codice, ex quo etiam ridicule Mnaseam fecit Phœnicem Damascenum, cum fuerit ex Lycia Patarenfis. Sed in Codice illo verba quædam exciderant, quod Annio fraudi fuit. Nam apud Josephum lib. I. Antiquitatum c. 4. est *Μνασίας* δὲ καὶ ἄλλοι πολλοὶ καὶ Νικόλαῳ δὲ ὁ Δαμασκηνὸς ἐν τῇ ἐπισημοσῇ καὶ ἐκτῇ βιβλίῳ ἰστορεῖ. *Mnaseas* & alii plures, quin & *Nicolaus Damascenus* libro nonagesimo sexto narrat. Hinc patet unde Mnaseas ex Pataren-*

tarenſi illico Damascenus & librorum XCVI. auſtor extiterit quos nunquam ſcripſit, licet composuit alia hiſtorica & Geographica de quibus Jo. Harduinus ad Plinium & Voſſius lib. I. de hiſtoricis Græcis c. 21. ubi etiam de Mnæſæ Berytio ac Colophonio ſive Locrenſi pægniorum ſcriptore, qui per ludibrium dictus eſt ſalpes, quod eſt nomen piſcis vario colore, ut notat Athenæus VII. p. 321. Mnæſæ Phoceniſis mentio apud Ariſtotelem V. 4. politic. & Diodorum Sic. XVI. p. 437. Mnæſeam alium ſecum colloquentem inducit Juſtinus Martyr dialogo cum Tryphone p. 143. De Archilocho poëta dixi inter Lyricos lib. 2. c. 15. nec dubito falli eos, qui Hiſtoricum à Poëta diverſum ſtatuunt Archilochum. Nam in Chronico Eufebiano Hieronymi ad A. DCCCCIX. ubi de Homeri ætate diſſeritur, verba: *Licet Archilochus viceſimam tertiam Olympiadem & quingentiſimum Trojane verſionis annum ſupputet*, manifeſte expreſſa ſunt ex loco Tatiani quem attuli, ſed expreſſa parum accurate, cum apud Tatianum non Archilochus ita ſupputet, ſed Archilochi qua floruit ætas ita à Tatiano computetur. Neque error hic Eufebii fuit, ſed Hieronymi, quoniam Græca Eufebii apud Syncellum p. 181. ita leguntur: *καὶ ἔπειτα καὶ Ἀρχιλόχῳ*, alii ajunt Archilochi tempore Homerum fuiſſe *περὶ τὴν κ' γ' Ὀλυμπιάδα, μὲν ἔτη φ' πρὸ τῆς ἀλώσεως Τροίας. Τευτεὶ* nomen ſumſit Annius ex Diodoro, vel Eufebii Chronico, ubi inter Aſſyriorum Reges numeratur, qui in Pontaci editione p. 1. eſt *Tanteus*, in Scaligeri p. 18. perinde ut apud Annum *Teuteus*. Sed Annales ab eo ſcriptos nemini opinor ante Annum in mentem venit.

2. XENOPHONTIS æquivoca, ſive de pluribus Diis, hominibusve eodem appellatis nomine, nec non de æquivocis temporum, ſive anni apud varias gentes diverſa magnitudine, ac de pluribus inundationibus. Semiramis in columna in urbe Nino poſita hæc traditur incidiſſe: *Mibi pater Jupiter Belus, avus Saturnus Babylonicus, proavus Chus Saturnus Aethiops, abavus Saturnus Aegyptius, atavus Cælus Phœnix Ogyges, ab Ogyge ad meum avum Sol orbem ſuum circum iuſtravit ſemel & tricies & centies. Ab avo ad patrem ſexies & quinquagies, a patre ad me bis & ſexagies. Columnam, templum, ſtatuam Jovi Belo ſocero & matri Rheæ in hoc Olympo Semiramis dicavi.* Ubi Homeros plures fuiſſe ſcribit, eximium Poëtarum ait ultimum fuiſſe omnium, poſtque Thalem Mileſium inveniri. Cadmos plures memorans quintum refert *redeuntem à Phœnicia detuliſſe in Græciam primum ſedecim*

*cim numero litteras rudes non Phœnicias, sed Galatarum & Mœonum per similes characteribus. Residuas, inquit, retulerunt paullo post Palamedes & Simonides melicus. Fuit & ultimus (Cadmus) qui scribere docuit oratione soluta, cum ante litteras advectas atque post, vernaculo solum cornine uterentur. Xenophontem hunc filium Gryphorum vocat Annius, mox Gryphi, volens Grylli filium dicere u evidens est vel ex eo, quod ait eum floruisse Olympiade XCV. circa illud ipsum enim tempus celebris scriptor Xenophon Atheniensis duxit exercitum pro Cyro juniore adversus ejus fratrem Artaxerxem. Sed in levi ista de æquivocis farragine non majores potuerunt esse hujus quidem Xenophontis partes, quam cujusvis ex illo exercitu lixa aut colonis.*

3. BEROSI quinque libri antiquitatum, 1. de multis ante diluvium sæculis, de gigantibus, de ventura orbis perditione per prædicatione & vaticinationes lapidibus excisas præsignificata, de Noæ ejusque navis instar arcæ cooperta, de regnis primis ante diluvium. 2. De genealogia primorum ducum post diluvium *ex Chaldaicis atque Scythicis libris.* 3. De Noæ genere post diluvium aucto, duobusque conditis regnis Armeno & Kitim sive Italico, & de multis naturalium rerum secretis quæ mandavit litteris, & de *ritualibus* ejus *libris* deque Astrologia per ipsum tradita & agricultura usque vini conficiendi, nec non de filio ejus Chamo, alio nomine Zoroast, magicæ studioso & veneficæ. 4. De conditis post multiplicatum genus humanum regnis, & Nimroto Babylonix Saturno primo Assyriorum Rege, qui assumpto pro filio Jove Belo cum colonis furatus est *rituales* Jovis Sagi, & de Jano ab Armenia postremo omnium ut colonias per orbem seminaret egresso. *Hæc, inquit, nostri majores multis libris tradiderunt: Nunc de temporibus eorum ac posteritatibus dicemus juxta id quod in nostra Chaldaica & primordiali Scythica historia, fidei memoria conservatum est.* 5. De Nimroto Saturno ejusque filio Jove Belo & aliis sedecim Assyriæ Regibus, variisque circa illa tempora gestis & regnorum originibus.
4. MANETHONIS supplementum Berosi, ab Amynte Assyriorum Rege & Ægypto à quo Ægyptus nomen accepit, usque ad tempora quibus Assyrii, Ægyptii, Tyrrheni delitiis enervati decreverunt, Latini creverunt, *ex quibus geniti sunt per quos Romani Imperium tenent.* Supplemento huic prologus à Manethone præmissus fingitur, qui ita se

se habet: *Berosus inter Chaldaeos historicos probatior defloravit brevissimis annotationibus omnia Chaldaica, de potioribus regnis orbis à diluvio maximo quod eorum majores scribunt fuisse ante Ninum, usque ad precipuum regnum Trojae conditum. Nos quoque ubi ipse reliquit prosequamur ea quae nobis ex nostris historicis vel eorum relationibus consequuti sumus, per nostros Aegyptios reges progrediendo, ut ipse egit sub Assyriis. Sed qui potuit in mentem venire Manethoni ut supplementum Berosi componeret, cum ante Berosum scripserit, claruit enim ipse sub Ptolemæo Philadelpho, cui etiam inscripsit apotelesmatica, & Berosus Tatiano teste (supra p. 204.) suum opus dedicavit Antiocho θεῶ. Deinde nec Assyrius nec ulli alii genti vel antiquitate vel potentia cedebant Aegyptii, aut cedere eos voluit Manetho, \* qui longe majora de illis sensit ac concepit animo, quam ut Aegyptiacam suam historiam faceret supplementum & appendicem Berosi, si vel maxime hujus Chaldaica ante libros Αἰγυπτιακῶν Manethonis in manus hominum data fuisse ponamus.*

5. METASTHENSIS Persæ libellus de judicio temporum & annalibus Persarum. *Qui de temporibus, inquit, scribere parant, necesse est illos non solo auditu & opinione Chronographiam scribere, ne quum per opiniones scribunt, uti Græci, cum ipsis pariter & se & alios decipiant, & per omnem vitam aberrant. Verum absque ullo errore fiet, si solos annales duarum Monarchiarum (Chaldaicæ & Persicæ) secuti ceteros omnes ut fabulatores rejicerimus. In his enim tam liquide atque vere digesta sunt tempora, Reges & nomina, quam apud eos splendidissime regnatum est. Neque tamen omnes recipiendi sunt qui de his Regibus scribunt, sed solum Sacerdotes illius regni, penes quos est publica & probata fides annalium suorum, qualis est Berosus. Nam in Chaldaeo orbe tempus Assyriorum digestit ex antiquorum annalibus, quem solum vel maxime unum Persæ nunc sequimur. Deinde post Assyriorum Regum seriem (ex Beroso ut ait) ad Sardanapalum breviter deductam, Huc usque Berosus. Nos autem illum imitati, nullo alio auctore usi sumus quam publica Sultana Bibliotheca, in qua annales Persarum ferunt fuisse Belochum tertium, Sardanapali clandestinum hostem, qui ejus militiae præfectus erat. Tempus quo vixisse vult videri, innuit in fine scripti, ubi post percursum Medorum Persarumque imperia magnumque Alexandrum, memoratur ipsi Seleucus Nicanor, qui*

\* Confer de Manethone dicta lib. 3. hujus Bibl. c. 20.

qui nun agit trigesimum annum, successit toti Asiae ac Syriae. Scilicet Seleuci hujus tempore vixit( Σιλίου Νικατορι συμβεβηκώς Clem. Alex. 1. Strom. p. 305.) celebris Indicorum scriptor *Megasthenes*, ejus nomen corrupto Eusebii Latini Codice deceptus, Annius Metasthenem perperam appellat, ut pridem notatum præclaro Vossio lib. I. de Hist. Græcis capite undecimo. Megasthenem constanter vocant præter Strabonem aliosque scriptores a Vossio laudatos Phlegon extremo libri de mirabilibus, Ælianus hist. animal. VIII. 7. XVI. 41. XVII. 39. & Syncellus p. 221. librum quartum Ἰνδικῶν laudans ex Josepho. Obiter notare liceat, Caroli Josephi Imbonati errorem, qui in Bibliotheca Latino Hebraica p. 160. Matthiam Megasthenem ait Historiam Judaicam scripsisse, idque firmat auctoritate Eusebii in præparat. Evangelica. Sed Matthiæ nomen expungere, & pro Judaica Indicam reponere idem Eusebius docet.

6. PHILONIS Judæi breviarium temporum, in tres libellos divisum: de qua commentitia lucubratione, cum libro de Biblicis Antiquitatibus itidem Latine tantum edito & Philoni supposito non confundenda dixi lib. IV. c. 4. §. 2. n. 44.
7. *Joannis Annii* de primis temporibus & quatuor ac viginti regibus Hispaniæ & ejus antiquitate.
8. Ejusdem de antiquitate & rebus Hetruriæ liber, mira commentorum portenta complexus. Inter alia in his decretum *Desiderii* Regis Italiæ ex *Grimoaldo* Volturnæ sive Etruriæ præfecto, in excerptis quæ sub Rege Desiderio de Hetruria scripsit.
9. *Q. Fabii Pistoris* de aureo sæculo & origine Urbis Romæ, ac vocabulorum ejus ac de Romulo libelli II.
10. MYRSILI Lesbii de bello Pelasgico, quod scriptum Annius confinxit occasione petita ex iis quæ ex genuino Myrsilo Dionysius Halicarnassæus & Strabo retulerunt. Confer Vossium lib. 3. de Historicis Græcis lib. 3. p. 391. sq. & Martinum Hanckium de Rom. rerum scriptoribus lib. 1. p. 299. sq. & lib. 2. p. 421. sq. Ex Dionysio etiam lib. 1. p. 22. repetitum quod personatus hic Myrsilus refert de *Xanthi* Lydi patria historia.
11. *M. Catonis* fragmenta de originibus. In his citantur *Antiochus* Syracusanus, *Hellanicus*, *Herodotus*, & *Timeus* quem fabulatorem appellat. Etiam hi ex Dionysio Halicarnassæo. De singulis hisce Vossius, de Antiocho etiam Meursius in Bibliotheca Græca, sed qui Antio-

tiochum Xenophanis a Syracusano perperam distinguit. De hisce fragmentis Catoni tributis, sicut de Fabii Pictoris vide eruditorum judicia accensuras apud Hanckium lib. 1. de Rom. rerum scriptoribus p. 21. 27. sq. & libro 2. p. 198. 203. sq.

12. *Antonini Pii* itinerarium, commentitium \* & diversum ab itinerario, quod sub Antonini fertur nomine, & de quo plura dixi in Bibl. Latina.
13. *C. Sempronii* de divisione & chorographia Italiae. Etiam hujus fingendi ansam è Dionysio Halic. Annius arripuit, cui C. Sempronius cum M. Catone semel iterumque allegatur.
14. *Jo. Annii* liber de Etrusca simul & Italica emendatissima Chronographia.
15. Eiusdem responsiones ad fratris *Thomae Annii* Ord. Præd. quæstiones XL. de Thufcia.
16. *Cl. Marii Aretii*, viri Patricii Syracusani de situ Insulæ Siciliae libellus.
17. Eiusdem dialogus *Calipho*, in quo Hispania describitur, collatis recentioribus locorum nominibus.
18. *Jo. Annii* Commentarius super Vertumnianam *Propertii*, lib. IV. eleg. 2.

Hæc sunt quæ in famosa illa Annii A. C. 1502. \*\* defuncti collectione reperiuntur, quæ post primam editionem Romanam A. 1497. fol. commentarius ejusdem illustratam, sæpius recusa (non eodem semper ordine, & additis post Annii mortem Aretii lucubrationibus) lucem vidit:

Venetis 1498. fol. ex Bernardini officina.

Parisii 1510. 4. curante Godfrido Torino Biturico & ex Jo. Parvi officina  
1512. fol. 1518. &c.

Basilæ 1530. 4. apud Jo. Bebelium.

Antwerpiae 1545. 8. 1552. 8.

E e

Lug-

\* Vide Cluverii Italiam & Benedicti Averani T. 2. Opp. p. 18.

\*\* Sic recte Jacobus Quetif & Jac. Echard in Bibliotheca scriptorum Dominicanorum. T. 2. p. 4. fallitur igitur Christophorus Hendreich, qui in pandectis Brandenburg. p. 199. ait obiisse A. 1492. Confer Diarium eruditorum Italiae T. XX. p. 104. sq. Bælii Lex. in *Nannius*, Laurentii Arrhenii diff. de Annio, Upsal. 1727. 8. & Dan. Guilelmi Molleri, Altdorf. 1692. 4. Clariss. Jo. Hübneri nostri Bibl. Historicam Hamb. Centur. 1. p. 231. sq.



- Lugduni 1554. 12. apud Jo. Temporalem, 2. Volum. & sine Annii commentar. in Dionysii Gothofredi antiquæ historiæ scriptoribus 1591. 12  
 Apud Commelin. 1598. 8. addita censura Casparis Varrerii.  
 Witebergæ 1612. 8.  
 Coloniae in Bibl. Patrum 1622. Tomo XV.  
*Italice* ex Francisci Sansovini, Florentini versione & cum ejus notis: L. antichita di Beroso Chaldeo ed' altri scrittori. Venet. 1583. 4.  
*Gallice* vertit libros V. Berosi Anniani Jo. Bonus, Medicus Cardinalis Guisii, teste Francisco à Cruce Cenomana, Bibl. Gallicæ p. 207.

*Contra Annii Commenta.*

- Casparis Barreiros* five *Varrerii* Lusitani, Censuras sobre quatro libros intitulados em Marco Porcio Catam de originibus, em Beroso Chaldeo, em Manethon Egyptio & em Q. Fabio Pictor Romano, Lusitanice Antwerp. 1557. 8. & Latine Rom. 1565. 4. Ex versione Andreæ Schotti in ejus Bibl. Hispanica p. 386. Francof. 1608. 4 & ad calcem editionis scriptorum Annianorum Commelinianæ 1598. 8. & in Bibl. Patrum Colon. 1622. T. 15. & Lugd. 1677. T. 2. p. 529.  
*Jo. Goropius Becanus* lib. IV. Orig. Antwerp. p. 340. & in jam dicta Bibl. Hispanica p. 356.  
*Gerh. Jo. Vossius* & quos ille laudat lib. 3. de Hist. Lat. p. 609. itemque quo affert *Martinus Hanckius* libro utroque de scriptoribus rerum Romanarum, & quos ipse pridem in Bibl. Latina citavi lib. IV. c. 13 ubi etiam de Thomæ Reinesii aliorumque sententia, qui Annium in genuina fragmenta incidisse, sed illis varia ex ingenio suo addidisse suspicati sunt.  
*Francisci Sparavieri*, Jcti Romani castigationes ad Apologium Thomæ Mazzæ pro Jo. Annio.  
*Ejusdem* Castigationes illæ vindicatæ & assertæ contra Mazzæ aucupioribus, & adversus responsiones Francisci à S. Augustino Maceo 1676. 4.  
*Francisci Tinto* Veronensis, Beroso de Babylonia in Chaldea, distinguid de Beroso de Viterbo en Italia.

*Pro Annio.*

- Thomæ Mazza* Forolivienfis \* Ord. Præd. A. 1688. defuncti, Apolo

\* Quetif T. 2. p. 718.

gia per F. Giovanni Annio Viterbese, Veronæ 1673. fol. Giornale de letterati di Roma A. 1674. p. 17. & 1675. p. 12. Gregorii Leti Italia regnante T. 3. p. 206. & T. 4. p. 328. sq. 541. Idem scriptum Latine versum à F. Joanne Baptista Ettoreo, Ronchi 4. & Italice insertum libro ejusdem Mazzæ sub *Didymi Ropaligeri Liviani* nomine edito, cui titulus, i Goti antichi illustrati. Veron. 1679. fol.

*Ejusd.* Aucupium Ibis, h. e. confutationes objectionum elenchistæ anonymi (Franc. Sparavierii) in apologiam pro Annio F. Thomæ Mazzæ, autore *Didymo Leoclavico* Siviliano, Editum à Francisco à Sexto, Ord. Min. Capucin, Ronchi, 4.

*Ejusd.* Ad Franciscum Sparaverium plus æquo in Thomam Mazzam excaudescens parænesis. 1677. 4.

*Francisci à S. Augustino Macedo*, Ord. Minor. Observ. Lusitani adversus Sparaverium, responsio ad notas nobilis Critici, &c.

X. Nihil superest quam ut hoc loco, addita versione mea, subjungam nobile decretum de non adhibendis librorum suppositiorum testimoniis, publicatum A. 1721. 24. Sept. in Academia Regia Historica Ulyssiponensi, cujus Acta \* scripta Lusitanice, atque Ulyssipone ab A. 1721. singulis per annos singulos voluminibus in majore folii forma luculentis typis edita, mecum pro sua humanitate communicavit eruditiss. & conjunctissimus collega meus Michael Richey, cui eo nomine gratias conceptissimas libenter persolvo.

**A**ssento que o Director e Censores da Academia Real da Historia Portugueza tomaraõ sobre o credito que deviaõ ter al-guns Authores.

**D**ecretum quod Director & Censores Academiae Regiae Ulyssiponensis, ad Historiam Lusitanicam perficiendam instituta, considerunt de fide & auctoritate nonnullis tribuenda vel neganda Auctoribus.

**O** Director e Censores da Academia Real da Historia Portugueza, considerando o prejuizo que se podia seguir ao adiantamen-

**D**irector & Censores Academiae Regiae ad Historiam Lusitanicam perficiendam instituta, expenso secum quantum possit fraudi esse  
E e 2 Aca-

\* *Collecção dos Documentos. &c.* de his Acta Erud. 1727. p. 1.

to das composições dos Academicos, se alguns segvissem a Authores apocritos, dandolhes a mesma authoridade, como se fossem genuinos, depois de se ponderar varias vezes esta materia, commetteraõ o seu exame a dous Academicos, qve differaõ seu parecer por escrito, o qual he o seguinte.

Examinamos por ordem dos Excellentissimos Senhores Censores da Academia Real da Historia os Authores, qve muitos ategora segviraõ, tendo-os por verdadeiros, e qve os mais doutos reconheceraõ suppostos pelas razões e authoridades, qve largamente podem verse nas dissertações Ecclesiasticas do Marquez de Agropoli, na Bibliotheca Hispanica de D. Nicolàs Antonio, qve imprimio em Roma o Cardeal Aguirre, e nos Concilios de Hespanha deste Eminentissimo Author, qve no segundo volume dissertaçaõ terceira, excursõ 7. conclue com estas palavras: *Utinam ii, quorum interest, praesertim Domini Episcopi, Regii Consiliarii, Senatum Justitiae ac Fidei tam probrosas fisiones cum ipsis pseudochronicis exterminent, & similibus fabulatoribus frenum imponant, ut saepe alias monui.* Gaspar Barrayros foy entre os nossos, e ainda entre os Estrangeros, hum

*Academicis, progressusque eorum remorari, si in lucubrationibus suis quidam ex illis sequantur auctores dubiae fidei, eandemque illis tribuant auctoritatem ac si genuini & germani essent: Eandem rem etiam atque etiam considerantes, commiserunt examini duorum Academiae sodalium, qui sententiam suam scripto consignatam nobis exhibuerunt hunc in modum.*

*Fussu & auctoritate excellentissimorum Censorum Academiae Regiae Historicae, examinavimus Auctores quos multi ad hoc usque tempus sunt secuti, & pro veris ac genuinis habuerunt, quos tamen viri doctissimi observarunt esse supposititios, ducti rationibus & testimoniis quae copiose expositae videri possunt in diss. Ecclesiasticis March. Agropoli in Bibliotheca Hispanica veteri Nicolai Antonii, quam Romae publici juris fecit Cardinalis Aguirre, qui Eminentissimus scriptor in magna collectione Conciliorum Hispaniae Tom. II. diss. 3. excurs. 7. concludit his verbis: Utinam ii quorum interest, praesertim Domini Episcopi, Regii Consiliarii, Senatum Justitiae & Fidei tam probrosas fisiones cum ipsis pseudochronicis exterminent, & similibus fabulatoribus frenum imponant, ut saepe alias monui. Caspar Varrerius nostrorum & exterorum quoque unus ex primis fuit qui commenta Joannis Anni Vi-*  
ter

dos que primeiro conheceraõ os fingimentos de Joaõ Anio de Viterbo; e Gaspar Estaço a supposiçãõ do Padre Higvera. Naõ só vimos o que estes, e outros muitos Authores dizem, mas descobrimos na Chronologia muitos anachronismos, na Geographia algumas faltas, na differença do estilo muita deformidade, e no silencio dos Authores contemporaneos, argumentos fortes, com outras regras da Critica segura, que nos obrigaõ a julgar suppostos os Escriitores, de que offerecemos o Catalogo, assentando primeiro em alguns principios, de que nos pareceo precisa a supposiçãõ.

1. Naõ fazemos memoria de muitos Authores suppostos, nem de obras falsamente attribuidas a Escriitores verdadeiros, nem dos que sendo genuinos, escrivêraõ com pouca averigvaçãõ, quando todos estes naõ pertencem propriamente ao instituto historico da Academia Real, ficando sempre livre a censura aos que qvizerem destas fontes apocrifas tirar as noticias, o que se naõ suppoem da erudiçãõ dos nossos Historiadores.

2. Os Authores suppostos tiveram muitos defensores, como toraõ Rodrigo Caro, Fr. Francisco de Bivar, e outros igualmente dou-

*terbiensis agnita, sicut Gaspar Statius seu Eustachius suppositos à Patre Higuera factus notavit. Neque vero vidimus tantum quæ & hi & multi alii scriptores de illis pronunciant, sed & ipsimet in iisdem deteximus anachronismos multos in temporum notatione, in Geographia errores, in dictione indignam nominibus quæ præferunt deformitatem, scriptorum qui circa eadem tempora vixerunt silentium, & argumenta fortissima, aliis etiam regulis Criticæ certis adhibitis, fidem scriptorum, quorum catalogum subjiciemus, convellentia. Sed præmittere principia quedam juvat, quæ ponenda sectandaque e re inprimis esse ducimus.*

1. *Non utemur testimonio auctorum suppositiorum qui magno numero feruntur, neque citabimus scripta falso attributa veris scriptoribus, neque genuinos scriptores qui veritatis exiguam rationem habere, cum hæc omnia proprie ad institutum historicum Academiae Regiæ nullo modo faciant, ac semper censurae obnoxios se reddant qui ex fontibus apocryphis notitias repetere non dubitant, quod ab eruditione historicorum nostrorum existimamus esse alienum.*

2. *Auctoribus suppositiis non defuere multi defensores, ut Rodericus Caro, Fr. Franciscus Bivarius aliique non minus eruditi, longeque plu-*

tos, e muitos mais que segviraõ as suas opiniões; porèm como para corroborar os suecessos, que achàraõ nestes Authores fingidos, lhes foy preciso examinar muitas tradições, fragmentos, que se achavaõ em Escritores verdadeiros, e outras memorias, com que lhes pareceo que illustravaõ a Patria, e que adornavaõ com acontecimentos raros, milagrosos, e desconhecidos os seus livros, como os que primeiro fingiraõ aquelles Authores, eraõ tambem eruditos na antiguidade, en contràraõ os que fizeraõ Apologias com os mesmos fundamentos, sobre que edificaraõ, os que suppozeraõ os Authores, que já naõ existiaõ nos seus livros, ou que nunca os tinchaõ composto: E assim nos parece que se naõ desprezem estes Commentarios, e Apologias dos Authores suppostos, para descobrir a verdade, ou a probabilidade de algumas opinioens, que introduziraõ os que os formàraõ entre a falsidade das que nõvamente quizeraõ inventar, e por esta causa naõ diminuem muito a opiniaõ os homens doutos, que sem examinar o que no seu tempo estava bem recebido, segviraõ aquelles Authores falsos, tendo-os por verdadeiros; e assim fica livre à erudição dos Academicos apurar com as Leys da boa Critica entre o falso o verdadeiro, de-

*plures eorum sectati opinionem  
lis tamen ut confirmarent re.  
confictos istos scriptores trad  
neesse fuit examinare multas  
ditiones, fragmenta in gen.  
scriptoribus obvia, monument.  
alia ex quibus res patrias illu  
se posse sperabant, unde orna  
commentarios suos narratio  
variis, admirandis & antea  
gnitis, perinde ac si illi qui aut  
eos primitus confinxerunt, ta  
ne periti Antiquitatis fuissent,  
que qui apologias composueru  
quos habuere pro genuinis aut  
bus statuerunt iisdem fundam  
superstruxisse, que vel in illi  
libris non exstant, vel que sci  
aliis contineri nunquam nover  
Hinc visum nobis est comme  
rios illos atque apologias aucto  
suppositiorum neutiquam negli  
das nobis esse ad indagandam  
tatem, & videndum quantum  
bilitatis habeant opiniones  
nullæ quas introducere conati  
illarum defensores, qui in falsi  
commentitiis scriptoribus recen.  
prehendere eas visi sunt: Atque  
eo magis consulemus honori viro  
doctorum, qui sine examine quo  
lorum tempore erat satis recep  
auctores suppositios secuti si  
quos pro veris scilicet habebant.  
grum igitur eruditis Academicis  
secundum regulas genuinæ Cri  
hæc discutere, verumque à falsi*

vendo os Escretores das memorias referir o que se acha nos Authores suppostos para o refutar.

3. Ha outros Authores modernos, como Fr. Gregorio Argæes, D. Joaõ Tamayo de Salazar, muitos Hespanhoes, alguns Portuguezes, e poucos de outras Nações, que não sô legvirão enganados os Authores suppostos, mas accrescentarão novas conjecturas, com que augmentarão as fabulas, introduzindo na Historia Ecclesiastica de Hespanha Concilios, Bullas, Bispos e Santos: E na Secular, Reys, Principes e successos, que nunca huove. D. Joseph Pellicier conhecendo a supposição de muitos destes Authores, approvou outros tambem suspeitosos, e per não querer costumar-se a que houvesse na Historia de Hespanha os tres tempos, que com Marco Varraõ reconheceo, para que o adelon, ou de todo ignorado, não ficasse occulto, e o mythico, ou fabulotivessê acções mais certas, bou-scou nas fabulas dos Gregos, e nos Poetas outros Reys, e historias mais eruditas, e igualmente duvidosas.

4. Entre as obras dos Santos Padres, de que se podem tirar docu-

*scernere, scriptoribusque memoria- rum erit fas illa quæ in suppositi- tis scriptoribus deprehendent refer- re eum in finem ut confutentur.*

3. *Sunt & alii scriptores recentis ætatis, ut Fr. Gregorius Argæes, D. Joannes Tamayo de Salazar, Hispani plures, nonnulli Lusitani, pauci ex aliis nationibus, qui non solum decipi passi se sunt ut suppositios auctores sequerentur, sed etiam novas illis adtexuere conjecturas, fabulasque auxere fabulis atque eas adpersere Historiæ Ecclesiasticæ Hispaniæ, & Concilia, bullas Pontificum, Episcopos Sanctosque, nec minus in Historiæ seculari, Reges atque Principes & res gestas, quæ nunquam fuere, confinxerunt. D. Josephus itaque Pellicerius considerata multorum ejusmodi scriptorum mala fide, atque notatis aliis etiam pluribus non minus suspectis, ait videri sibi in Historia Hispanica discernenda esse tria tempora, qualia in omni historia Marcus Varro pridem distinguere se fuit professus, unum æδηλον sive ignoratum penitus, atque occultum, alterum mythicum sive fabulosum in quo narrationes certæ magis sed fabulis Græcorum & nostrorum Poetarum obseptæ, Regesque & res gestæ doctæ magis sed non minus dubia fide expositæ.*

4. *Inter monumenta sanctorum Ecclesiæ Patrum, ex quibus docu- men-*

mentos para a nossa Historia , andað algumas qve se julgað apocri-  
fas, e outras suspeitosas, porèm  
nað interpomos nellas o nosso jui-  
zo, por nað ser o qve agora se nos  
manda examinar.

5. Temos muitos Authores de  
boa nota, qve allegað outros qve  
se perdèrað, ou qve alguns enten-  
dem qve nað existirað, como suc-  
cede a Juliað Lucas, allegado por  
Floriað da Campo, Laymundo Or-  
tega, Angelo Pacense, Alladio e  
outros por Fr. Bernardo de Brito:  
E como nað vimos estes livros, os  
nað comprehendemos no Catalo-  
go dos suppostos, e segundo o pro-  
vavel do qve se tirou delles, fica-  
rað os successos admittidos ou re-  
provados.

6. Nað comprehendemos tam-  
bem nesta materia aqvellas histo-  
rias, qve tem sò este nome, e com  
o de pessoas conhecidas sað humas  
novelas, qve com alguns casos  
verdadeiros introduzem, como os  
poëmas, muitos fabulosos, e deste  
genero sað Abulcasis, Author A-  
rabigo, qve escreveo da perdiçað  
de Hespanha, parte da Chronica  
antiga del Rey D. Rodrigo, e ou-  
tras daqveller tempo, e mais moder-  
nas, qve causarã nos credulos  
grande confusað, nað porqve ap-  
provemos o qve estes livros con-  
têm, mas porqve he provavel qve

*menta ad illustrandam no-  
storiã duci possunt, feris  
nulla quæ apocrypha et  
alia suspecta ac dubie fidei  
nullo utemur nisi iudicio  
terposito, ut adeo præf.  
examinare illa non sit nec*

*5. Sunt & multi bonæ  
res in quibus alii deperdis-  
tur, aut illi quos nonnulli  
existisse existimant, ut Ju-  
cas qui à Floriano de Can-  
tur, & Laymundus Orteg-  
lus Pacensis, Alladius &  
Bernardo de Brito. Hos  
quam oculis usurpaverimu-  
ralogo librorum suppositio-  
terimus, sed prout erit proba-  
ab illis ducetur, vel statuetur  
tium, eorum auctoritatem  
temur vel rejiciemus.*

*6. Neque in hoc Elen-  
rum narrationum facimus  
nem, qui titulum solummu-  
ria gerunt & in fabulis fa-  
nas notas inter veros quosd-  
tus introducunt, ut in mu-  
matibus plenis fabulorum,  
modi sunt Abulcasis, scripti  
qui de Hispania amissa trad-  
tem historie antiquæ Rod-  
gus, & nonnulli alii illius &  
ris etatis, qui credulis homi-  
cile imponunt: Non quod  
probemus quæ in illis conti-  
sed quod videatur probab-  
gnata esse ab illis autoribus.*

lão escritos pelos Authôres, que referem, e que tem a antiguidade, que se lhes attribue.

7. Ultimamente nos parece que não fica offendida a piedade, ou a gloria da Patria, mostrando sinceramente que se não admitte o falso, que se não affirma o duvidoso, e que se estabelece o verdadeiro, copiando neste lugar as palavras, que no fim do prologo do Exame de antiguidades escreveo Diogo de Payva de Andrada, hũ dos nossos mais illustres Escriutores.

*Advirto mais, que se se vir que às vezes contradigo algumas opiniões, ou antiguidades, que puderão honrar a nossa Patria, saybaõ que o faço por mais honra sua, porque além de ser cousa sabida, que sempre o falso desacredita; já que ella tem grandezas tão certas, que a podem authorizar os naturaes, ou afeiçoados, ficálhe sendo abatimento attribuir lhe as duvidosas, de que podem motejar os Estrangeiros e gloriar-se os envejosos.*

E não tratamos de muitas escrituras, inscripções, e outros monumentos que se fingiraõ, porque sempre se reservaõ para o sabio juizo dos Excellentissimos Senhores Director e Censores, e para a la-

*preferunt nomen & tam remota etate quam illis communitur tribuunt.*

7. *Denique nihil videmur nos facere sive à pietate in Patriam alienum, sive gloriæ ejus inimicum, si omni fide demonstraverimus nihil nos falsi admittere, nihil dubii affirmare, vera autem stabilire ac tueri, quam in rem hoc loco repetimus quæ pridem scripsimus in prologo examinis Antiquitatum scriptoris inter nostros clarissimi Didaci de Paiva de Andrada:*

Monere præterea juvat, si interdum opiniones quasdam vel jactatas antiquitates oppugnemus, quæ patriæ nostræ gloriæ possint esse & honori, tenendum esse hoc ad majorem illius gloriam honoremque à nobis fieri, cum res constans ac testatissima sit, falsitatem semper honori fideique obesse: Sed & patria nostra tam multis abundat rebus certis maximisque, quæ auctoritatem illi addant atque civibus suis amicisque commendabiliorem faciant, ut ineptum sit dubias falsasque illi adscribere, exterisque ludibrium & invidis gloriandi materiam præbere.

*Non jam dicimus de variis scripturionibus, inscriptionibus, aliisque monumentis fictitiis, quoniam semper hæc subjicientur sapienti excellentissimorum Virorum judicio, Directoris Censorumque, & diligenti cen-*



boriosa Critica dos Academicos, que na facilidade de ver os Archivos, que lhes permite o seu Regio Protector, desempenharáo facilmente a empreza, que tomarao na imagem da Verdade. Lisboa Occidental 20. de Agosto de 1721.

Conde da Ericeira.  
Martinho de Mendoza de Pina  
e de Proença Homem.

*cenfura Academicorum, qui cili ad Archiva infpicienda quem potentiffimus Proteftor illis concedit, rem facile exponeatque ad imaginem Veritatis ponent. Ulyffipone Occiden. Augufti 1721.*

Comes de Ericeira  
Martinus de Mendoza Pi

**CATALOGO dos Authores**  
fuppofitos.

*Berozo Chaldeo.*

*Megafthenes* Perfa, e os mais que publicou Joaõ Anio Viterbienfe, excepto os fragmentos que fe conservaõ nos Authores antigos verdadeiros.

*Santo Athanafo* de Saragoza com os mais escritos do Monte Santo de Granada.

*Caledonio* Bispo de Braga, na vida de S. Pedro.

*Gregorio* Betico, Catalogo dos Martyres de Heſpanha.

*Lucio Flavio Dextro.*

*Marco Maximo.*

*Branlio*, continuação de Maximo.

*Luisprando.*

*Hauberto* Hispalenfe.

*Liberato.*

**ELENCHUS ſcriptorum**  
poſitiorum.

*Berofus Chaldeus.*

*Megafthenes Perfa & cetera publicavit Joannes Annii bienſis, exceptis fragmentis in ſcriptoribus antiquis ſervata exſtant.*

*S. Athanaſius Ceſaraugufte cetera ſcripta quæ in monte Granatenſi reperta ſunt.*

*Caledonius Epifcopus Bragæ vita S. Petri.*

*Gregorii Bætici catalogus Martyrum Hispaniæ.*

*Lucii Flavii Dextri Chronicon*

*Marci Maximi.*

*Braulionis continuatio chroniconis.*

*Luitprandus.*

*Haubertus Hispalenſis.*

*Liberati Chronicon.*

\* Inſigne hujus Academiæ, Veritas lucem affundens undique, cum mate: *Reſtituet omnia.*

*Aulo Halo.*  
*Servando.*  
*Pedro Seguinus.*  
*Heleca.*  
*Julianus Peres.*

Aulus Halo *Poëta Toletanus.*  
 Servandus.  
 Petrus Seguinus.  
 Heleca.  
 Julianus Petrus *archipresbyter Toletanus.*

Não fallamos nos Authores ; qve estes allegaõ, e não existem, pois saõ pela mayor parte suppositos. E assim se mandou imprimir este Catalogo , qve comprehendendo alguns Authores julgados por apocritos , para qve nenhum Academico se valha da sua authoridade , como de Escritores , qve tem o credito , qve mereceriaõ estes livros , se fosseim dos Authores a qve se attribuem ; pelo qve declaraõ qve todos os Academicos se devem conformar com esta censura, para poderem ser approvadas pela Academia as suas obras. Lisboa Occidental 22. de Setembro de 1721.

D. Manoel Caetano de Soufa.  
 Marquez de Abrantes.  
 Conde de Ericeira,

*Nec habemus pro nostris auctoribus qui ab his allegantur, neq; illis fidem tribuimus, utpote majorem partem suppositiis. Quare etiam hincce elenchus typis imprimendus datus est, auctores quosdam quos apocryphos judicamus complectens, ne quis ex Academia sociis illorum auctoritate utatur tanquam dignorum fide quam mererentur scripta hæc si illorum quibus adscribuntur auctorum factus essent. Declaramus igitur, huic censuræ universos Academicos obsequi & conformare se debere, si scripta sua Academia probari voluerint. Ulyssipone Occidentali 22. Sept. 1721.*

Marquez de Fronteira.  
 Marquez de Alegrete.  
 Conde de Villarmayor.

XI. Antoninus Mongitor in Bibliotheca Sicula edita Panormi A. 1707. fol. T. I. p. 158. sq. de DIODORO Siculo differens refert sub ejus nomine, Italica lingua prodiisse *Epistolas LV.* in Petri Carreræ Historia Catanæ T. I. p. 457. Prodiit illa historia Italice, Catanæ 1639. fol. in qua notas nonnullas Carrera addidit, & p. 492. tradit Epistolas illas Latine

è Græco translata A. 1470. à Cardinali *Bessarione* Nicæno. Italice vero ex Latino versas nonnullas ab *Oclavio Archangelo*, Nobili Catanensi, qui circa A. C. 1600. floruit. Nec Græca hæcenus in lucem protulit quisquam, nec Latinam quam Bessario dicitur concinnasse versionem. Quamquam vero idem Carrera dubitat sintne Diodori Siculi an THEOCRITI Chii, tamen neutrius videntur esse, cum nemini veterum memorentur, neque MStus illarum Codex usquam potuerit reperiri, ac minime obscura *roheías* & recentioris ætatis argumenta in ipsis deprehendantur Epistolas, unde Placidus Reyna pro recentè eas otiosi ingenii commento habet, & laudatus Mongitor T. 2. p. 107: *apocryphæ putantur à nasutioribus non sine rationum pondere.* Idem visum celeberrimo viro Gisberto Cupero Exerc. 1. de elephantis in numis, capite 9. T. 3. thesauri Antiquitatum Rom. Sallengriani p. 87. & Petro Burmanno, Viro eruditissimo qui præf. ad Tomum sextum thesauri splendidi scriptorum Siciliæ, editum ex officina nobili Petri van der Aa Lugd. Bat. 1723. fol. in quo cum Carreræ historia Catanæ recusat Epistolæ illæ exstant Italice cum versione ex Italico Latina, antea inedita V. C. Abrahami Preigeri: *Addit deinde aliud argumentum (Carrera) quod nulli, credo, Critico placebit, ex Epistolis Philanthropi, Pontificis Maximi Catanensium ad Cocalum, & Catanensium ad Dædalum, quas ex Græco vertit Bessarion Latine, & Diodori alicujus Siculi esse jactantur. Has enim spurias & recentioris alicujus Sophistæ esse quis non videt? Mentio ibi fit Julii mensis, & legionis, naumachie, & circi, quæ ipsa nomina diu post Cocali tempora invaluerunt. Has Epistolas, quarum auctoritate passim utitur & se decipi patitur, dicit versas ex Latino in Italicum sermonem ab Oclavio Archangelo, & servari in primo volumine Chronicorum Catane: Ipsum tamen eas non potuisse Romæ, cum ibi A. : 636. esset, reperire. Idem Burmannus p. 9. Ut lectoribus æstimandi copiam Carrera dare possit, quæ auctoritate fretus plurima inaudita eruditè tradat, Diodori illius Epistolas ab Archangelo Italice versas adjecit operi suo: Quod sane docet bona fide Carreram his fidem habuisse, cum e re sua cunctius aliter fuisset eas æterno silentio premere: Manifestissimas enim fraudis & spiritus ignobilitatis necis præferunt, quas hic longo ordine exponere nihil attinet, cum nemo humanitatis & elegantie veteris studiosus non statim eas deprehendere queat. Lepidum vero est quod suspicatur non Diodori Siculi esse sed forte Theocriti Chii, quia Suidas ejus historiam Libycam (quam belli inter Libyicos & Catanenses gesti esse credit)*

Et Epistolas admirabiles memorat: Infirmo certe argumento, cum illæ Epistolæ θαυμασίαι videantur argumenta rerum incredibilium \* habuisse, ut eo titulo περὶ θαυμασίων Phlegon librum inscripsit, quem in sensum si quis velit illas Epistolas referre, per melicet. Sed si ipsa ineptissimarum Epistolarum lectio eas falsitatis non statim damnaret, queso videat an Theocriti Chii ævo, qui equalis Aristoteli et Theopompo tempore Alexandri vixit, \*\* ut apparet ex Athenæo lib. XII. cap. 9. conveniat Marcellus et Lælius Metellus (ignorabilis homo) quorum Epistolas etiam hic producit. Certe Marcellum toto seculo; Alexandro juniorem fuisse constat. Cæterum cum Epistolæ illæ, qualescunque sint, Latine non nisi in magno illo & sumtuosiore opere semel vulgatæ reperiantur, existimavi me rem non ingratham facturum studiosis hominibus, si eas hoc loco, ut possint de illis ipsi suo Marte ferre iudicium, integras exhiberem.

EPISTOLÆ  
 DIODORI SICULI  
 EX ITALICA OCTAVII ARCHANGELI VER-  
 SIONE LATINE REDDITÆ,  
 INTERPRETE  
 V. C. ABRAHAMO PREIGERO.

Catanenses Syracusanis.

Epist. XIX. libri primi.

Ep. I.

**V**icistis, ac spoliastis credulos agricolas nostros, persuadendo eos Oratorum more, diripuistis frumentum Sacerdotum Cereris, confregistis obeliscum nostrum Chalcidicum, ut & inscriptionis nostræ, ad flumen Symethum, terminum, ex pacto nobis concessum,

F f 3

armis:

\* Hoc minus verisimile mihi videtur, nam ita dixisset Epistolas non θαυμασίας sed περὶ θαυμασίων. Consuetum autem Suidæ, Epistolas quas laudat, admirabiles nuncupare. Ita de Phalaride: ἔγραψεν ἐπιστολάς θαυμασίας πάνυ.

\*\* Confer lib. 3. hujus Bibl. c. 17. §. 4.

armisque vestris oppositum, ruptis legibus pacis, quam a nobis redemeratis, quo melius bellum iterum facere possitis. Nos in portu Megarenfi duas naves vestras, eadem illa onustas præda, cepimus, & Nobiles vestros armatos prælio vicimus; navium altera, quæ nobis sese dedit, mox autem exarmata fugam arripuit, & a nostra clementia ad vos sese recepit, una in captivitatem avexit nostrorum hominum ligones ac vomeres, in testimonium fugæ suæ, nostræque fiduciæ. Sint sane hi vobis Rhetorices vestræ atque rapinæ tropæum, arma vestra nobis victoriæ nostræ erunt. Quod Magrenses vestri in fidem nostram concessere, id armis nostris effectum est; nova autem ipsius Urbis deditio nobis facta, voluntaria fuit, non pacto ullo, aut earundem frugum pretio, ut per litteras nobis exprobatas, a nobis empta, cupientibus istius Urbis civibus a jugo tyrannidis vestræ liberari, inque nostræ libertatis societatem sub nostra protectione, recipi. Quare si pacis estis conservatores, aliis eam nolite eripere, quin vestro potius vivite contenti, neque in hominem liberum natum ullum, dominium vobis quærite, ne tutrices Nemeseos nostræ vires provocantes, ultrices Deæ iras in armis nostris experiamini.

## Senatus Catanensium Chrysostrato, Rei Militaris Principi.

### Epist. XX. Libri primi.

II. In homine, quantumvis honesto ac probo, semper aliqua reperitur imperfectio. Bello te strenuum aliisque virtutibus præditum novimus, sed valde hæc omnia obscurantur ab avaritia tua, ad quam plus semel jam certis de causis connivere placuit; nam judicem te ipsum constituens priorum meritorum, ac nostra benevolentia nimium confusus, non solum non participes, secundum cujusque merita, totius prædæ, ut tibi scripsimus, fecisti prælii socios, ac pedites, quos regimini tuo commisimus, sed tibi eam, vel, ut irem excusas, Republicæ reservasti. Laboribus tuis pretium non pro tuo, sed nostro lubitu statuas, neque ab iis indebito modo exigas, quorum nos debitores multis nominibus fatemur. Justum est, ut ei, qui proprium sanguinem, corpus, aut vitam exposuerit, aut impenderit, sperata persolvatur merces, si non de nostro, saltem de spoliis, quæ nactus fuerit, deque honore. Turpissimum quæstus genus est, aliorum labores  
lucris

lucrum facere, aut diripere. Dii prohibeant, ne unquam Ærarium nostrum divitiarum tam infames intrent, cum amicorum discordia. Distribue igitur inter illos omne illud argentum & aurum, omnemque illam prædam quam tibi, vel, uti dicis Reipublicæ reservandam arbitrabare: vere enim miser est, qui quum nummis sit ditissimus, amicorum, virtutum, & consilii inopia summa laborat; & ille tutissimus est thesaurus, qui bene donatur, beneque impenditur.

### Pfyllas Senatui Catanæo.

#### Epist. XI. Libri primi.

III. Siciliæ Civitates, dum imperare singulæ cupiunt, imperium omnes perdent, præcipites enim altera in alterius exitium ruentes, victæ omnes interibunt. Tutissima, imo felix illa demum est quæ alteri, cum possit, vim non faciat, neque, cum norit insidiari, insidietur tamen, neque cum habeat penes se aliena bona, ea usurpet, proprias vero res propriis viribus tueatur. Jacet Heraclea inde, quod alias destruxit Civitates, dumque alienis divitiis potitur, sæpius in captivitatem adducta, & ad inopiam redacta est. Sic in alias Civitates tyrannidem exercens urbs Syracusana perpetuam ipsa tyrannidem subit. Hos infelices casus, ceu speculum inspicientes, o Catanæi, non dico prudenter, sed beate fortasse poteritis vivere. Probe scio, pacem vobis charam esse, qui diuturnorum jam dudum bellorum tædio laboratis. Ego hic obses a vobis sum, non tamen orator ad vos esse volui: nam pacis potius vestram, quam hostium nostrorum belli victoriam esse cupio. Nunquam in animum meum inducam, ut libertatem, nomenve Catanæum calamo meo commaculem, neque adeo auctor vobis ullo modo ero, ut contrahatis, nedum aliis cedatis antiquam vestram ditionem Transymethicam, licet hostes horrendum in modum, ut hoc faciam, apud me instent, sive quod territi sunt classe Atheniensi, in auxilium nostrum vocata, sive quod tam anxio producendi imperii desiderio laborant. Hesternæ die nunquam, ut vos hoc scriberet, adduci potuit manus mea dextra, amputata quidem ea de causa ab ipsis, sed non victa: Neque hodie, neque unquam id a se impetrabit sinistra, quæ pariter invicta, eidem securi Syracusanæ subjici haud metuit, quum & ipsum intrepidum hoc caput, subeundis pro Patria tormentis inexpu gnabile prorsus, recipiendis istis ictibus paratum sit.

fit. Certi estote, tam irrevocabilem esse fidem meam, quam nus sit.

### Catanenses Megarensibus, & Ennensibus.

Epist. XL. Libri primi.

IV. Quum Zanclæi, Tauromenitani, Centuripini, & Hantæ miserint nobis decem talenta, & arma, & pedites, & equites commeatum ad res bellicas, nullo nomine ad hæc obstricti; quid a vobis sperandum est, qui manu propria sæpius frontes nostras coraistris coronis obsidionalibus, a solo vestro decerpitis?

### Senatus Catanensis Charmopylo.

Epist. LXX. Libri primi.

V. Sæpius per Decuriones nostros, & per litteras nostras matus es, ut tibi caveres a conversatione atque insidiis, navium, non Atheniensium, quam Syracusanarum, quæ rebus nostris inhiant quotie cum mercibus suis frequentant portum Ongiam, & Saturn Acidis, quam custodiæ tuæ una cum omnibus publicis redditibus, qui in manus tuas pervenere, commisimus, atque credidimus; sed tu dormis oculis apertis, aut vigilas oculis clausis. Potestne autem expergisci quispiam, qui non dormiat? Trade ergo claves Arcis, \* que ærarii in manus Harmenidis, & veni in iudicium.

### Catanenses Curioni Tetrarchæ †

Epist. LXXII. Libri primi.

VI. Virtutum potissimum thesauro securitas publica consistit. Istra hæc consuetudo haud est, ut accumulamus opes, ut provide doces, unde militibus, ingruente necessitate, stipendia suppeditem sed auro eos, atque argento captivo remuneramus, aut vulnere, ætoriarum, prædæ spoliolum hostilium, & honoris coronarum partem facimus. Hac omnium gloriosissima merces est, quam militi atque focis nostris distribuere solemus. Vale.

\* In Italico, *le chiave della fortezza e del rame.*

† Principi sive Rectori quartæ partis Provinciae sive regionis.

## Senatus Catanensium Istriadæ, Duci Leontinorum.

## Epist. XC. Libri primi.

VII. Moti precibus tuis potentibus, & amicitia veteri, imprimis autem virtutibus tuis, clementiæ ac gratiæ instrumentis, vitam unam cum libertate donavimus Lupulo, nepoti tuo, cujus ex ore canes nostri Catanenses nobilissimam illam prædam eripuerunt Virginum Assorinarum, quæ Templum Cereris potebant, cui ab infantia sacratæ fuerant. Et quoniam tui, ob venerandam senectutem, ejus autem ob juvenilem ætatem, ad vitia proclivem, nos etiam miseret, restitue illum Matri suæ, quæ ante meritum mortis supplicium jam miseris ipsi facit exequias. Si eum in animi, ac fortunæ bona atque divitias successorem tibi optas, exhortare eum, ut bene vivat, teque viventem, & patrem suum Leonicum, virum probum, filium, natura tuum, moribus atque adoptione nostrum, pro libertate communis Patriæ nostræ mortuum, licet in perpetua apud nos ac viva recordatione superstitem, imitetur, ac probe sciat egregias illas Avi atque Parentis virtutes, contra solitum legum nostrarum rigorem, nos cogere esse clementes. Hæc ipsi litteras prælegas volumus, quod si compererimus tamen, Lupum mutare pilum, non omittere vitium, supplicii ipsum refrænet terrorem, & si incemendabilem videris, contemptoremque sui ipsius, tui, nostri, Deorum denique, statim tibi ejus pellem mitemus.

## Catanæi Hieroni.

## Epist. CXI. Libri primi.

VIII. Mittimus tibi Arrium Chlorionem, & M. Protionem, ad defendendam innocentiam inculpatorum istorum Juvenum Catanensium, qui a sore tua necis Beryllii, nepotis tui accusantur. Aurem præbe justæ defensionis, & fidem habe veritati verborum nostrorum, quæ ex horum ore percipies, avunculum exutus, ac judicem indutus, ne quid apud te calumniæ valeant, quæ lachrymis tibi sæminis propinantur; belli saltem occasionem quærere noli, habendo nos omnes, homicidii reos, & pacis ruptores, sicut facis, quoties aïs epibatas Catanæos, in Naumachiæ sertaminibus, Nepotem tuum factiose occidisse, quum tamen hæc cædes præter voluntatem perpetrata fuerit. Animus homicidium, non manus invita facit. Fas autem non est, in



Senatu justissimo, carnificem fieri, tibive ma&andos concedere innocentes, quos petis. Quamobrem ut homines te precamur, ut amici te hortamur, ut Judices tibi dicimus, noli dissentire a Judicio nostro, & acquiesce sententiæ Proagororum \* nostrorum, tamque incorrupti Senatus; sin innocentia tibi forte supplicio, veritas contentione digna videtur, & ut a paucis iniquam sumas vindictam, omnibus nobis bellum intentas, fac quod lubet. Et si impatientia tua non sustinet audire defensionem linguæ inermis, sentiet forsan armatas in manibus nostris rationes, quibus tanquam Justitiæ propugnatricibus Dii invictis esse concedent.

### Catanenses Phalaridi Tyranno Agrigentinarum.

#### Epist. CXII. Libri tertii.

IX. Quum non statuerimus, neque etiam fatis expendere possimus, majorine misericordia, & clementia, senectus tua, & valetudo gravissima ac diuturna, an supplicio indigeat insanabilis ille morbus linguæ tuæ pestiferæ, cæterorumque vitiorum tuorum, armis te nostris adoriti, & in perpetuum tibi occludere maledicum illud os tuum superfedimus. Ut autem damnum, quod ab immixtis a te incensuribus segetum nostrarum, occisoribus gregum innocentium, accepimus, ex parte vindicarem, una cum Leontinis, hostibus tuis, jam terram tuam depopulati sumus, magna tamen usi continentia, & clementia, exercitum quoque tuum equitum peditumque nostrorum non viribus tantum, sed & terrore fudimus, & in fugam conjecimus, clementes non minus quam faciles ac misericordes nos exhibentes usque ad ipsum prælii ardorem, amissis nostrorum paucis, occisis autem mille tuorum una cum duobus tuis Nepotibus infelicibus, crudelitatis tuæ Ducibus, stultitiæ tuæ executoribus. Te vero, utriusque infortunii auctorem, ut humanum sanguinem sitientem, per Pentaurum tuum tibi a secretis, cui vitam ac libertatem, quam nihili æstimas, largiti sumus, ea conditione ut tibi vas, isto sanguine plenum, reportet, hujus nostræ victoriæ certiores facimus. Eum itaque bibe, & infelicissimam hanc vitam, vive cum illo supplicio, cumque crudelibus illis mortis generibus, quæ singulis horis tibi infert Natura vindex, & invidia felicium nostrorum

\* In Italica versione: *de' Proardi nostri*. Proagororum mentio apud Ciceronem in Verriis, IV, 23.

rum successuum ; omni modo enim ab inquinandis vindicta tua manibus nostris cavebimus, turpemque illam victoriam fugiemus, quam tua vobis miseria afferret.

### Catanenses Stefichoro Himerensi.

X. Veni ; quandoquidem in civitatis nostræ jura te jam recepimus, sicuti carminibus pariter & epistolis a nobis petis, positoque omni metu sub nostra protectione nobiscum fruire illa libertate, & tranquillitate, quam Musæ tuæ desiderant, & accipe, quæ tibi in subsidium vitæ, ac Filiabus tuis in dotem, liberali manu assignat Senatus Populusque Catanensis, soli aliquot jugera Epigrammatum tuorum sylva celebrata, eaque, si non ut dona meritis tuis ingentibus digna, saltem ut primos honoris ac benevolentia fructus : Quippe certi sumus, quæcunque non fecerimus nos, facile ea suppletum iri amplissimis illis corporis atque animi dotibus, quibus vel universas orbis terrarum divitias superant. Duas Filias tuas vel nostras potius, quas reditus tui veluti obsides nobis reliqueras, nuptum dedimus, alteram Clarioni, alteram Tetrachio, Sororis tuæ filiis. Publice itaque lauda, quæ secreto tibi placent, facile enim jam perspicias, quam ampla hi Juvenes hæreditate a Parente suo, Patricio nostro, quamque egregiis moribus, atque scientiis locupletati sint, amplexi quam cupidissime, non Senatus tantum gratiam illam, ut & ipsas imprimis sponfas, verum & mediocrem harum conditionem, quippe quibus summæ dotis instar arridet quod sint Stefichori filia. Hæc omnia tamen invita tua sorore transacta sunt, quæ majorem natu desponderat Ctetiandro, Agonothetæ nostro, qui forma ac moribus puellæ captus, in curia eam sibi uxorem dari petebat, sed repulsam a nobis tulit, non quod isto connubio non esset dignus, sed quod ærario nostro aliquot sestertium millia deberet. Recipe itaque Generos atque Nepotes tuos, & admitte justam hanc electionem, una cum fructibus tam egregiæ plantæ, qui inde ad te redeunt, cumque iis ad nos Catanam revertere, spectaturus Hymenæos, & spectacula, quæ adeo desideras.

### Catanæi Agrigentinis.

XI. Liberos vobis remittimus obsides, cum uniremi nostra, quæ vobis in donum cedat ; octodecim quoque talentorum debitum vobis remittimus, quod Senatui Populoque Catanensi ex pacto solvere tene-

bamini, pro impensis, ac damnis quæ bello fecimus, moti non solum Leontinorum, ac Messanensium \* precibus, sed & ipsa quodammodo statua Proserpinæ, quam Templo nostro Lunæ donastis, nec non vas aureis, & gemmis, quæ Ditis, divitiarum Dei, conjugem satis arguunt, cæterum prosperis nunquam successibus superbientes, sed in amicitiam quoscunque recipere soliti, qui eam apud nos ambiunt. Neque mors Phalaridis, qui & vivus & mortuus vobis nocuit, multisque vos calamitatibus affecit, alios nos fecit, quam fuimus ante; gaudemus prudentiores vos esse factos, nam homines, qui errorum suorum adeoque offensarum, quas ita proximis præbuerint, poenitentia ducuntur, tantum non pro innocentibus habendi sunt.

### Catanenses Zancleis & Rheginis, amicis fidelibus.

#### Epist. XIX. Libri quarti.

XII. Non usurarum, neque mercium beneficio divites facti sumus, sed fructuum, quos omnium nostrum universalis parens Terra procreat, ac Ceres largitur, quippe quibus indefesso quotannis studio labores nostros credimus, porro etiam spoliarum hostilium, que terra marique potiti sumus: Denique continui exercitii, quod ut otii inimicos implicitos nos tenet. Nos illas non reputamus divitias quas Fortuna donare & auferre potest; eaque infima laus est, quam nobis tribuere potestis, ubi illud in nobis laudatis quod sub aliena potestate est. Isti demum stabilissimi sunt thesauri, qui in animi bonis consistunt, quosque non minus quam istos, majori ex parte adversus hostes consumsimus, sed ita, ut certo quodam modo nobis atque amicis nostris supersint; & hi invicti atque inexhausti manent, neque Fortunæ subjacent. Imo injuriam nobis facitis, qui istam nobis laudem, tam liberali calamo, adspargitis, quasi vero non alia vobis suppetiisset laudandi materia, qua benevolos vobis redderetis Catanenses amicos: Quamquam nobis propriarum laudum contemptoribus gratius acceptiusque fuisset silentium vestrum, vera enim laus non solis versibus, sed operibus consistit. Habeant igitur nudæ jejunæque Musæ Poëmatum vestro-

\* Hi tunc nondum Messanenses, sed Zancleis vocabantur. Messanensium enim nomen acceperunt demum à temporibus Anaxilæ Messenii, & Messeniorum Peloponnesium in Siciliam adventu tempore Regis Hieronymi primi. Vide Thucydidem lib. VI. & Strabonem lib. VI.

strorum in præsentia singulæ vestem, cum sextario frumenti, quæ munera hæc comitabuntur litteras, non in animi grati, sed liberalitatis nostræ signum: Si autem posthac stylo historico vultis scribere, naves mittite, & frumenti modiorum millia sexaginta vobis commodabimus, quæ a nobis, tum ut amici; tum ut homines, petitis, licet nobis nondum reddideritis, aut solveritis altera illa, quæ ob temporis longinquitatem oblivione jam dudum apud nos obliterated esse tamquam homines ingrati putatis. Sed probe persuasum sumus, actionem debiti inter bonos neque temporis diuturnitate, neque alia quapiam causâ unquam inveterascere, aut obduci.

### Catanenses Messanensibus, \* & Tauromenitanis.

#### Epist. XX. Libri quarti.

XIII. Reddite, quæ vobis commodavimus, talenta tredecim, vel dimidiam saltem partem: Reliqua quinque vobis non concessimus spe recipiendi ullo modo, quando quidem domum vocari nequit, quod petitur. Sed si tanta annonæ caritate laboratis, non solum non exacturi sumus debitum, sed & participes vos frumenti nostri faciemus, quoniam hoc amicitiae vestræ merita postulant, in remunerationem laborum, ac damnorum, quæ nostri amore, a Phalaride accepistis in navibus nostris; & certi estote, promissis nos dona conjugere solere, neque pati, ut hæc ab illis unquam vicantur, in amicitia.

### Senatus Catanæus Andropatro Poliarcho.

XIV. Vicimus te primo ratione (licet invicta maneret pertinacia tua) deinde armis; reliquum jam nihil est, nisi ut, nos ipsos vincentes, te vincamus clementia, & misericordia nostra gravitatem etiam delictorum tuorum præponderet. Quoniam autem Charyllius morum tuorum emendationem, tuo nomine, promisit, suamque pro tua fidem jurejurando interposuit, veniam tibi concessimus, ab exilio te revocavimus, poenam, & sextalentorum debitum tibi remisimus, inque castellorum tuorum, reliquarumque facultatum possessionem te restitui-  
mus. Redi igitur deposito cadavere quod longo te tempore sepultum habuit, novum veluti hominem indutus, ad castissimam tuam, præque

G g 3;

cæte-

\* Zanclæis. Vide ad Epist. XI.

cæteris fæminis omnibus pulcherimam Petroniam, divitiarum tibi ac salutis causam & effectricem, quæ a te ingratiſſimo marito fallidita est præ amore libertæ, sterilis atque effœtæ meretricis apud Hadran-  
tas, pecoris tui lupæ, opum tuarum dissipatrici, ministræ denique ex-  
titi tui, atque infinitas gratias referre memento simplicibus illis lachry-  
mis, quibus a clemente Senatu tibi vitam recuperavit uxor tua, ac pi-  
te, cum debitum, tum pœnam perſolvit.

### Catanæi Dionysio.

XV. Non minor victoriæ spes, quam pacis nos tenet desiderium  
quam toties turbasti. Quod si autem Fortunæ in cujus manu sunt Re-  
gna, & Respublicæ, & Victoriæ, seu casu, seu vi, a te vincimur, hoc  
probrio nobis non erit, quia tu præ reliquis omnibus tota Sicilia opulen-  
tissimus es, ac potentissimus. Verum si in res humanas Fortuna di-  
minetur, cogita non minus Virtutem pollere, modo virtus sit, quæ  
illa vinci non potest. . . . Cæterum non stamus armati in damnum  
tuum, sed ad conservandos Penates, Patriam, ac Libertatem avitam  
nobis hæreditariam factam. Si tu arma sumis in vindictam ac stragem  
contra illos, qui quod suum est justo tutari præsidio laborant, quid i-  
lis facies, o Rex, qui quod tuum est, (dummodo tuum est) pacem  
ac salutem usurpatorie invadunt?

### Dionysius Tyrannus Syracusanorum Catanæis.

XVI. Dum vestra vos nimis abuti antiqua libertate patimur, di-  
simulantes sæpius culpas vestras, ex vestra clementia nata est arrogan-  
tia vestra, atque eo iterum audaciæ processistis, ut nominis nostri si-  
cios atque amicos, non modo, verum & nostros ipsos, incursionibus  
insultibus, prædationibus, aliisque injuriis haud paucis, infestare no-  
dubitaveritis, &, excitantes iras nostras sopitas, experiri cupiatis:  
quid arma nostra valeant. Restituite igitur confestim nobis per hunc  
tabellarium trecentos equos captos, eorumque armaturam, nostri-  
rumque necem supplicio luite eorum, a quibus perpetrata est, que  
justa sententia ad mortem damnavimus, nisi eam per gladios nostros gi-  
stare universi velitis.

### Catanæi Dionysio.

XVII. Clara tibi res esse deberet, si Philosophus esses, cum qui  
Ra

Rationi serviat, libertate non posse abuti. Nos omni servili timore vacui, legibus voluntatis nostræ subjecti sumus, & a natura docti, voluntaria servitute Rationi obedire, quæ animi affectuùm nobis moderatrix est, idque nullo mortalium cogente; hac una re liberi sumus, quod neque te Judicem, neque alios, præterquam nos nobismet ipsis superiores agnoscamus; & ut tales, qui nos ipsos cognoscere, superare ac regere novimus, alios quoque non minus vincere & castigare, quam venia prosequi, ac regere solemus. Quodcunque bonum, in aliis rigor legum armatarum, ac metus, id ipsum in nobis Ratio, Pudor, & Natura operantur. Quumque Judicem & actorem in causa magis tua quam tuorum, agas; cognosce, quæsumus, nostrorum illam, qui ter ad pagnam a tuorum avaritia provocati sunt; incidentes enim in turmam equitum tuorum, quum per vim (licet incassum) extra omnem belli prætextum, nulla eorum ope aut societate in præliis usi, sollicitarentur ab illis ut prædæ sese participes facerent, quam de Barbarorum spoliis captivis, armata manu, non sine nostrorum sanguine victores consecuti fuerant, atque ut erant defessi ac vulnerati, sed invicti, novo hoc prælii genere impeterentur, ab effrænata ista insolentia alteram victoriam, spolia præclariora, duplicesque coronas reportarunt. Qui panem Balearicum esurit, \* funda eum petat; sicuti fecere nostri, non autem rapiat labores nostros, eorumque honorem ac gloriam, quippe quæ cuncta in hastarum mucronibus gladiatorumque aciebus portamus. Ad minas tuas respondere nihil attinet, quæ pueros terrent, non homines, eosque viros. Audivimus modo, idque ex te ipso, nondum sentimus armorum tuorum potentiam: nos te expectamus; tu autem certus sis, ubi apud te nihil juverint justæ excusationes, ac rationes, Justitiæ tandem ministros gladios nostros amputaturos omnem calumniam.

## Catanæ Leontinis, & Megarensibus.

### Epist. I. Libri secundi.

XVIII. Promissa, quæ sæpius nobis tempore pacis dedistis, quæque ut amici nominis nostri, ac vi societatis nostræ, nobis etiam debetis, nunc, ut certo quidem nobis persuademus, præstabitis, quum omnibus Syracusanorum, eorumque foederatorum copiis obsideamur, & Athe-

\* Vide ad Florum lib. 3. c. 8.

Atheniensium expectemus. Dii immortales, qui animos nobis invictos dedere, arma quoque suppeditabunt, quibus hostem vincere, eive resistere saltem possimus, & vires, quas in vestra experti estis defensione. Reddite nobis dimidium saltem istius commeatus, quem defensor vester, quem vobis misimus, vestri causa absumpsit, ac mittite nobis illos pedites & equites, quos ab hostibus vestris, atque adeo a morte, nostrorum sanguine, copiarumque nostrarum terrore liberavimus. Quoniam vero Terias amnis, ac viae publicae pluviis valde difficiles factae sunt, mittimus vobis Nardinam, & Adramedontem Centuriones, cum duabus navibus onerariis, & duabus quinqueremibus, iisdem illis, quae vobis milites nostros saepius in auxilium transvexere.

### Catanenses Dionysio.

#### Epist. IV. Libri secundi.

XIX. Iterum ecce,\* cum per litteras, tum per nuncios, dicendi licentia nimium insolentes, & bella & caedes, & ignem, aliaque id genus mala nobis denuncias. Nos quod toties jam nostris interminatus es, tuis haud semel jam fecimus, vel laceffendi gratia, ut semel potius vindex tandem fieres, quam millies minator.

### Catanenses Dionysio.

#### Epist. XIII. Libri secundi.

XX. Nunc sane, postquam, amisso imperio Syracusano, securus atque tranquillius imperio in te ipsum frui potes; nunc inquam, tam vere tui dominus es, quam non es aliorum tyrannus. Recuperasti libertatem, quam in captivitate tibi eripuerat ac retinebat tyrannis tua: nunc merito Regem te possumus dicere, quod tui ipsius Rex es: Ac tuus iste animus, quem totus terrarum orbis non adimplebat, nunc circa solum microcosmum tuum\* versatur. Non opus est igitur ut consolemur eum, qui salutem pariter, ac libertatem, quin & dominationem a seipso recuperavit. Enimvero gaudemus, quod ereptis tibi Fortunae bonis quae sibi eripueras prius, restituerit tibi animi ea, quae longo tempore neglexeras, ac tantum non plane amiseras.

### Senatus Catanensis Phillatradi.

#### Epist. XXVII. Libri secundi.

XXI.

\* Corpusculum.

XXI. Nocte dieque, temerarie ac prodige tu, interque quotidianas rapinas semper egene; Oppida ditionis nostræ ad res novas excitare, dormientes hostes nostros expergefacerere, ac nummos coacervare laboras, quos a jam notis, ac viribus nostris despectui habitis, inutiliter prorsus ac turpiter mendicas, ad conscribendos milites adversus clementem illam Civitatem, cui triplici nomine vitam, ac libertatem debes, ter veniam ab ea consecutus, & ab inimicis tuis defensus, ter quoque in Principatum Patris tui Transhadranium restitutus, deinde exiguum id, quod reliquum tibi est, disperdis, unde ad eam paupertatem delapsus es; ut stultitiæ solum paternæ, animique ingrati hæres relictus sis, ad recuperandum tibi illum agrum nostrum, quem quo tempore bellis occupati eramus, Parens tuus usurpatorie occupaverat. Quod clementiæ usi sumus erga Juventutis tuæ furorem, id factum est ad dissimulandas, imo deridendas, tanquam telas aranearum, vanas tuas in damnum nostrum machinationes. Verumtamen ne apud vulgum crescere sinamus tuam existimationem, Senatus autem vilescere auctoritatem, jubemus te Turres Xiphoniæ, atque Arcem Scopuli Cyclopei tradere Carneadi nostro, & confestim ab harum litterarum receptione, ditione nostrâ excedere, nisi cum omnibus tuis conjuratis ab iisdem pinnis vis penderè, de quibus Pater tuus cum reliquis suis præcipitatus est, ne salutem tuam aliorum precibus aut viribus amplius credas, quum sis inemendabilis: Neque etiam Arcis munimento, quum arma Catanensia alas habeant.

### Catanenses Syracusanis.

XXII. Veniam concessimus Hyblensibus Ætnæis, quod linguâ atque armis vestris insidiosis decepti, a nobis defecere: Nec minori clementia, quam misericordia usi sumus erga veterem eorum urbem patriam, opus Avorum nostrorum, & turres reparavimus, ac muros reedificavimus, adhibitis ad hoc opus iisdem illis mille Libycis, sociis vestris, qui una vobiscum eos effregerant, ac deturbaverant, nunc autem a nobis ibidem præsidio relictis sunt: Vestris porro eorumque clypeis captis, ad calcem apportandam. Et quoniam ea Catanensium est indoles, ut prosperis successibus non superbiant, sed vincentes ignoscere; ac prodesse soleant, dimittimus vobis liberos, ac donamus non vobis sed sibi ipsis, & venerandæ senectuti, ac Musis Stefichori, sup-



plicis ipsorum Patris, \* nominis, atque pietatis Catanensis celebratoris Celtum Syracusium, præfectum præsidii, & tres ejus Filios cum Nuru, quinque talenta a vobis ac Patre pro ipsis oblata cedant in augmentum dotis Virgini Sponsæ, & liberalitatis nostræ donum.

### Catanæi iisdem.

#### Epist. XLI. Libri secundi.

XXIII. Multis jam annis, cum per litteras, tum per internuncios, consuetæ misericordiæ nostræ bellum minamini, poscentes Hyblam, eique vestrum rursus imponere præsidium. Manus invictarum domitricæ, rebellium vero castigatrices ferro campos purgare solent, neque radices agere sinunt zizania, ac spinas Syracusanas in solo Catanensi. Id ipsum, quod inique vos minati estis, nos Megarensibus vestris juste fecimus; & victoriam adepti sumus.

### Catanenses Lythreo Duci, Hellesthoii filio.

XXIV. Monarchia est Oligarchia nostra, sicuti semper fuit, concordæ uno omnes oculo cernimus, una lingua loquimur; quemadmodum omnium nostrum una est voluntas, sic unum omnibus patrimonium est: Unus nos Deus agit, unus Briareus, sed optimus Centimanus movet. Multi sunt rami, sed universorum una radix est. Ne spera, te alligato linguæ tuæ catenis \*\* uno alterove membro, totum unquam in tua potestate habiturum corpus; Boni Medici membrum corruptum amputant, ne totum corpus perdant. Dactylum jam corruptum familiaritate EK - - - tuisque promissis ac donis in perpetuum exilium ejecimus, castissimamque ejus uxorem Hegesiam, proditionis revelatricem, propterea necatam, Sepulcro ac Statua auro coronata in foro nostro Lunari honoravimus. Denique Calliandram cum universis opibus paternis in matrimonium concessimus Tirynto, rivali tuo, Dactyli inimico, idque propterea, quod invidiæ etiam tormento te castigari oportet.

Phi-

\* Patroni;

\*\* Confer quæ Lucianus in Hercule Gallico.

Philanthropus Pontifex Maximus Catanensium  
Cocalo \* Regi.

Epist. LII. Libri secundi.

XXV. Elapsus jam est septimus dies Metagitnionis, \*\* & illuxit ejusdem ultimus, necdum tamē advenere legiones tuæ, quas per litteras nobis promisisti, in auxilium nostræ, imo tuæ veteris Regiæ, Avorumque tuorum Patriæ. Tu nihil curas, perque socordiam ac somnum inter uxorum tuarum illecebras, & concubinarum tuarum delicias ætatem ducis, tanquam tua nihil referat, quæ damna, quam ruinam patriatur hæc Urbs, quæ non semel tibi mater ac nutrix tantum fuit, sed semper & consors, & socia fidissima. Num credis, capta a Libycis, aliisve hostibus urbe Catana, tutum tibi mansurum regnum, quod parvulo inclusum triangulo, propter bella hoc tempore civilia, ac Tyrannos incertum ac turbulentum tenes a Barbarorum potentibus armis, aliove belli genere? Crede mihi, erras. Tibi dico: Neque tu neque Reginæ tuæ, aliæque concubinæ, neque filii ac servi tui, qui tecum genio indulgent, neque horti tui, toto anno florentes ac frugiferentes, neque ingentia peristylia, neque Regia tua, cum sellis argenteis, solio subsellisque auratis, neque divitiæ tuæ, deliciae aliæque res ciores, pretiosioresque, quas in ea Urbe non minus incertas possides, neque adeo libertas, neque vita tua, neque titulorum longa series, nec honor, tecum manebunt; sed aut vituperatus, aut profugus vives, singulis horis moriens, aut, in duram servitutem abductus inexorabilibus victoribus Barbaris servies, perimens tua negligentia Majorum tuorum gloriam, quæ in te vivit, verum in te morietur, si dormias auxilii tempore, & amicos tuos indemnes præstare negligas; nihilque inferiora erunt damna tua infamia. Præveni itaque, o Rex (si hoc tibi nomen carum est) expectationem sollicitudine, ipsisque rebus confirma promissa regia, & fidem Deorum, & leges amicitiae, & advola, ac defende muros & templa sacra, quibus Parentum tuorum ossa cineresque venerandi, sanctæque reliquiae, Deorumque aræ continentur.

Hh 2

Ca-

\* De Cocalo vide ad Ovid. 8. Metamorph.

\*\* Maji secundum Fazellum lib. 2. c. 3. decad. 2. Maurolycum, Mirabellam aliosque. Sed præstat Julium vel Augustum cum Carrera intelligere.

## Catanæi Cocalo Regi.

## Epist. LIII. Libri secundi.

XXVI. Quæris ab obsessis, quo loco res sint obsidionis, qua hostium vires, quinam boves illi Libyci, \* qui in perniciem nostram adducti sunt; faxint Dii, ut necessitas fiat, si hæc tua est curiositas, ac maturandas cohortium tuarum suppetias. Nobis vix tempus reliquum est non dico capiendi cibum, aut ullam requiem super oppugnatis muris, sed vel respirandi, ob continuas hostium irruptiones, quibus multis de partibus interdiu & nocte infestamur. certi vita potius, quam Patria, cumque Patria honore simul cedere. Hisce non obstantibus inter saxorum, sagittarumque tempestates, & inter sanguinis imbres, inter ipsas mortes denique raptim rescribimus successus nostros, quæque scire desideras, in sordidis hisce, atque incustis tabulis inceratis, quippe quibus hoc tempore non ita præ manu sunt pelles, corticesque papyri. Legis si non ut vis, ac ut potes, tua nostraque damna, & cladem quam nobis obsidio infert. Trium epistolarum suprema, quam Ephethræ, exploratori nostro, ad te perferendam dedimus, ideo tibi reddita non est, quod captus ille ab hostibus extemplo chartam de industria deglutivit: Vivus autem exenteratus ab hostibus, sua ipsis viscera nostraque secum per litteras communicata secreta manifestavi coactus. Nepotes tui Chilocrates, & Triparchus, pleni glorioſis vulneribus, sed non indefecti aut inulti occubuere; ille, dum muros defendit, hic extra urbem una cum trecentis aliis nobilibus in primo congressu; scias autem, tantam esse gloriam, ut mortis damnum superet Trinympha mater, doloris impatiens e muro sese præcipitavit super occisum Filium, cumque lachrymis effudit sanguinem & vitam suam, quæ & ipsa jam volatilia facta Elysios campos petebant. Nos ad incitas redacti sumus, & omni ferme spe destituti, nisi tu adsis. Quod si integrum unquam foret animis invictis, ac mortis contemptoribus, pro liberorum, ac conjugum salute, Patriam deserere, nunc tempus adesset eoque magis, quod hostis sub Conditionibus nobis securitatem spondet, & viam fugæ aperit: verum honoris defensio, sacrorum Templorum reverentia, Deorumque immortalium religio id prohibent. Impia res est sepulcra relinquere aperienda, Patrum nostrorum cinere

spar.

\* Elephantæ.

\*\* Cera obductis.

spargendos, aras sacras profanandas, ut infami salute profanemus animos nostros. Non permittant Penates, ut hæc abominationes oculi Catanenses aspiciant superstites. Commeatus omne genus inopia jam premimur: Missilia nobis tela vix suppetunt, imminutæ sunt vires defensionis, fractæ debilitatæque balistæ, catapultæ, cæteræque omnes machinæ, eminus jaculantium: Solus nostrorum animus in perpetuum manet infractus. Exercitus hostilis tam numerosus nos urget, ut vulnerrum absorbeat numerum, & hastatorum jactus frustrare quodammodo videatur, & operiat non solum arenas littorum, verum & campos & colles, qui nobis circum jacent; neque unum aliquem exercitum, sed totam Libyam in perniciem nostram, concurrisse dicas: Neque tamen hæc expavescimus, quoniam, quemadmodum hostibus numerus ac potentia accrescit, sic defensoribus animus, tantoque magis amore Patriæ incendimur, quanto nos vires atque spes destituunt. Verum quum animus, absque virium ope, parum aut nihil juvet; aut veni, aut saltem ne tarda copias mittere auxiliare: Classis hostilis tanta est, ut triginta naves quinqueremes, centum quinquaginta triremes Liburnicas \* rostratas, ducentas rates, inter militares onerarias, & hippagogeas, \*\* & lintres, \*\*\* & hemilias, † & speculatorias, †† in universum ad numerum septingentarum, & amplius contineat. Primo adventu ad anchoras consistere in Cajetongia nostra, ac tredecim Turres, quæ commeatui ac mercibus reponendis nobis inserviunt, expugnare: Mox occupata mole, tam prope Urbem accessere, ut saxa, ac tela missilia catapultarum, ballistarumque superne e turribus jactæ submerferint quinqueremem Prætoriam. Classis majori ex parte jam stat subducta supra Urbem, loco, ubi lædi non potest. Boves Libyci quadraginta duo sunt numero, & bini copulati unam turrem ligneam in dorso portant, quæ pluribus hominibus telorum jaculatoribus, occupatur. Bestiæ sunt ferocissimæ, quadruplo & quintuplo nostris bobus majores, rostro, seu nato (proboscidem vocant) longissimo instructi, quem quaquaversum flectunt, & circumagunt vi magna, & quo manus instar utuntur, militibusque clypeos & arma de manibus eripiunt. In ore

Hh 3

duos

\* Vide Suidam in *Λιβυρικαί.*

\*\* Naves transvehendis equis.

\*\*\* Parva navigia *barchette.* Proprie linter truncum arboris denotat, quo excavato veteres flumina trajiciebant.† *Le tartane.*†† *Le frigate.*

duos dentes gerunt candidos, multumque prominentes, ceu duo cornua magna, & tam hisce quam proboscide illa nocent, stragemque ferunt hominibus & equis tam validi ac terribiles, ut in nostros irrumpant, atque ordines & agmina confundant, neque quo iis resistamus, quicquam reperimus; huc accedit quod equi nostri, qui (inter occisos ferro, laboribus, ac fame) vix mille nobis supersunt, ad primum horum monstrorum conspectum territi, in fugam convertuntur, neque freno ullo aut virga retrahi eo possunt, adeoque inutiles nobis ad prælium facti sunt. At Polichius, & Theodorides, inter nostros animosissimi juvenes, re ipsa nos docuere, rostrum illud haud difficulter præscindi, viamque nobis aperuere, qua non modo resistere hisce animalibus, verum & ea ulcisci queamus; posthabitis enim mortis periculis adeundis, cum trecentis ex omni Juventute Catanensi lectis sociis, in summo ardore prælii, non minori vi, quam audacia, confertissimos hostes penetrarunt, & illas bestias cominus aggressi sunt, duabusque ex illis promiscidem præcidere, duas alias trucidarunt, adacto in ventrem vulnerare, quia reliquis corporis partibus non poterant vulnerari, sive ob corii duritiem, sive quod laminis ossis, vel thoracibus impenetrabilibus obteæta essent. Theodoridi tamen nimius ardor, dum ad majores adspirat honores, mortem conscivit; reliqui juvenes partim ab hostibus cæsi, partim reversi sunt, gloria non minus, quam vulneribus pleni. Sicanorum decem millia, ab hostibus secum contra nos militare coacta, præsto jam sunt cum arietibus suis, aliisque machinis bellicis, ad effringendos muros hujus Urbis, quam campi ipsorum haud semel propugnaticem experti sunt: Et plus jam damni accepimus ab Insulæ hujus incolis, quam exteris nationibus hostilibus. Universi autem Naumachiam occuparunt, & Circum Maximum, & hisce ceu scalis uti conantur, ad conscendendos muros nostros, sed frustra ab hac parte; moenia quoque ab alia parte Urbis perforarunt, perque primum murum, sanguinolentum sibi introitum consecuti sunt, & secundum jam tentant, sed inutili labore, ob resistentes defensores. Polemarchus reposcit Uxorem & filias suas, obsidionis nostræ causam, quas quinquere mis nostra ex mari Africo huc advexit captivas, ipse autem nudius tertius pila quadam, de catapultis suis missa, cujus casu diffractum tectum, ubi asservabantur, eas obpressit. Nos jurejurando earum mortem causamur, cujus ille incredulus autorem sese ipsum esse minime credit, easque animo suo vivas sibi repræsentas, a nobis flagitat, additisque mi-

minis, & mactatis ante oculos nostros captivis Catanensibus, tam crudelibus quotidie spectaculis efferatur, tamque crebris assultibus obsidionem urget, ut nulla temporis intermissione alii aliis succedant. Lege itaque o Rex, quibus procellis in horas nos impetat Fortuna nostra, tibi que & nobis prospice, & succurre, antequam manus hostiles solo æquent triplices nostros muros, quos sæpius Regni tui coronas dicis, & paullulum illud spei quod nobis adhuc superest, prorsus extinguatur.

### Salius Catanæus Salio Syracusanorum.

XXVII. Frustra tu & obtestationibus & precibus, & hostiis Lares, atque Penates nostros revocare laboras extra moenia Catanæa, intra quæ ad nos confugere, Genii vestri & auguralibus indiciiis propitios sese monstrant. Nos, qui Urbem jam lustravimus, Pæanas cecimus, Amburbium celebravimus, Ambarvalia promissimus, cætera que quæ libri sacri & Sibyllini docent, speramus quam primum mactare victimas. Ego ab hisce aris, & ab hoc propitiatorio nunquam dimovebor, neque tuæ mihi litteræ persuadebunt, ut a solemnibus abstineam expiationibus.

### Catanæi Dædalo Architecto.

#### Epist. LXX. Libri secundi.

XXVIII. Monuisti nos, fabricas Naumachiar nostræ, ac Circi Majoris, quod vicinæ nimis, ac tantum non contiguous sint Mœnibus nostris, scararum & arcis usum contra Urbem nostram hostibus præstare posse. Ingénium illud unicum tuum, quod veterum Architectorum in hisce errorem nobis monstravit, quem tot sæculis nullus Architectus assequi potuit, nedum emendare, monstret nobis quoque modum, quo salva operum tam præclarorum magnificentia, vitiis illis mederi, Patriam præstare securam, & in Propugnaculum ea nobis convertere queamus: Aut veni, ut hoc nos doceas, simulque intersis sacrorum Ludorum, & Epibatarum spectaculis, conscensa navi nostra, cui alas tuas posuisti: Aut rescribe, quid tuum illud fallere nescium iudicium tota de re statuat. Interim in argumentum nostræ erga te benevolentiar accipe duo talenta; huic autem desiderio tuo circa præstandam illam securitatem

tem Civitati nostræ, consentimus, non nostri ipsorum causa, sed ut illam conservemus adversus insidias: non enim tam angusto circulo includi sese patiuntur animi magni, non crassi, non triplices muri, sed viri fortes ubique & constituunt & armant civitates. Probe nosti, canes Catanenses intra ovilia haud temere obsideri a lupis; neque personæ nostræ, neque arma, otiose post muros latent, sed præcurrere adversarium solent, quoties prævenire sibi conatur.

### Catanenses eidem.

#### Epist. XCV, Libri secundi.

XXIX. Sæpius nos hortatus es, sollicitus de publica, imo tibi nobiscum communi securitate, sicuti etiam in nostris necessitatibus amicum, in utraque fortuna fidissimum socium te præstitisti, ut vel omnes facultates nostras (si alio modo fieri non posset) perficiendis & refarciendis triplicium murorum nostrorum structuris antiquis impenderemus. Nos, ne videremur prodigi, aut securitatem nostram in reparandis crassis muris turribusque immanibus, antiquissimorum fabrorum nostrorum Cyclopum opere, multis ab hinc sæculis inchoato, collocasse, plures annos, a perficiendis iisdem super sedimus. Verum ne & operum antiquorum tamque celebrium adeo, ac nobilium fundatorum, aut persuasionum tuarum, ingeniosissimi inter omnes mortales viri, contemptores arguamur, in præsentia centum ac tredecim talenta veterum turrium reædificationi, ac novi muri instaurationi, ad designatæ a te ichnographiæ modulum, destinavimus, impensam sane, quæ si vires nostras, non tamen animos superat; præter drachmarum myriades, a Majoribus nostris expensas, chiliadum enim vix ratio habita.

### Catanenses eidem.

#### Epist. XCVI, Libri secundi.

XXX. Ad opinionem falsam, quam de nobis Cocali Regis parasiti stulte coram eo conceperunt, dicentes tibi, ut Lampirius nobis scribit, non minus timiditatis nos esse suspectos, quam superbiæ, ac prodigalitatis convictos, propter impensam, & Urbis communionem, quæ tibi cæterisque sapientibus visa est necessaria, ad patriæ nostræ conservationem, atque decus; nos responsi loco nihil aliud ipsis reponi volumus,

lumis, quam publicam litterarum tuarum exhibitionem cum Urbis ichnographia. Quis autem Dædalo peritior est? Verum tu, qui paucos nos multis congressos sub Megarorum mœnibus, ter manus conferentes, ter victores in campis Agrigentinis præfens vidisti, tu, inquam, pro nobis respondere, quantum satis est, poteris. Adde autem, nos esse prodigos earum opum, quas sanguinis nostri pretio nobis a Dea Victoria comparavimus, ac liberales earum, quas Ceres & mater Idæa de nostris sudoribus nobis reddunt.

### Catanæi Arthoo.

#### Epist. XVI. Libri tertii.

XXX. Dolorem nequaquam minuit dissimulatio; fingis & cupis, te non sentire injurias, ac damna, quæ a nobis accepisti, neque te ipsum noscere illo speculo quod noster, vel tuus potius tibi exhibuit Protoiatus. \* At speciem hoc puerilitatis tuæ, non volumus dicere stultitiæ est quam malitiæ tuæ superinducis. Quod ad vitia tua & delicta Meapliodæ tui connivens, te tibi persuadeas videri a nemine. Sed negare non poteris, etiamsi ab oculis excludantur, per aures tamen penetrare dolorem atque invidiam.

### Agathocles Rex Phthiandro Catanæo.

#### Epist. XXIII. Libri tertii.

XXXII. Ocius dispone angustæ domui tuæ, & veni homo homini Deus, angustè enim mecum præeris unus.

### Agathocles Tyrannus Syracusanus Phthiandro Catanæo.

#### Epist. XXIV. Libri tertii.

XXXIII. Scire a te vellem, o Phthiander, num Theognidis Sophistæ adhuc hortulanus sis, & num merces tibi sufficiat sustentandæ pauperrimæ vitæ tuæ Philosophicæ, qua Regiam, divitias, atque amicitiam meam, optimi Tyranni, negligis?

Ii

Phthi-

\* Archiater,



**Phthiander Catanæus Agathocli, Tyranno  
Syracufarum.**

XXXIV. Operibus servilibus ingenue libertatem meam confesso, & voluntario cultu hortorum Theognidiorum, qui meo ac Domini mei corpori pariter atque animo fructus ferunt. Tuum meumque exteriorem sperno, & (licet externe pauper) eo contentus vivo qui hominem interne ingenuum, & Deos spectat. Sias, me propriis manibus, quibus res terrestres colo, metiri cœlestes & conscribere Historiam, hominumque celebrium & Heroum laudes, nec non miseriam Tyrannorum. Experientia enim jam didici, raro aut nunquam tyrannidem ac probitatem, aut opes atque amicitiam eodem loco confidisse.

**Catanenses Phalaridi salutem, ac pacem, si velit.**

Epist. XXVI. Libri tertii.

XXXV. Scribimus tibi, & loquimur, ut Legislatores: Respondemus, ut Judices. Agrum Agyrinum & Assorinum, quem utrumque armata manu, ac justo titulo in potestatem nostram redegit, a parte Reipublicæ, ac populo Catanensi adjudicamus. Quod ad Symethum fluvium attinet, tibi de eo non competit judicare, & jam provisum a nobis est, ut agri nostri sit terminus, & camporum Leontinorum, nobis communium nostrique census. Si tibi forte suspecta sunt arma nostra, eaque de causa, milites, arma ac munimenta paras, dicimus tibi, nos esse conservatores non minus quam amatores pacis. Caveat itaque sibi a manibus nostris ultricibus lingua tua semper armata: Non enim verbis mortuis bellum gerere consuevimus, sed factis vivis. Quod si bellum vis, excepturi te sumus armis justæ defensionis, & speramus victores fore ignoscendo. Vanæ suspicioni (nolumus dicere metum) sive tuæ sive tuorum sedandæ publice & in universum hæc charta inserviat, & scias ab ejusmodi persuasionibus pendere, ut aut miser tibi aut felix videare, ac revera sis. Ille locus, quem tu exilium vocas, fortibus habitatoribus patriæ instar est.

**Catanenses Phalaridi.**

Epist. XLV. Libri tertii.

XXXVI. Misisti Albionem cum octingentis equitibus & sexcentis

tis peditibus, præter triginta currus falcatos, ut Agyra, atque Afforo, & Chryse fluvii limitibus nos spoliare. Nos cum septingentis viris in campo aperto, sæpius ipsi pugnae copiam fecimus: Verum ille cautior, sive perdere tot hominum salutem metueret, sive ne iterum captivus in manus nostras incideret, satius duxit, non obedire unius avaritiæ, & rabiei tyrannicæ, desertisque, cum suscepto munere, curribus præda onustis, clam noctu, non dicimus aufugit, sed abiit. Campi victoria, ac spolia Catanensibus ab hoste, non nisi sanguinis ac vitæ profusione, eripiuntur.

### Catanenses Phalaridi.

XXXVII. Vere dicis, te in animo habere, bellum nobis inferre, cum propter te ipsum (qui semper sudoribus, & lachrymis, & sanguine tuorum, qui odio te habent, tuamque tyrannidem, inebriatus es) tum propter Numina, quæ tibi sunt Crudelitas, & Avaritia, nobis ignota. Nos idem quoque in te statuimus, qui trahendus nobis es captivus ante Aras Pietatis, Honoris & Justitiæ, Numinum Catanensium, Phalaridis inimicorum, ad placandas eorum iras tuo holocausto, sicuti *Ætæo* igni sacrificavimus tuos illos triginta, qui portas æreas Templi nostri Vulcani, antiquissimum & nobile opus Cyclopum, tibi tantopere laudatum, cremaverant, ut & lucum sanctarum Hamadryadum, quocum hæc natæ fuerant, & stridentes in flammis jam exstinguebantur. Expectata igitur a nobis, istorum Numinum ministris, & a Numinibus ipsis vindictam, neque enim pias magis, aut honorificas iis Hecatombas facere possumus, quam si tua morte eas placamus.

### Catanenses Syracusanis.

XXXVIII. Quod vobis concedere nolumus, ut per prodicionem mitteretis ignem in classem Atheniensem, quæ in Cajetongia nostra sub In corrupto Medio Fidio \* nostro hybernat, & in utramvis aurem otiose, quod ajunt, dormit, interminamini nobis bellum & mortes, aut Latomias Syracusanas. Nos autem, qui hinc sæculis a victimis humanis, antiquissimo illo sacrificandi genere abhorremus, armata manu vos aggressi, non in victimam aut hostiam holocausticam, vos mactare constituimus ante Aras Hecates nostræ, a vobis prædatoribus toties offensæ, sed experiemini solummodo, quam grave sit supplicium, in per-

li 2

pe-

\* Medius Fidius jurandi formula non Dei nomen.

petuum ad metallicas nostras fodinas Cyclopeas damnatos esse, ne nimia clementia erga vos crudeles simus.

### Catanæi Himerensibus.

XXXIX. Preces excipi solent exhortationibus, hæc sequuntur fere minæ, ultimo demum ad arma concurritur: Et hunc ordinem in actionibus humanis passim observare licet. At vos Himerenses, viribus vestris majora ausi, contrarium fecistis, primo enim armis nos tentare cœpistis & insidiis in obscuro: Deinde minis & exhortationibus in publico, postremo autem ad preces a vobis in secreto ventum est, postquam nempe jam satis experti estis nostras ad resistendum vires. De vestris autem viribus, æque ac de subsidiis Phalaridis desperatis, qui iram atque arma Catanensium laceßere noluit, quippe qui probe norit, eos, qui primo, atque iterum injuria nos affecerint, tertio tale quid haud quaquam ausos, vel viribus ad id satis instructos fuisse. Fortitudo ratione carens leges atque ordines turbat, metus observat: Jam si altera vobis damnosa fuit, alter erit inutilis. Is erat ordo, sed si eum observaretis, si non, nihil vobis prodesse poterat ad obtinenda a nobis ossa Stefichori, nativitate vestri quidem, verum patriæ electione nostri. Ea vera demum patria est, quæ eligitur, non ubi quis nascitur, Nos in nostra hac civitate, donis vivum, & magnifico sepulcro porphyretico mortuum eum honoravimus. Et jam cernimus, vos litteris vestris, repetitisque minis provocare denuo homines, qui, & vivos & mortuos vestros honorant. Nos ordinem turbare nolumus, sed a verbis mortuis exordiemur, eaque deinde factis vivis excitabimus. Igitur vobis dicimus, ne molestum vobis sit, velle quod ille voluit, & virum illum divinum honorare Templo vestro, e longinquo, quemadmodum nos e propinquo, sepulcro nostro; nam quum tota Himeræ, dum infans esset, vix ipsi pro cunis sufficeret, adultæ autem ætatis eum non caperet in vita: Quomodo vultis, ut post obitum locus tam exilis sepulcrum sit tanto Viro, quem ne tota quidem Europa, nedum Sicilia capit? Quid igitur, o Himerensës, tanto opere a nobis petitis veneranda illa ossa, quibus moriens ipse hanc Urbem conlocupletare voluit? Ille relicta Himeræ Catanam venit, quam vivens sibi in patriam elegit, moriens in sepulturæ locum: Si non potuistis penes vos retinere Virum illum liberum in vita, neque juris aut dominii quicquam vobis erat in vivos vestros, qui fieri potest, ut jam in mortuos, voluntarie factos

factos nostros, habeatis? Solus Pluto hoc habet imperium. Si itaque hoc precamini, nolumus; si jubetis, non potestis; si minas additis, temerarie facitis; si denique vi, & via belli rursus, quærere mortuum in animum inducitis, universos vos vivos perdituri estis; & ubi aliena ossa quæritis, vestra relinquetis, vestræque invenietis sepulturæ locum, quem ne hostibus quidem negare solemus.

### Senatus Catanæus Thichnæ.

**XL.** Haud levibus de causis Triumviratus honore dignus fuisses judicatus, in eumque forsitan cooptatus, nisi apud Senatum per precum intercessionem, quodque pejus est, per pretii infamis oblationem, id efficere studuisses, ambitiosum detegens animum tuum, quem oculis, obstinatione non minus, quam simulatione tua deceptis, celasti. Qui magistratus emit, necessario Justitiam vendit. Injuria haud levi Patres Patriæ, teque ipsum, affecisti, dum per vias tam turpes ausus es affectare illam dignitatem. Prohibeant Penates, horum mœnium custodes, ne quis unquam tribunal, ubi nunquam injustum, aut venale Judicium fuit, conscendat, nedum ibi fideat tam corruptus, & impune inde exeat. Imo secundum Majorum nostrorum decreta & ordinationes, cavendum duximus, ne quispiam tuo post hac exemplo inductus, iterum hæc scelera tentare audeat, adeoque ex Senatusconsulto non modo ab universis honoribus ac dignitatibus arcere te visum est, verum etiam in perpetuum exilium damnare.

### Anaphormachus Catanensis Tibi, Alexandro Philippi Regis F.

**XLI.** Ridet Apollo Abderitam Anaxarchum, qui, dum nostra Chaldæorumque vaticinia despectui habet, mortem tibi accelerat, o Alexander fidi non Hammonis, sed Philippi. Si Babylonia, fatali tibi urbe, abstines, tranquille ad ultimos victurus es climatericos. Quæ Diis clara sunt, haud penitus a nobis mortalibus ignorantur. Quum itaque immutabile sit Fatum, & ab æternitate profluat, irrevocabile quoque telum mittat necesse est, & irreparabile vulnus inferat ei qui sciens ac prudens illud incurrerit. Vive autem tu tibi, nobisque Catanæis, victorque a te terrarum orbi, si vis quoniam potes, quum jam scias: At necis, neque potes, si non vis.

### Anaphormachus Sophiimitræ \*

XLII. Infaustus influxus cœlestis adeo maritum tuum urget ad oppetendam mortem in aquis, quibus tantopere delectatur, ut ab iis avelli nequeat: Amat itaque rem, in qua latet, ac paratus est ipsi interitus: Et comitem habet inimicus hic influxus immodicum divitiarum suarum amorem, quæ profecto, si ad vitæ inestimabilem illum thesaurum comparentur, ne tantillum quidem valent. Horreo ejus mala, quæ mentis acie perspicio, nam cæcus est, oculis nihil cernere valet, adeoque nec timeat. Doleo vicem tuam, tuæque Matris, quod quum ad opes ejus avare attendatis, personæ negligentes sitis ac prodigi, & in charitate crudeles. Deos precare pro me, qui timeo ac precor, proque eo, a quo tua tuorumque Filiorum vita pendet: Ac perdere noli tempus, quin assiduam facias salutis ipsi consultricem, vitæque medicam, linguam tuam.

### Catanæi Topatreo Ariarcho. \*\*

XLIII. Infinitis mendaciis, ac dolis persuadere conatus es Ennæis, Himerensibus, & Syracusanis, ut bellum facerent, hisce tanquam ob jus in Agrum nostrum, illis, ob ossa Stesichori, & statuam Cereris Victricis, quam a multis jam sæculis possidemus; verum neutros, utpote pacis conservatores, ab amicitia nostra remove potuisti: Neque enim Reipublicæ suæ tranquillæ summam eos in manum Fortunæ rursus tradere oportet, ac novo experimento discere, quam probe nos, cum lingua tum manibus, defendere noverimus. Dux tamen Ennensium, atque Himerensium, a tumultuante plebe electus, ut timidus plane atque indignus, recusasti illud onus, excedens nimirum vires tuas, nostrarum haud ignaras, causatus metum ob Filiorum tuorum salutem, qui leones facti, a te, tanquam fugitiva, atque astutissima vulpe, degenerarunt, adeoque a redeundo ad te abhorrent, nolentes fugæ tuæ, rapinarumque tuarum focii, atque participes fieri, & in manus nostras denuo incidere: Hanc autem Patriam sibi, nosque Parentes elegerunt. Jam vero cessante excusationis causa, arma (si tantum tibi est animi) in nos cape, & infelicissimum percipe fructum, ut pendeas ex iisdem illis Minervæ oleis, quas cremasti, & equibus, vita illa, quam tibi ob conjugis tuæ, & supplicum Antistitarum preces donavimus, indignis-

simus

\* Filia;

\*\* Summo Principi.

simus, semimortuus ablatuſ es, & veni, quandoquidem jam corvi, reliquæque aves rapaces cadaveri tuo iphiant.

### Catanæi Mamercio Catanarcho, \* & Tyranno.

XLIV. Revocamus te a Templo, & Luco Vulcani Ætnæi, ubi toto die ſtas otioſus, ac moſtuſ. Tanto ſane Tyranno indigna reſ eſt, ſuper mortuis inutiles fundere lachrymas. Num hiſce ab Elyſiis revocari poſſe crediſ? Sepulcro ſuo conditum relinque Polipuli tui cadaver, factum jam putridum ac peſtilens, in ipſo enim prælii ardore mortuus glorioſe vivit, tu vero gloriam ejus lugere videriſ. Veni itaque ad ſpectacula noſtra, & Tragœdiam, non tam ut voluptatem ex moleſtia, quam nobiſ aſſerſ, capiaſ, quam ut cognoſcaſ rerum humanarum Tragœdiam, Tyrannorumque in-hujus vitæ ſcena miſeriam, & ab hiſtrionibus, alienaſ perſonaſ indutiſ, intelligaſ, quæ adulateſ tui te celant, amici vero, & noſ in hac fortuna circa noſtram tuamque ſalutem, tibi detegere non audent. Parce tibi, nam qui nimiaſ luſtibus indulget, quemadmodum tu faciſ, immerito ſibi nomen Philoſophi arrogat, quod tibi ſumiſ: Quippe Philoſophi, ut Dii, neque lætantur, neque triftantur.

### Hermilia, Cereriſ Catanææ Sacerdoſ, Tibi Phalaridi, Agrigentinorum Tyranno.

XLV. Vana ſuſpicio, quam de Senatu, Populoque Catanæo concepiſti, maximo tibi nocumento eſt, tibi que turbat exiguaſ illam quietem, quæ reliqua tibi eſt, quamque decerpiſ a convictu Sapientum, qui in vanum te circumſtant, hortanteſ te ad deponendam tyrannidem, ſine qua ſuſtentare neſciſ, imo neque viſ, vitam tuam, plenam non minus crudelitatiſ, quam mortis terroribus, atque periculiſ, aſſiduſ propriæ conſcientiæ (proh dolor!) ſubjectuſ tormentiſ, licet abſque fructu. Cave itaque tibi, tuæque ditioni ab altera eorum vindicta; at certuſ ſiſ, Cererem, ut opera manuû Cyclopum fundatrix veterum horum mœnium, atque ita Domina eorundem atque Regina ſuerit, ſic opere manuû Catanenſium terribilem ſemper ſeſe præſtitiffe propugnatricem, immittendo cum morboſ inſanabileſ, ut aliaſ hominibus ſcleratiſ, tum Erinnyâſ, ut tibi in præſentia, quod per incendiarios

\* Principi Catanæ.

rios tuos, qui omnes jam interiere, fruges suas, per sacra Catanæa rura, mille facibus nefandis cremasti; & hæc fuere resplendentes istæ stellæ errantes, quibus te exornare somniabas imaginem Cereris Catanææ. Faxit Apollo, ut falsa somniorum tuorum, tam infausta omina portentantium, interpretes sim. Scias autem, cineres segetum, igne a tuis hominibus vastatarum, sive Naturæ fuerit hæc benignitas, sive universalis matris Terræ in te prodigæ, erga nos liberalis, fertilissimos reddidisse campos exustos frugibus; te autem invidia. Morere itaque, o profane, in horas, intra propium tuum cadaver, morborum tuorum portatile sepulcrum, in fœtore ac sceleribus tuis, & consumere supra terram sensim in lecto doloris tui, quippe haud dignus es, qui recipiaris a sancta illa Dea matre Terra, quam igne ac sanguine humano toties fœdasti.

### Hermilia Eidem.

XLVI. Valde litteris tuis gloriaris, potentem te esse divitiis tuis: Qui oculis captus non est, nihil in te præter Fortunæ bona videt: Animi bonorum supra omnem miseriam pauperrimus es. Quænam inferior fors mendicitatis reperiri potest, quam ut quis alienas emendicet divitias, idque per tyrannidem ut tu facis, qui supra omnes homines ditissimum te appellare posses, si parvo, eoque bono contentus esses, nec non virtutum thesauro, quæ a te exulant? Nunc ab ultricibus Cereris ac Proserpinæ, iris graviter percussus, & in perpetuum a conscientia propriæ morsibus vulneratus atque cruciatus, nummis & donis earum gratiam tanquam venalem & mercenariam, redimere conaris. Abominantur sanctæ illæ Deæ placamenta auri tui, atque argenti obscurissimi, lachrymis & sanguine humano fœdati. Certus sis, gratissimum quod ipsis offerre possis, sacrificium futurum, si teipsum victimam sistas, licet immundam, & tuo sanguine, tuaque humano generi salutifera futura morte eas places.

### M. Marcellus Senatui, ac Populo Catanensi.

XLVII. Solus Archimedes ille ingenii sui armis pro Syracusis totis depugnat, & nobis earum expugnationem remoratur. Catanæi vestri, focii nostri, in obsidione, nocte dieque, strenue sese gesserunt, nihil otii sibi unquam concedentes: Unde præ omnibus mortalibus inde fessos

fectos eos reputavimus. In ardore prælii ter muros Urbis conscendere, ter ibi vexillum posuere, ter ab obstinatis defensoribus, ad desperationem eadem de causa redactis, depulsi sunt. Bona eorum pars, in impressionibus faciendis, periit, ut vivat eorum semper in nobis amicitia, ipsorumque Patriæ memoriæ mittite quam primum reliquos, in obsessorum spolia inque coronas ipsis successuros: Cum iisdem expectamus quoque reliquas illas catapultas, arietes majores, cæterasque machinas, atque tormenta muris oppugnandis. Si in tempore, reliquò frumento conferitis castra Romanorum, amicorum vestrorum, qui urbem, paci ac libertati vestræ perniciosam evertere nituntur, reddent vobis centuplum.

### Catanenses Hyblæis.

XLVIII. Iisdem illis - testudinibus, arietibus, & tormentis bellicis captis, quæ fusus a nobis exercitus Syracusanus reliquit, quum Hyblæ urbis oppugnationem aggressus esset, Megarenses muros evertemus, & cum M. Marcello jam cœpimus Syracusanos concutere.

### Senatus Catanæus Gymnophilo.

XLIX. Non quod es Comarchus, \* &, uti re ipsa satis probas, ab antiquis Heroibus Catanæis originem ducis, neque etiam quod jure successionis multa possides, sed ob exiguum illud, quod multa pugnando, haud semel victoriam quantumvis arduam, adeptus, in potestatem nostram redegit, Ducem te creavimus legionum nostrarum, & hoc tanti momenti munere, unde Patriæ pendet salus, te ornavimus, quippe quod nemini nisi valde probo ac strenuo contingit. Adde, quod in te representari agnoscimus imaginem fortissimi Gymni, avi tui, qui tormentis ab hoste subjectus, ne Patriæ secreta revelaret, linguam sibi dentibus præmordit, & una illa perpetuum tenuit silentium, quod universis deinceps linguis semper celebraretur: Tandem membratim ab eodem hoste disceptus, atque exenteratus, pro libertate, proque amore communis tibi nobiscum Patriæ mortuus est. Recipe itaque hastam, cæteraque insignia Imperatoria a Philandro Meapsia, & dic ei, nos ipsum constituisse Ducem classi nostræ, a quo expectatur jam dudum in Portu Ongiæ. Tu cum exercitu prosequere victoriam, quam mors

K k

Hic-

\* Κάμης sive pagi princeps.



Hieronis nobis attulit, contra Erythræos, & Syracufanos, Urbe pul-  
 sos,\* & arma nōstra tam longo tempore sepulta, nunc autem eorum  
 sanguine refuscitata, fugientes. Obsidione Enosiam cinge, cujus tur-  
 ribus, & arcibus omnem salutem suam concedidere. Tu fac, ut ad  
 illustriorem te reddendum, non solum generis origo, verum, & for-  
 titudo cateræque virtutes tuæ concurrant, & ab expugnatione exspe-  
 cta coronas, ac triumphum non modo, sed & spolia.

### Catanæi Ducibus Classis Lacedæmoniorum.

L. Nihil Fortuna, Victoria, cæterisque rebus bellicis mutabilius,  
 nihil quoque Regnis, atque Imperiis, quippe quæ in earum manu, se-  
 de omnino incerta, sunt, minus tutum; Virtutes autem, animi nimi-  
 rum illæ, inexpugnabiles. Vos Lacedæmonii, qui Spartæ aliquando,  
 Tragicæ atque impiæ Cataenensium Fortunæ derisores, et histriones &  
 mimi fuistis, hodie ab eadem victi, atque expugnati, fabula estis, &  
 Comœdiæ Comicis extraneis & nobis in scenis Theatrorum Catanæ  
 (non enim satis fuit vobis arridere solum, neque etiam suo tempore nos  
 irrifistis) ut semper derideamini: At non a nobis, qui ne hostibus qui-  
 dem etiam venia indignis clementiam, ac misericordiam negamus, &  
 crebro ignoscendi usu, quod summum genus victoriæ est, habitum jam  
 in naturam, naturam in necessitatem convertimus. Pro uno Ptiph-  
 samo, machinarum architecto nōstro, captivo vestro, quem liberum  
 nobis, sed nudum remisistis, remittimus vobis togatos Chresporthiam,  
 & reliquos undecim nobiles vestros, quorum, apud nos obsidum, ob-  
 liti eratis, neque, quum nudi essent, ullam curam habebatis. Res sane  
 vobis Ducibus indigna est, Architectum tam præclarum, machinarum ve-  
 strarum ruinam, non dicam male acceptum, sed plane incognitum vo-  
 bis fuisse. Corpus quidem Viri spoliastis, at ne universa quidem Græ-  
 cia, nedum Sparta, eum unquam spoliaverit virtutum suarum decore,  
 partaque in damnum vestrum gloriæ suæ purpura.

L. Cæcilio Metello, & Q. Flaminio COSS. Lælius  
 Metellus. S. D.

LI. Nescio, quo pacto litteræ meæ, quas vobis conscripsi in Si-  
 cilia,

\* Confer Diodorum Siculum libro XI.

cilia, tam brevi tempore Romam in manus vestras pervenerint; tot maria nimirum, ac terras circumvectæ. Nunciatum enim mihi est, navem speculatoriam, quacum Romam mittebantur, captam esse a Piratis Libycis, Libycos illos a Palæstinis rurius, ac Cæsaream tandem in manus P. Cassii Prætoris delatas, inde demum in vestras pervenisse. Non opus esse puto ut me excusem de tarditate mea in perscribendis ad vos rebus Sicilia, ubi cum imperio sumus Proconsulari. Scripsi nudius tertius, verum quoniam audio alteram illam quoque navem, quacum alteras hæc litteras ad vos perferendas dedi, naufragium passam, tertius nunc adornare visum est cum Euthymio Cinna, qui Patriæ causa Catanensium Legatus ad vos venit, vir nobilissimus, cum virtutum scientiarumque splendore, tum rerum per liberas non modo Civitates, verum & Regna procurandarum, usu. Jam mensis elapsus est (neque novum quid Romæ, opinor, apportabit hoc nuncium) tremere tota cœpit Sicilia, Ætna primo gemere, mox mugire, demum in aëra fumos, flammæ, ac cineres densissimos eructare, postremo torrentes suos igneos evomere. Catania ubi hodie adsum, terræ motu concussa, ætateque longa, sed angustâ ac profundissima, voragine superne deorsum, usque admare in duas partes scissa est: De vastata majori ex parte, ac tantum non omnia ejus decora, veterumque ibi monumenta, cineribus etiam oppressa. Prolapsa mœnia Borealia cum Turribus, Cycloppum iavento atque opere, nec non vicinum hæc Templum Cybeles Magnæ. Ruinam minantur Amphitheatrum & Gymnasium; projecit autem templum Cereris, ac prorsus perdidit celebrem suam testudinem nobile illud hemisphærium. Pergusa lacus vicinus, Proserpinæ sacer, a terra absorptus est; Speluncâ Ditis per quindecim dies flammæ eructavit, subsedere magna ex parte ripæ ejus marinæ, & terra sub mari, flammis effervescente, dehiscens majorem partem molis prope Urbem absorpsit, adeo ut non nisi Pharus ejus Pyramidalis in mari, & obeliscus ejus Hieroglyphicus in ripa supersit, conquassatum tamen utrumque. Amasenus in ipsa Urbe, per dies complures multis fontibus sanguinem putridum vexit. Hæc calamitates passa est Civitas, Romani nominis tam amans; ex statuis aliisque, quæ in ea sunt, simulacris, Romam mitto Statuam Matris Terræ, sive Naturæ, mamillatam, opus Mamurii; Statuam Veneris Homicidæ, pedibus mutilam, alteram Galatææ cum Delphinis, & concha marina, & Statuam Acidis bicornis mysteriose absque brachiis elaboratam, cum altissima illa Cybeles,

sed confracta, ita tamen, ut reconcinnari queat. Opera Museo, et que Romano haud indigna. Cum hisce una etiam obeliscus ille mittitur; quæ cuncta Senatus recipiat acceptaque habeat, loco tributi istius quod nondum perfolvit Civitas, vel ex parte adhuc debet. Luxei Catanenses religiosi, rebus ita charissimis spoliati damnum suum licet voluntarium. Decernat Senatus remunerare eorum lachrymas tributum in annos decem remissione, ut ruinas refarciant: Cesset interitu Quæstura. Immania sunt portenta ac monstra, nuper in Sicilia conspecta, Colossus Zancloeti marmoreus Messanæ primum noctu, coelestis quadam fallugine opertus, insequenti die totus in calcem dissolutus est ut ne ulla quidem pars amplius restet. Taurus, Promontorium, sive scopulus, arte in formam tauri elaboratus, sub Tauromenio, a continente avulsus, & instar sulphuris, aut bituminis ardens a mari absorptus est, cum bona ipsius continentis parte. Syracusis Statua Solis vitreæ sponte in durissima faxa, pavimenti prolapsa, neque ullam fracturam passa est, ne digitis quidem; qui æris instar flectebantur: Collocata autem loco securo, sponte in partes minutissimas dissiliit. Materiam hæc augurijs præbebunt, Romanis autem neque admirationi erunt neque terrori.

### Chryseus Dux Catanensium, Nithriæ Præfecto.

LII. Numquid credebas, oculos nostros charopos \* non deprehensuros, vel de nocte, Nithriæ insidias? Tu retrocedebas, ut majorem saltum faceres, nobisque ablandiebare, ut morderes, sed in vanum; cecidisti in foveam, quam copiis nostris præparabas. Stultus est ille, o Nithria, qui suo non contentus, in pace belli ansam quærit. Præprimis si opibus ipse & honoribus pollet, & tamen aliena involat incerta enim res est, & omni difficultate major. Armis arma repellimus, & pacem bello inviolatam servamus. Catanæ cervix indomitum jugum nescit, attamen cæteris juga tractat.

### Cedria Thapso.

LIII. Coacta, uti scis, ab Ephoris, † & Populo Atheniensi, tutoribus meis testamentariis nùbere marito, de tot Principibus, parvulus

\* Acutos.

† Magistratibus Lacedæmoniorum.

lum te ad generosum Regulum elegi, tuique, summi Sacerdotis Cere-  
ris, amore consumpta magis, quam inflammata sum. Ad hæc res so-  
la inter nos eloquens paranympa papyrus fuit, salacissimus pronu-  
bus, calamus; neque jam præcurrenti calcaribus, nec prævolanti alis  
opus erat; flexisti volentem: Et hæc per te magis, quam per nos effi-  
cere norunt Superi. Ego, inter Vestæ steriles, summe jam contenta bene-  
ficio tuo magis, quam Patriæ, ad Nuptias adacta sum; neque, quum  
Regina essem Ephyræorum, aversata tamen fui te Regulum, Regem  
mibi constituere ----- Dicebas mihi, o fiste, ac mercenarie amator,  
quod in me minime pulchrum esset, omnium aliarum superare pulchri-  
tudinem; quod minime esset opulentum, esse opulentissimum, & quod  
minime nobile esset, a nobilissima Heraclidarum prole oriundum. Ve-  
rum aut tu non amplius te ipsum præstas, aut ego non sum eadem,  
quoniam ab eodem te, unde profecta laus est, natum etiam est vitu-  
perium. Tuus ignis nihil modicum habuit, sed statim in te exarsit,  
quemadmodum ----- ac potius deferbuit, meus non item, semel  
enim in me accensus inextinctus ardet. ----- Qua ego volo, tu non  
vis; neque misera ego a te abstinere scio, neque si sciam, possim: Volun-  
tas enim mea a tuo non-velle magis voluntaria redditur, magisque vi-  
vax; sicuti tuum non-velle a meo nimium-velle. Alcibiades, mortuus,  
in perpetuum vivit penes me per fidem illam conjugalem; quia, infeli-  
cibus auspiciis, ad preces tuas nos conjunxit, a te una cum amore in-  
teremptam. Athenas venisti Legatus Catanensium, fuitque dubium,  
utrum linguæ magis dulcedine, an oris pulcritudine, dom mandata  
exponis, animas rapueris, me autem hac sola rapuisti. Animus meus,  
qui crebro alias, & in præsentia, una cum hisce litteris, ad te excur-  
rit, meliorem totius mei systematis partem secum fert, brevi reliquam  
expecta. Si venire cessas, veneno mihi mortem accelerabo, extremam  
eamque certissimam vulneribus amoris medicinam, supremum infelici-  
bus refugium, licet eam sibi ipsis vel optantes consequi Dii nequeant.  
Expecta igitur me umbram denuo tecum in Elysiis Catanæis victu-  
ram; si modo verum est, animas post mortem iterum in sempiternum  
vivere.



Camestrio olim hosti, captivo nunc, ob patrata de se benemerenti hæc omnia de regia nostra dabis tres speciosiores mulieres Siculas ex captivis, epicrocis, & muricatis auro, elatisque vestibus in deliciis, ancillasque tres, mundumque muliebrem cum polymitis versicoloribus. Dabis & subsericam coccineam vestem unam annuam, diploides villosas militares duas annuas, bardocucullum unum, ephestrides \* purpureas annuas tres, peplum roseum palmatum argento, pro Epiniciis \*\* nobis annua palliastra: Pro mancipiis decem, interulas, & paragaudas † decem annuas, lineæ telæ brachia centum annua ac cubitalia: Cypella †† quatuor; annuos hordei modios quatuor millia, frumenti tria millia, generosi vini veteris sextarios totidem, olei selecti Hadranitici sextarios mille, cereos viginti quinque, tentoria duo, equos sex, mulosque decem, molossios canes bellicosos tres, vasa argentea decem, patinas totidem pondo sexaginta, scyphum, & cantharum, & phialas argenteas, auratas & gemmatas pondo XXXV. argenteos nostra cusos effigie quinque millia, aureosque totidem pro strenis. Hyloni aureus balthicus effigiatus, quadrigemmis annulus aureus, libralis torques gemmatus auferatur, eisque Camestrius decoretur, insignitusque sit inaurata capside chirographata scite, duabus Herculeanis lanceis, oculata lorica auro limbata, & subarmali serico murice purpurato. Dentur huic quoque villosa cuculla duo cum fago, chlamyde, & lato clavo. His superadjicies ad decorem pacis, & majestatis, togam auro fimbriatam: Quæ omnia si tantorum meritorum orbem non complent, nostra munificentia feliciori omine ampliorem circulum intendit.

### Catanenses Platoni.

LVI. Salvus hic jam inter nos versatur Dio, sub tua, nostraque fide, & armis defensa, & animo custodita. Archontem eum creavimus, ea apud nos dignitas suprema est, ipso non inferior. Ille quod a Dionysio non longe abest, omnia tuta timet, semperque vicinas sibi, imo ingruentes Tyranni sibi insidias imaginatur, quas inter neque ipse fecu-

\* Exterioris vestis genus, paludamento simile, quod armorum superinduitur.

\*\* Ludis festisque.

† Femoralia lineæ.

†† Pocula. Confer dona quæ enumerantur apud Trebellium Pollionem in vita Claudii. & Vopiscum in vita Aureliani Probi que.

Liburno Dextratori † cæterisque Delatoribus, ac  
Eleuthrioni Scurræ, cæterisque Palatinis parasiti-  
tis, Archon Catanensium.

Epist. XII. Libri tertii.

LIV. Si Lacedæmoniis, ac Syracusiis - - - - - secum in bellis trans-  
ferre licet, num Catanæis sine erubescencia - - - - - Inter Orgia sobrii,  
castique sumus, Trieterica Libero patri, & Deæ Voracitati \* nostris Pe-  
natibus ignotæ, cui delubra construxistis, nec ulla damus libamina.  
Quarto vicimus, si quinto surrecturi cedimus. A Diis bellatoribus pro  
nobis patratæ victoriæ facinora tripodes, candelabra, patinasque au-  
reas trilibres, coronasque tetrapondo aureas Jovi Deorum Deo, Cere-  
rique, Liberæque filiaë Vistricibus, cæterisque Diis immortalibus, et-  
iam inferis, nostris manibus consecravimus. Arantur Catanensia rura  
captivis hostium bobus, captivaque juga Punica præbent nostris colla-  
cultoribus; hostium fortuna præceps vires, non fortitudinem Catanen-  
sium vicit.

Hiero Rex Phyltro Quæstori:

LV. Strenuus contra Syracusios propugnator Camestrius Cata-  
næus patrifans, insignia, præclaraque facinora, Patria suâ, non diuturna  
obsidione, non mortalium armis (fatemur) sed Numinum ope divi-  
nitus subjugata patravit. Noster autem Dux Hylon, infandum nostri de-  
decus exercitus, terque quaterque terribilem hostis frontem sustinere  
nequens, trepidus terga dedit, quo longiori supplicio necisque gene-  
re fontem ad explendam mortis iram puniamus: Sed quæ longior quæ  
atrocior invidiæ cruciatu? quod non unico brevique exitu vitam ob-  
truncat, sed quotidianis suum semper necibus cor enecat. Inferviat  
igitur Hylon Camestrio, Hylonis Prætura Camestriis decoretur; legio-  
ni ejus imperet; stipendia, cæteraque ducalia ab Hylone auferantur.

Ga-

† Aurigæ.

\* Templi Voracitatis meminere Ælianus lib. I. Var. c. 25. & Athenæus lib. X, p. 416.  
D. Vincennus Mirabella in tabulis veterum Syracusarum n. 66. templum Saturnitatis  
vocat, cupis & Carrera in Syracusis illustratis lib. I. meminit. In dictis factisque Ca-  
tanensium notabilibus bis quoque memoratur Dea Voracitas, ejusque quod Syracu-  
sis fuerit templum.

Camæstrio olim hosti, captivo nunc, ob patrata de se benemerenti hæc omnia de regia nostra dabis tres speciosiores mulieres Siculas ex captivis, epicrocis, & muricatis auro, elatisque vestibus in deliciis, ancillasque tres, mundumque muliebrem cum polymitis versicoloribus. Dabis & subsericam coccineam vestem unam annuam, diploides villosas militares duas annuas, bardocucullum unum, ephestrides \* purpureas annuas tres, peplum roseum palmatum argento, pro Epiniciis \*\* nostris annua palliastrea: Pro mancipiis decem, interulas, & paragaudas † decem annuas, lineæ telæ brachia centum annua ac cubitalia: Cypella †† quatuor; annuos hordei modios quatuor millia, frumenti tria millia, generosi vini veteris sextarios totidem, olei selecti Hadranitici sextarios mille, cerebs viginti quinque, tentoria duo, equos sex, mulosque decem, molossios canes bellicosos tres, vasa argentea decem, patinas totidem pondo sexaginta, scyphum, & cantharum, & phialas argenteas, auratas & gemmatas pondo XXXV. argenteos nostra cusos effigie quinque millia, aureosque totidem pro strenis. Hyloni aureus balthus effigiatus, quadrigemmis annulus aureus, libralis torques gemmatus auferatur, eisque Camæstrius decoretur, insignitusque sit inaurata capsula chirographata scite, duabus Herculeanis lanceis, oculata lorica auro limbata, & subarmali serico murice purpurato. Dentur huic quoque villosa cuculla duo cum sago, chlamyde, & lato clavo. His superadjicies ad decorem pacis, & majestatis, togam auro fimbriatam: Quæ omnia si tantorum meritorum orbem non complent, nostra munificentia feliciori omine ampliorem circulum intendit.

### Catanenses Platoni.

LVI. Salvus hic jam inter nos versatur Dio, sub tua, nostraque fide, & armis defensa, & animo custodita. Archontem eum creavimus, ea apud nos dignitas suprema est, ipso non inferior. Ille quod a Dionysio non longe abest, omnia tuta timet, semperque vicinas sibi, imo ingruentes Tyranni sibi insidias imaginatur, quas inter neque ipse secu-

\* Exterioris vestis genus, paludamento simile, quod armaturæ superinduitur.

\*\* Luds festisque.

† Femoralia linea.

†† Pocula. Confer dona quæ enumerantur apud Trebellium Pollionem in vita Claudii. & Vopiscum in vita Aureliani Probiq.



### Anaphormachus Sophiimitræ \*

XLII. Infaustus influxus cœlestis adeo maritum tuum urget ad oppetendam mortem in aquis, quibus tantopere delectatur, ut ab iis avelli nequeat: Amat itaque rem, in qua latet, ac paratus est ipsi interitus: Et comitem habet inimicus hic influxus immodicum divitiarum suarum amorem, quæ profecto, si ad vitæ inestimabilem illum thesaurum comparentur, ne tantillum quidem valent. Horreo ejus mala, quæ mentis acie perspicio, nam cæcus est, oculis nihil cernere valet, adeoque nec timeat. Doleo vicem tuam, tuæque Matris, quod quum ad opes ejus avare attendatis, personæ negligentes sitis ac prodigi, & in charitate crudeles. Deos precare pro me, qui timeo ac precor, proque eo, a quo tua tuorumque Filiorum vita pendet: Ac perdere noli tempus, quin assiduam facias salutis ipsi consultricem, vitæque medicam, linguam tuam.

### Catanæi Topatreo Ariarcho. \*\*

XLIII. Infinitis mendaciis, ac dolis persuadere conatus es Ennæis, Himerensibus, & Syracusanis, ut bellum facerent, hisce tanquam ob jus in Agrum nostrum, illis, ob ossa Stesichori, & statuam Cereris Victricis, quam a multis jam sæculis possidemus; verum neutros, utpote pacis conservatores, ab amicitia nostra remove potuisti: Neque enim Reipublicæ suæ tranquillæ summam eos in manum Fortunæ rursus tradere oportet, ac novo experimento discere, quam probe nos, cum lingua tum manibus, defendere noverimus. Dux tamen Ennensium, atque Himerensium, a tumultuante plebe electus, ut timidus plane atque indignus, recusasti illud onus, excedens nimirum vires tuas, nostrarum haud ignaras, causatus metum ob Filiorum tuorum salutem, qui leones facti, a te, tanquam fugitiva, atque astutissima vulpe, degenerarunt, adeoque a redeundo ad te abhorrent, nolentes fugæ tuæ, rapinarumque tuarum focii, atque participes fieri, & in manus nostras denuo incidere: Hanc autem Patriam sibi, nosque Parentes elegerunt. Jam vero cessante excusationis causa, arma (si tantum tibi est animi) in nos cape, & infelicissimum percipe fructum, ut pendeas ex iisdem illis Minervæ oleis, quas cremasti, & e quibus, vita illa, quam tibi ob conjugis tuæ, & supplicum Antistitarum preces donavimus, indignifimus

\* Filia;

\*\* Sammo Principi.

simus, semimortuus ablatuſ es, & veni, quandoquidem jam corvi, reliquæque aves rapaces cadaveri tuo ipſiant.

### Catanæi Mamercu Catanarcho, \* & Tyranno.

XLIV. Revocamus te a Templo, & Luco Vulcani Ætnæi, ubi toto die ſtas otioſus, ac mœſtuſ. Tanto ſane Tyranno indigna reſ eſt, ſuper mortuis inutiles fundere lachrymas. Num hiſce ab Elyſiis revocari poſſe crediſ? Sepulcro ſuo conditum relinque Polipuli tui cadaver, factum jam putridum ac peſtilenſ, in ipſo enim prælii ardore mortuſ glorioſe vivit, tu vero gloriam ejus lugere videriſ. Veni itaque ad ſpectacula noſtra, & Tragœdiam, non tam ut voluptatem ex moleſtia, quam nobiſ offerre, capiaſ, quam ut cognoſcaſ rerum humanarum Tragœdiam, Tyrannorumque in-hujus vitæ ſcena miſeriam, & ab hiſtrionibus, alienaſ perſonaſ indutiſ, intelligaſ, quæ adulateſ tui te celant, amici vero, & noſ in hac fortuna circa noſtram tuamque ſalutem, tibi detegere non audent. Parce tibi, nam qui nimiaſ luſtibus indulget, quemadmodum tu faciſ, immerito ſibi nomen Philoſophi arrogat, quod tibi ſummiſ: Quippe Philoſophi, ut Dii, neque lætantur, neque triftantur.

### Hermilia, Cereriſ Catanææ Sacerdoſ, Tibi Phalaridi, Agrigentinarum Tyranno.

XLV. Vana ſuſpicio, quam de Senatu, Populoque Catanæo concepifti, maximo tibi nocumento eſt, tibi que turbat exigua illam quietem, quæ reliqua tibi eſt, quamque decerpis a conviſtu Sapientum, qui in vanum te circumſtant, hortanteſ te ad deponendam tyrannidem, ſine qua ſuſtentare neſciſ, imo neque viſ, vitam tuam, plenam non minus crudelitatiſ, quam mortis terroribus, atque periculiſ, aſſiduſ propriæ conſcientiæ (proh dolor!) ſubjectuſ tormentiſ, licet abſque fruſtu. Cave itaque tibi, tuæque ditioni ab altera eorum vindicta; at certuſ ſiſ, Cererem, ut opera manuum Cyclopum fundatrix veterum horum mœnium, atque ita Domina eorundem atque Regina fuerit, ſic opere manuum Catanenſium terribilem ſemper ſeſe præſtitiffæ propugnatricem, immittendo cum morboſoſ inſanabileſ, ut aliaſ hominibus ſcleratiſ, tum Erinnyâſ, ut tibi in præſentia, quod per incendiarioſ

\* Principi Catanæ.

rios tuos, qui omnes jam interiere, fruges suas, per sacra Catanæa rura, mille facibus nefandis cremasti; & hæc fuere resplendentes istæ stellæ errantes, quibus te exornare somniabas imaginem Cereris Catanææ. Faxit Apollo, ut falsa somniorum tuorum, tam infausta omnia portententium, interpretes sim. Scias autem, cineres segetum, igne a tuis hominibus vastatarum, sive Naturæ fuerit hæc benignitas, sive universalis matris Terræ in te prodigæ, erga nos liberalis, fertilissimos reddidisse campos exustos frugibus; te autem invidia. Morere itaque, o profane, in horas, intra propium tuum cadaver, morborum tuorum portatile sepulcrum, in foetore ac sceleribus tuis, & consumere supra terram sensim in lecto doloris tui, quippe haud dignus es, qui recipiaris a sancta illa Dea matre Terra, quam igne ac sanguine humano toties foedasti.

### Hermilia Eidem.

XLVI. Valde litteris tuis gloriaris, potentem te esse divitiis tuis: Qui oculis captus non est, nihil in te præter Fortunæ bona videt: Animi bonorum supra omnem miseriam pauperrimus es. Quænam inferior fors mendicitatis reperiri potest, quam ut quis alienas emendicet divitias, idque per tyrannidem ut tu facis, qui supra omnes homines ditissimum te appellare posses, si parvo, eoque bono contentus esses, nec non virtutum thesauro, quæ a te exulant? Nunc ab ultricibus Cereris ac Proserpinæ, iris graviter percussus, & in perpetuum a conscientia propriæ morsibus vulneratus atque cruciatus, nummis & donis earum gratiam tanquam venalem & mercenariam, redimere conaris. Abominantur sanctæ illæ Deæ placamenta auri tui, atque argenti obscurissimi, lachrymis & sanguine humano foedati. Certus sis, gratissimum quod ipsis offerre possis, sacrificium futurum, si te ipsum victimam sistas, licet immundam, & tuo sanguine, tuæque humano generi salutifera futura morte eas places.

### M. Marcellus Senatui, ac Populo Catanensi.

XLVII. Solus Archimedes ille ingenii sui armis pro Syracusis totis depugnat, & nobis earum expugnationem remoratur. Catanæi vestri, focii nostri, in obsidione, nocte dieque, strenue sese gesserunt, nihil otii sibi unquam concedentes: Unde præ omnibus mortalibus inde fessos

essos eos reputavimus. In ardore prælii ter muros Urbis conscendere, ter ibi vexillum posuere, ter ab obstinatis defensoribus, ad desperationem eadem de causa redactis, depulsi sunt. Bona eorum pars, in impressionibus faciendis, periit, ut vivat eorum semper in nobis amicitia, ipsorumque Patriæ memoriæ mittite quam primum reliquos, in obsessorum spolia inque coronas ipsis successuros: Cum iisdem expectamus quoque reliquas illas catapultas, arietes majores, cæterasque machinas, atque tormenta muris oppugnandis. Si in tempore, reliquod frumento conseveritis castra Romanorum, amicorum vestrorum, qui urbem, paci ac libertati vestræ perniciosam evertere nituntur, reddent vobis centuplum.

### Catanenses Hyblæis.

XLVIII. Iisdem illis testudinibus, arietibus, & tormentis bellicis captis, quæ fusus a nobis exercitus Syracusanus reliquit, quum Hyblæ urbis oppugnationem aggressus esset, Megareses muros evertemus, & cum M. Marcello jam cœpimus Syracusanos concutere.

### Senatus Catanæus Gymnophilo.

XLIX. Non quod es Comarchus, \* & uti re ipsa satis probas, ab antiquis Heroibus Catanæis originem ducis, neque etiam quod jure successionis multa possides, sed ob exiguum illud, quod multa pugnando, haud semel victoriam quantumvis arduam, adeptus, in potestatem nostram redequisti, Ducem te creavimus legionum nostrarum, & hoc tanti momenti munere, unde Patriæ pendet salus, te ornavimus, quippe quod nemini nisi valde probo ac strenuo contingit. Adde, quod in te repræsentari agnoscimus imaginem fortissimi Gymni, avi tui, qui tormentis ab hoste subiectus, ne Patriæ secreta revelaret, linguam sibi dentibus præmordit, & una illa perpetuum tenuit silentium, quod universis deinceps linguis semper celebraretur: Tandem membratim ab eodem hoste discerptus, atque exenteratus, pro libertate, proque amore communis tibi nobiscum Patriæ mortuus est. Recipe itaque hastam, cæteraque insignia Imperatoria a Philandro Meaplia, & dic ei, nos ipsum constituisse Ducem classi nostræ, a quo expectatur jam dudum in Portu Ongiæ. Tu cum exercitu prosequere victoriam, quam mors

K k

Hic-

\* Κάμης sive pagi princeps.

Hieronis nobis attulit, contra Erythræos, & Syracusanos, Urbem, \* & arma nostra tam longo tempore sepulta, nunc autem eo sanguine resuscitata, fugientes. Obsidione Enosiam cinge, cujus ribus, & arcibus omnem salutem suam concedidere. Tu fac, ut illustriorem te reddendum, non solum generis origo, verum, & titudo cæteræque virtutes tuæ concurrant, & ab expugnatione exæta coronas, ac triumphum non modo, sed & spolia.

### Catanæi Ducibus Classis Lacedæmoniorum.

L. Nihil fortuna, victoria, cæterisque rebus bellicis mutabile nihil quoque Regnis, atque Imperiis, quippe quæ in earum manu; de omnino incerta, sunt, minus tutum; Virtutes autem, animi nrum illæ, inexpugnabiles. Vos Lacedæmonii, qui Spartæ aliquar Tragicæ atque impiæ Catanensium Fortunæ derisores, et histrionum mimi fuistis, hodie ab eadem victi, atque expugnati, fabula estis. Comœdiæ Comicis extraneis & nobis in scenis Theatrorum Catanæ (non enim satis fuit vobis arridere solum, neque etiam suo tempore irrifistis) ut semper derideamini: At non a nobis, qui ne hostibusdem etiam venia indignis clementiam, ac misericordiam negamus. crebro ignoscendi usu, quod summum genus victoriæ est, habitum in naturam, naturam in necessitatem convertimus. Pro uno Pti famo, machinarum architecto nostro, captivo vestro, quem liber nobis, sed nudum remisistis, remittimus vobis togatos Chrespothi & reliquos undecim nobiles vestros, quorum, apud nos obsidum, liti eratis, neque, quum nudi essent, ullam curam habebatis. Res f vobis Ducibus indigna est, Architectum tam præclarum, machinarum strarum ruinam, non dicam male acceptum, sed plane incognitum bis fuisse. Corpus quidem Viri spoliastis, at ne universa quidem G cia, nedum Sparta, eum unquam spoliaverit virtutum suarum decem partæque in damnum vestrum gloriæ suæ purpura.

L. Cæcilio Metello, & Q. Flaminio COSS. Læli Metellus. S. D.

LI. Nescio, quo pacto litteræ meæ, quas vobis conscripsi in  
ci

\* Confer Diodorum Siculum libro XI.

cilia, tam brevi tempore Romam in manus vestras pervenerint; tot maria nimirum, ac terras circumvectæ. Nunciatum enim mihi est, navem speculatoriam, quacum Romam mittebantur, captam esse a Piratis Libycis, Libycos illos a Palæstinis rurius, ac Cæsaream tandem in manus P. Cassii Prætoris delatas, inde demum in vestras pervenisse. Non opus esse puto ut me excusem de tarditate mea in perscribendis ad vos rebus Siciliæ, ubi cum imperio sumus Proconsulari. Scripsi nudius tertius, verum quoniam audio alteram illam quoque navem, quacum alteras hæc litteras ad vos perferendas dedi, naufragium passam, tertias nunc adornare visum est cum Euthymio Cinna, qui Patriæ causa Catanensium Legatus ad vos venit, vir nobilissimus, cum virtutum scientiarumque splendore, tum rerum per liberas non modo Civitates, verum & Regna procurandarum, usu. Jam mensis elapsus est (neque novum quid Romæ, opinor, apportabit hoc nuncium) tremere tota cepit Sicilia, Ætna primo gemere, mox mugire, demum in æra fumos, flammæ, ac cineres densissimos eructare, postremo torrentes suos igneos evomere. Catana ubi hodie adsum, terræ motu concussa, ætateque longa, sed angustâ ac profundissima, voragine superne deorsum, usque ad mare in duas partes scissa est: De vastata majori ex parte, ac tantum non omnia ejus decora, veterumque ibi monumenta, cineribus etiam oppressa. Prolapsa mœnia Borealia cum Turribus, Cycloppum iavento atque opere, nec non vicinam hæc Templum Cybeles Magnæ. Ruinam minantur Amphitheatrum & Gymnasium; projecit autem templum Cereris, ac prorsus perdidit celebrem suam testudinem nobile illud hemisphærium. Pergusa lacus vicinus, Proserpinæ sacer, a terra absorptus est; Spelunca Ditis per quindecim dies flammæ eructavit, subsedere magna ex parte ripæ ejus marinæ, & terra sub mari, flammis effervescente, dehiscens majorem partem molis prope Urbem absorpsit, adeo ut non nisi Pharus ejus Pyramidalis in mari, & obeliscus ejus Hieroglyphicus in ripa supersit, conquassatum tamen utrumque. Amasenus in ipsa Urbe, per dies complures multis fontibus sanguinem putridum vexit. Hæc calamitates passa est Civitas, Romani nominis tam amans; ex statuis aliisque, quæ in ea sunt, simulacris, Romam mitto Statuam Matris Terræ, sive Naturæ, mamillatam, opus Mamurii; Statuam Veneris Homicidæ, pedibus mutilam, alteram Galatææ cum Delphinis, & concha marina, & Statuam Acidis bicornis mysteriose absque brachiis elaboratam, cum altissima illa Cybeles,

sed contracta, ita tamen, ut reconcinnari queat. Opera Museo, eoque Romano haud indigna. Cum hisce una etiam obeliscus ille mittitur; quæ cuncta Senatus recipiat acceptaque habeat, loco tributi istius quod nondum persolvit Civitas, vel ex parte adhuc debet. Luxei Catanenses religiosi, rebus ita charissimis spoliati damnum suum licet voluntarium. Decernat Senatus remunerare eorum lachrymas tributum in annos decem remissione, ut ruinas refarciant: Cesset interitus Quæstura. Immania sunt portenta ac monstra, nuper in Sicilia conspecta, Colossus Zancloeti marmoreus Messanæ primum noctu, cœlesti quadam salugine opertus, insequenti die totus in calcem dissolutus est ut ne ulla quidem pars amplius restet. Taurus, Promontorium, sive scopulus, arte in formam tauri elaboratus, sub Tauromenio, a contenti avulsus, & instar sulphuris, aut bituminis ardens a mari absorptus est, cum bona ipsius continentis parte. Syracusis Statua Solis vitreæ sponte in durissima saxa, pavimenti prolapsa, neque ullam fracturam passa est, ne digitis quidem, qui æris instar flectebantur: Collocata autem loco securo, sponte in partes minutissimas dissiliit. Materiam hæc auguriis præbebunt, Romanis autem neque admirationi erunt neque terrori.

### Chryseus Dux Catanensium, Nithriæ Præfecto.

LII. Numquid credebas, oculos nostros charopos \* non deprehensos, vel de nocte, Nithriæ insidias? Tu retrocedebas, ut majorem saltum faceres, nobisque ablandiebare, ut morderes, sed in vanum; cecidisti in foveam, quam copiis nostris præparabas. Stultus est ille, o Nithria, qui suo non contentus, in pace belli ansam quærit præprimis si opibus ipse & honoribus pollet, & tamen aliena involat incerta enim res est, & omni difficultate major. Armis arma repellimus, & pacem bello inviolatam servamus. Catanæ cervix indomitum jugum nescit, attamen cæteris juga tractat.

### Cedria Thapso.

LIII. Coacta, uti scis, ab Ephoris, † & Populo Atheniensi, tutoribus meis testamentariis nùbere marito, de tot Principibus, parvulum

\* Acutos.

† Magistratibus Lacedæmoniorum.

lum te ad generosum Regulum elegi, tuique, summi Sacerdotis Cere-  
ris, amore consumpta magis, quam inflammata sum. Ad hæc res so-  
la inter nos eloquens paranympa papyrus fuit, salacissimus pronu-  
bus, calamus; neque jam præcurrenti calcaribus, nec prævolanti alis  
opus erat; flexisti volentem: Et hæc per te magis, quam per nos effi-  
cere norunt Superi. Ego, inter Vestæ steriles, summe jam contenta bene-  
ficio tuo magis, quam Patriæ, ad Nuptias adaucta sum; neque, quum  
Regina essem Ephyraeorum, aversata tamen fui te Regulum, Regem  
mibi constituere - - - - Dicebas mihi, o fiste, ac mercenarie amator,  
quod in me minime pulchrum esset, omnium aliarum superare pulchri-  
tudinem; quod minime esset opulentum, esse opulentissimum, & quod  
minime nobile esset, a nobilissima Heraclidarum prole oriundum. Ve-  
rum aut tu non amplius te ipsum præstas, aut ego non sum eadem,  
quoniam ab eodem te, unde profecta laus est, natum etiam est vitu-  
perium. Tuus ignis nihil modicum habuit, sed statim in te exarsit,  
quemadmodum - - - - ac potius deferbuit, meus non item, semel  
enim in me accensus inextinctus ardet. - - - - Qua ego volo, tu non  
vis; neque misera ego a te abstinere scio, neque si sciam, possim: Volun-  
tas enim mea a tuo non-velle magis voluntaria redditur, magisque vi-  
vax; sicuti tuum non-velle a meo nimium-velle. Alcibiades, mortuus,  
in perpetuum vivit penes me per fidem illam conjugalem; quia, infeli-  
cibus auspiciis, ad preces tuas nos conjunxit, a te una cum amore in-  
teremptam. Athenas venisti Legatus Catanensium, fuitque dubium,  
utrum linguæ magis dulcedine, an oris pulcritudine, dum mandata  
exponis, animas rapueris, me autem hac sola rapuisti. Animus meus,  
qui crebro alias, & in præsentia, una cum hisce litteris, ad te excur-  
rit, meliorem totius mei systematis partem secum fert, brevi reliquam  
expecta. Si venire cessas, veneno mihi mortem accelerabo, extremam  
eamque certissimam vulneribus amoris medicinam, supremum infelici-  
bus refugium, licet eam sibi ipsis vel optantes consequi Dii nequeant.  
Expecta igitur me umbram denuo tecum in Elysiis Catanæis victu-  
ram; si modo verum est, animas post mortem iterum in sempiternum  
vivere.



Liburno Dextratori † cæterisque Delatoribus, ac  
Eleuthrioni Scurræ, cæterisque Palatinis parafis,  
Archon Catanensium.

Epist. XII. Libri tertii.

LIV. Si Lacedæmoniis, ac Syracusiis - - - - - fecum in bellis transferre licet, num Catanæis sine erubescencia - - - - - Inter Orgia sobrii, castique sumus, Trieterica Libero patri, & Deæ Voracitati \* nostris Penatibus ignotæ, cui delubra construxistis, nec ulla damus libamina. Quarto vicimus, si quinto surrecturi cedimus. A Diis bellatoribus pro nobis patratæ victoriæ facinora tripodes, candelabra, patinasque aureas trilibres, coronasque tetrapondo aureas Jovi Deorum Deo, Cere-rique, Liberæque filiaë Viftricibus, cæterisque Diis immortalibus, etiam inferis, nostris manibus consecravimus. Arantur Catanensia rura captivis hostium bobus, captivaque juga Punica præbent nostris colla cultoribus; hostium fortuna præceps vires, non fortitudinem Catanensium vicit.

Hiero Rex Phyltro Quæstori:

LV. Strenuus contra Syracusios propugnator Camestrius Catanæus patriffans, insignia, præclaraque facinora, Patria suâ, non diuturna obsidione, non mortalium armis (fatemur) sed Numinum ope divinitus subjugata patravit. Noster autem Dux Hylon, infandum nostri dedecus exercitus, terque-quaterque terribilem hostis frontem sustinere nequens, trepidus terga dedit, quo longiori supplicio necisque genere fontem ad expiandam mortis iram puniamus: Sed quæ longior quæ atrocior invidiæ cruciatus? quod non unico brevique exitu vitam obtruncat, sed quotidianis suum semper necibus cor enecat. Inferviat igitur Hylon Camestrio, Hylonis Prætura Camestriis decoretur; legioni ejus imperet; stipendia, cæteraque ducalia ab Hylone auferantur.

Ga-

† Aurigæ.

\* Templi Voracitatis meminere Ælianus lib. I. Var. c. 25. & Athenæus lib. X. p. 416. D. Vincentius Mirabella in tabulis veterum Syracusarum n. 66. templum Saturnitatis vocat, cuius & Carrera in Syracusis illustratis lib. I. meminit. In dictis factisque Catanensium notabilibus bis quoque memoratur Dea Voracitas, ejusque quod Syracusis fuerit templum.

Camestrio olim hosti, captivo nunc, ob patrata de se benemerenti hæc omnia de regia nostra dabis tres speciosiores mulieres Siculas ex captivis, epicrocis, & muricatis auro, elatisque vestibus in deliciis, ancillasque tres, mundumque muliebrem cum polymitis versicoloribus. Dabis & subsericam coccineam vestem unam annuam, diploides villosas militares duas annuas, bardocucullum unum, ephestrides \* purpureas annuas tres, peplum roseum palmatum argento, pro Epiniciis \*\* nostris annua palliastra: Pro mancipiis decem, interulas, & paragaudas † decem annuas, lineæ telæ brachia centum annua ac cubitalia: Cypella †† quatuor; annuos hordei modios quatuor millia, frumenti tria millia, generosi vini veteris sextarios totidem, olei selecti Hadranitici sextarios mille, cereas viginti quinque, tentoria duo, equos sex, mulosque decem, molossios canes bellicosos tres, vasa argentea decem, patinas totidem pondo sexaginta, scyphum, & cantharum, & phialas argenteas, auratas & gemmatas pondo XXXV. argenteos nostra cusos effigie quinque millia, aureosque totidem pro strenis. Hyloni aureus balthus effigiatus, quadrigemmis annulus aureus, libralis torques gemmatus auferatur, eisque Camestrius decoretur, insignitusque sit inaurata capside chirographata scite, duabus Hereuleanis lanceis, oculata lorica auro limbata, & subarmali serico murice purpurato. Dentur huic quoque villosa cuculla duo cum sago, chlamyde, & lato clavo. His superadjectives ad decorem pacis, & majestatis, togam auro fimbriatam: Quæ omnia si tantorum meritorum orbem non complent, nostra munificentia feliciori omine ampliorem circulum intendit.

### Catanenses Platoni.

LVI. Salvus hic jam inter nos versatur Dio, sub tua, nostraque fide, & armis defensa, & animo custodita. Archontem eum creavimus, ea apud nos dignitas suprema est, ipse non inferior. Ille quod a Dionysio non longe abest, omnia tuta timet, semperque vicinas sibi, imo ingruentes Tyranni sibi insidias imaginatur, quas inter neque ipse secu-

\* Exterioris vestis genus, paludamento simile, quod armaturæ superinduitur.

\*\* Ludis festisque.

† Femoralia linea.

†† Pocula. Confer dona quæ enumerantur apud Trebellium Pollionem in vita Claudii. & Vopiscum in vita Aureliani Probi que.

secure dormis. Persuasio sæpius, quam res ipsa nocet interdum necat; nos personam tueri novimus, securum reddere metum item.

### Catanenses Platoni.

LVII. Crater Ætnæus in vomitus suos erupit. Veni, ut efferes, quæ cæteris terrores, ac stuporem inducunt, tibi vero bis philosophandi materiam. Simulacrum Cereris nostræ, quorum oculis vetitum est, tuis illis religiosis concedetur lustrandum.

### Plato Catanæis.

LVIII. Bene fecistis, Catanæi, quod Dionem a Dionysii salvastis, multo melius quod Archontem eum creastis; ea demum tiffima est Respublica, in qua aut regunt Philosophi aut Rectores philosophantur. Optime facietis, si majoris securitatis gratia in locum motiorem, aut tutiorem amandaveritis; quanquam quis non quod Asylum a Tyranni insidiis securum est? Plena multo majoris periculis mihi Regia ipsius est quam Ulyssii antrum Cyclopeum; miniciofior est amicitia ipsius, quod suspicax, quam quod infirma. Quam primum potius ad mirandum veniam divinum in vos vestrum quod ab eo intra totum intus est, quam ad visenda Ætnæa miracula.

### Catanenses Hieroni Regi.

LIX. Argentum & aurum, quod e sudoribus atque lachrymæ lat, semper liquidum, falsum, & obscurum est.

### Hiero Rex Catanæis.

LX. Mea nihil refert, modo ab humido illo hauriam, quod quæritio, a falso salutem meam, ab obscuro splendorem.

### Senatus Catanæus Thymbro, Duci, Prasago Filio.

LXI. In juvene, qui factis maturis præcurrit, non expectanda est ætas cana: Virtus non consistit solum in barba promissa, & decedente. Mirabere, quod Ducem constituerimus magnæ cujusdam

tis exercitus nostri juvenem imberbem, contra tuam sententiam, & militare nostrum decretum: Verum mirari desines, ubi in mentem tibi revocaveris egregia strenui Juvenis facinora, qui ter vicit Præfectos veteranos non armis solum modo, verum & consilio. Nos non nisi nomen ejus præclarum, personæ ipsi conforme spectavimus. Huic dabis præter salarium triplum, quod tibi scripsimus honoris gratia, tres coronas vallares, unam civicam, tria vexilla paria, quinque hastas puras quatuor armillas aureas, aureum torquem unum, duarum cum semisse librarum, & pateram sacrificalem unam duodecim librarum. Hæc merentur fortitudo ac virtus ejus, majoris honoris instrumenta, quoniam junioris hujus Alcidae humeris grave onus Reipublicæ nostræ sustentatur: Bis enim turbatis ac tantum non fuis bis mille & quadringentorum armatorum ordinibus, a ducentis sexaginta Syracusanis, de salute desperantibus, hic cum viginti novem Nobilibus Catanæis Victores illos profligavit, & vacillantes Reipublicæ honores restauravit. Disce itaque vincere, & ad exemplum generosæ hujus Adolescentiæ ætatem tuam virilem componere, quæ probe armatorum numero, ac propriis viribus nimium confidit.

### Hybris Naxius Hermocrati, Hermonis Syracusani Filio.

LXII. Nisi nos Siculi, habitu jam in naturam verso, foveremus discordias, Reipublicæ nostra semper, non dico in summa (quod Deus avertat) sed in ascendente rotæ parte forent, majoribusque donis & expiationibus Templum Catanææ pariter ac Syracusanæ Fortunæ amplificare & condecorare potuissemus: Sed discordia, & sententiarum diversitas communem quietem turbant, & Civitatibus nostris introducit Penates, ac Lares extraneos. Ambitio vestra, o Syracusani, & cupido regnandi, mater est insolentiæ, & hæc bellum vobis domesticum & peregrinum parit. Exercitus vester, sub Urbis nostræ mœnia fusus ac cæsus est ab armis Atheniensibus, & Catanæis sociis, & Patria vestra languet moribunda; quæ si tibi cara esset, nunc tempus foret, ab interitu eam vindicandi, restituendo campum Symethium, & urbem Megara, quæ pacis tempore Catanensibus amicis furtim abstulistis, & occupastis; ejiciendo inde præsidium, & libertatem Leontinis, in propria sede reparando: Nisi malo vestro ipsorum Palladem vi-

Æricem velitis experiri & iram Hecates, ipsorum ultricis, denuo irritare. Si cessatis aliena restituere, ac Deas illas placare, nec Hecatonbæ vobis, nec Hecatonphonix \* proderunt. Si desiderium vos tene æternum statuendi Syracusis Templum Pacis, & avertere Eumenid. Catanenses, tractate res pacis. Me (si vobis ita placet) rescripto vestro Caduceatorem arcessite, ut Atticas, & Catanenses olivas in muris vestris plantem.

### Hermocrates Syracusanus Hybridi Naxio.

49 740 14 M. Licinius Crassus, Cn. Cornelius Lentu-  
 lus Augur.

*Dio p. 537. Marmor. Ancyran.*

Annus Annus  
Julia- Impe-  
nus rii

- 30 15 *sauri Antiq. Rom. Graviani. Jo. Masson in Horatii vita p. 315. seq. Batav. 1708. 8.*  
IMP. IX. COS. XI. TRIB. POT. VII. VIII.  
Profectus in Galliam. *Dio p. 533.* Tiberio secum accepto, missoque in Syriam Agrippa. *p. 533.*  
Conventum Narbone egit, censu à tribus Galliis, quas Cæsar pater vicerat, acto. *Livii Epitome lib. CXXXIV.*  
Gentes Alpinæ per P. Silium subactæ. *Dio p. 534*  
Sedati tumultus in Dalmatia & Hispania. Bessi domiti à M. Lollio. *Dio p. 534.*  
Sauromatæ victi per C. Lucium. *id. p. 534.*  
Adversus Thracas, Bastarnas, Mœsos missus M. Crassus. *Livii Epitome lib. CXXXIV. CXXXV.*  
Bellum adversus Hispanos ipse gessit. *id.*
- 31 16 IMP. IX. COS. XI. TRIB. POT. VIII. IX.  
Drusus Tiberiusque cum exercitu missi in Rhætos ac Vindelicos. *Dio pag. 536. Jo Masson in vita Horatii p. 333. sq.*
- 32 17 IMP. IX. COS. XI. TRIB. POT. IX. X.  
Urbe abfuit Augustus rebus Gallicis, Germanicis, Hispanicisque constituendis intentus & Colonniis condendis in Gallia atque Hispania. Pannonii rebellantes in ordinem redacti. *Dio pag. 538.*  
Bosporani per Agrippam victi \*) & Polemoni traditi. *Dio p. 538.*

\*) Ab hac victoria initium æræ Amasianorum, ut notavit Nic. Toinardus de numis Commodi p. 37. 33

| Ætas<br>Augu-<br>STI nati<br>23Sept. | An-<br>nus<br>U.C.<br>Var-<br>ron. | Ante<br>CHRI-<br>STI nati<br>Æram<br>Vulgar. | CONSULES ROMANI.  |
|--------------------------------------|------------------------------------|--|---|
| 50                                   | 741                                | 13   | Ti. Claudius Nero, P. Quintilius Varus.<br><i>Dio p. 538. sq.</i>   |
| 51                                   | 742                                | 12   | M. Valerius Messala Barbatus, P. Sulpicius<br>Qyirinius.<br><i>Dio p. 541.</i><br>Messalæ mortuo successus C. Valgius *)<br>Rufus,<br>Valgio C. Caninius Rebulus. |
| 52                                   | 743                                | 11   | Paulus Fabius Maximus, Q. Ælius Tubero.<br><i>Dio p. 544. Plin. VIII. 18 Hist.</i>  |

\*) De hujus C. Valgii imperfecto Volumine ad Augustum, Plinius XXV. 2. Plura  
de ipso Valgio elegantissimus Broekhusius ad Tibulli IV. 1. 180

Annus Annus  
Julia- Impe-  
nus rius

- 33 18 IMP. IX. COS. XI. TRIB. POT. X. XI.  
Ludi votivi pro reditu Augusti facti. *Vet. Inscriptio apud Gruter. p. XI. 2.*  
Romam reversus Augustus Druso in Germania relicto. *Dio p. 538.*  
Delectus Senatorum habitus tertia vice. *Dio pag. 540. Sueton. c. 35.*  
PONTIFEX MAXIMUS in locum Lepidi defuncti cooptatus. *Dio p. 540. Sueton. c. 31.*  
Rhætiam per Drusum & Tiberium privignos demuit. *Livii Epitome lib. CXXXVI.*
- 34 19 IMP. X. COS. XI. PONTIF. MAX. TRIB. POT. XI. XII.  
AGRIPPAM generum exPannonica expeditione reversum & annum quinquagesimum primum agentem defunctumque in Campania amisit circa XX. diem Martii, *Dio pag. 541. Jo. Masson p. 350. vita Horatii.*  
Filiam JULIAM relictam ab Agrippa viduam despondit TIBERIO privigno. *Dio pag. 543. Sueton. c. 63.*  
Magister morum iterum in quinquennium constitutus. *Dio p. 542.*  
Scordiscos Pannoniis vicinos per Tiberium vicit. *Dio p. 543.*
- 35 20 IMP. XI. XII. COS. XI. PONTIF. MAX. TRIB. POT. XII. XIII.  
Germanorum populos per Drusum, *Dio p. 544. Livii Epitome lib. CXXXVII.* Dalmatas ac Pannonios per Tiberium coercuit. *Dio pag. 545. Epitome Livii lib. CXXXIX.*  
Thraces Getas & Danubii accolas vicit per L. Pisonem. *Dio p. 545.*



Ætas An- Ante  
 Aucu- nus CHRI-  
 sti nati U.C. sti nati  
 23 Sept. Var- Æram  
 ron. Vulgar.

## CONSULES ROMANI.

53 744 10 Julius Antonius, Q. Fabius Africanus.  
*Dio pag. 546. Sueton. Claudio cap. 2.*

54 745 9 Claudius Nero Drusus, T. Quinctius Crispi-  
 pinus  
*Dio pag. 548. 551. Inscriptio vetus apud  
 Boissardum T. 3. p. 70.*

55 746 8 C. Marcius Censorinus, C. Asinius Gallus  
*Dio pag. 551. Sueton. vita Horatii qui post  
 Mæcenatem 27. Nov. hoc Anno, quinquag-  
 gesimo septimo ætatis sue, est mortuus be-  
 rede palam Augusto nuncupato.*

Annus Annus  
Julia- Impe-  
nus rii

- 36 21 **IMP. XII. COS. XI. PONTIF. MAX. TRIB. POT. XIII. XIV.**  
 Getas Dacosque Istrum frigore coneretum transgressos, nec non Dalmatas rebellantes domuit per Tiberium. *Dio pag. 546.*  
 Per Drusum Cattos, Cheruscos, Tenchtheros aliosque Germaniæ populos, *id. & Epitome Livii lib. CXXXVIII. CXXXIX.*  
**TIBERIO** filiam **JULIAM** jungit matrimonio. *Dio p. 546.*  
**OCTAVIÆ** sorori defunctæ honores maximos tribuit. *Sveton. c. 61. Dio pag. 546. Livii epitome lib. CXXXVIII.*  
 Anno hoc labente, Jani templum tertio & ultimo clausum ab Augusto. *Vide Jo. Massoni librum de hoc argumento sect. 3. c. 8. & vitam Horatii p. 357. sq.*
- 37 22 **IMP. XIII. COS. XI. PONTIF. MAX. TRIB. POT. XIV. XV.**  
**DRUSUM** privignum amittit, mortuum in Germania XI. Jul. laudatque pro funere. *Dio pag. 548. seq. Epitome Livii libro 140. sive ultimo qui in hoc tempore desinit.*
- 38 23 **IMP. XIV. COS. XI. PONTIF. MAX. TRIB. POT. XV. XVI.**  
 Per Tiberium subigit Svevos, transfertque in Galliam & Sicambros ad incitas redigit. *Dio p. 551. sq.*  
**Lustrum** solus facit. *Marmor. Ancyran.*  
 Annum ordinat, & mensem Sextilem è suo nomine **AUGUSTUM** nuncupat. *Sveton. c. 31. Dio p. 552.*  
 Anno labente, Mæcenatem amisit. *Dio pag. 552. C. Peto Albinovanus elegiis duabus in obitum Mæcenatis.*

| Ætas<br>Augu-<br>sti nati<br>23Sept. | An-<br>nus<br>U.C.<br>Var-<br>ron. | Ante<br>CHRIS-<br>TINATI<br>Æram<br>Vulgar. | CONSULES ROMANI.  |
|--------------------------------------|------------------------------------|---|---|
| 56                                   | 747                                | 7   | Ti. Claudius Nero II. Cæ. Calpurnius Piso II.<br><i>Dio p. 553.</i>   |
| 57                                   | 748                                | 6   | D. Lælius Balbus, C. Veter Antistius.<br><i>Dio p. 554. Marmor Ancyran.</i><br><i>Magnus hinc in Dione, biatus usque ad A. U. C.</i><br><i>758.</i>   |
| 58                                   | 749                                | 5   | Imp. Cæsar Augustus XII, L. Sylla   |
| 59                                   | 750                                | 4   | C. Calvisius Sabinus II. L. Passienus Rufus<br><i>Marmor Ancyran. Inscriptio uetus in Austria</i><br><i>Lipsi f. XVII.</i>  |
| 60                                   | 751                                | 3   | L. Cornelius Lentulus, M. Valerius Messala;<br><i>Marmor Ancyran.</i>   |
| 61                                   | 752                                | 2   | Imp. Cæsar Augustus XIII. M. Plautius<br>Silvanus<br>Ultimus hic Augusti Consulatus, ut constat<br>ex Svetonii c. 26. Tacito i. Annal. Aufo-<br>nio & ex his Statii: <i>Ter Latio deciesque dedit</i><br><i>labentibus annis Augustus fasces.</i> |

Kal.

Annus Annus  
Julia- Impe-  
mus rii.

- 39 24 IMP. XIV. COS. XI. PONTIF. MAX. TRIB.  
POT. XVI. XVII.  
Tiberio permittit triumpho, Calendis Januariis urbem intrare. *Dio pag. 552.* qui deinde in Germaniam ad bellum proficiscitur. *id. p. 553.* Natalitiis Augusti Perennes ludi equestres instituti. *Dio p. 552.*
- 40 25 IMP. XIV. COS. XI. PONTIF. MAX. TRIB.  
POT. XVII. XVIII.  
Tiberius Rhodum concedit, Caji & Lucii invidiam veritus. *Dio p. 554. Excerpta Peiresc. p. 662.* Aretas in regno Arabum Nabatæorum ab Augusto confirmatus. *Josepb. XVI. 10.*
- 41 26 IMP. XIV. COS. XII. PONTIF. MAX. TRIB.  
POT. XVIII. XIX.  
CAJUS Cæsar PRINCEPS JUVENTUTIS: COS. DESignatus post quinquennium. *Vide Norisii Cenotaphia Pisana p. 199. seq.*  
Cajus Pontifex ab Augusto creatus. *Diop. 554.*
- 42 27 IMP. XIV. COS. XII. PONTIF. MAX. TRIB.  
POT. XIX. XX.
- 43 28 IMP. XIV. COS. XII. PONTIF. MAX. TRIB.  
POT. XX. XXI.
- 44 29 IMP. XIV. COS. XIII. PONTIF. MAX. TRIB.  
POT. XXI. XXII.  
LUGIUS Cæsar PRINCEPS JUVENTUTIS & COS. DESignatus post quinquennium  
JULIA relegata in Pandatariam Insulam, ultro comitante eam SCRIBONIA matre quam Augustus repudiaverat. *Diop. 555.*  
Templum Martis Ultoris dedicatum. *Mediobarb. p. 39. 40.* G 3 CAJUS

Ætas An- Ante  
 Augu- nus CHRI-  
 sti nati U.C. STINATI  
 23 Sept. Var- Æram  
 ron. Vulgar.

## CONSULES ROMANI.

Kal. Octobr. Suffecti L. Caninius Gallus &  
 Q. Fabricius. *Marmor Ancyran.*  
*Reinesius ad Hofmann. p. 415. Norisii Genotaph.*  
*Pisan. p. 180. 183.*

|    |     |                        |  |
|----|-----|------------------------|--|
| 62 | 753 | 1                      | Cossus Cornelius Lentulus, L. Calpurnius Piso.                                     |
| 63 | 754 | Natus<br>CHRI-<br>STUS | C. Cæsar *) Augusti F. L. Æmilius Palus.   |
| 64 | 755 | 2                      | P. Vinucius, P. Alfenus Varus.<br><i>Reines. Inscript. p. 597.</i>                 |
| 65 | 756 | 3                      | L. Ælius Lamia, M. Servilius Geminus.<br><i>Valerius Max. Lib. 1. c. 8. n. 11.</i> |
| 66 | 757 | 4                      | Sex. Ælius Catus, C. Sertius Saturninus II.  |

67

\*) Præter fastorum scriptores Sigonium, Onufrium & Pighium adeunda illustrissimi viri Camilli Sylvestri Epistola ad Jacobum Mezi, de Consulatu C. Cæsar, T. 1, supplementi Diarii eruditorum Italiz p. 103. 109. Numus apud V. C. Jolianem Valentem cum inscriptione: C. CÆSAR AUG. F. PONT. COS.

Annus Annus  
Julia- Impe-  
nus rius

- CAJUS Cæsar missus ad constituendas res in Armenia. *Dio p. 555.*
- PATER PATRIÆ appellatus Augustus Nonis Februariis. *Vide Norisii Cenotaphia Pisana p. 177 188. Joannis Masson vitam Horatii pag. 241. Numos apud Goltzium in Augusto, tabula VII. XX. XXI.* Sexagenos denarios plebi, paullo pluribus quam ducentis millibus dedit qui tum frumentum publicum acceperunt, *Marmor Ancyran. Dio pag. 554.*
- 45 30 IMP. XIV. COS. XIII. PONTIF. MAX. TRIB. POT. XXII. XXIII.
- 46 31 IMP. XIV. COS. XIII. PONTIF. MAX. TRIB. POT. XXIII. XXIV.
- 47 32 IMP. XIV. COS. XIII. PONTIF. MAX. TRIB. POT. XXIV. XXV.  
Romam circa Julium mensẽ redire Augustus Tiberium permittit. *Dio p. 555. Norisius ad Cenotaphia Pisana p. 255.*
- LUCIUS Cæsar moritur Massiliæ circa diem XX Augusti. *Idem Norisius p. 348. sq.*
- 48 33 IMP. XIV. COS. XIII. PONTIF. MAX. TRIB. POT. XXV. XXVI.
- In quartum DECENNIUM Augustus Imperium deferri sibi patitur. *Dio p. 556.*
- 49 34 IMP. XIV. COS. XIII. PONTIF. MAX. TRIB. POT. XXVI. XXVII.  
*Leges Ælia Sentia testamentis ac manumissionibus modum definivit. Vide Paulum Manutium, & Antonium Augustinum de Legibus Rom. T. 2. thesauri Græviani.*

C. CÆ-

|          |      |          |
|----------|------|----------|
| Ætas     | An-  | Ante     |
| Augu-    | nus  | CHRI-    |
| sti nati | U.C. | STI nati |
| 23 Sept. | Var- | Æram     |
|          | ron, | Vulgar.  |

## CONSULES ROMANI.

- |    |     |   |  |
|----|-----|---|--|
| 67 | 758 | 5 | L. Valerius Potiti F. Messala Volens, Cn. Cornelius Cinna Magnus. <i>Dio pag. 563.</i>   |
| 68 | 759 | 6 | M. Æmilius Lepidus, L. Arruntius Nepos.<br><i>Dio p. 565.</i><br>Suffecti ex Kal. Jul. C. Atejus Capito, C. Vibius Postumus.   |
| 69 | 760 | 7 | A. Licinius Nerva Silanus, Q. Cæcilius Metellus Creticus. <i>Dio p. 569.</i><br>Suffecti ex Kal. Jul. P. Cornelius Lentulus Scipio, T. Quinctius Crispinus Valerianus. |

Annus Annus  
Julia- Impe-  
nus rii

- C. CÆSAR, cum Ariobarzanem Regem Armœniæ constituisset, moritur in Lycia 21. Febr. COS. DESIGNATUS. *Cenotaph. Pisan.*  
 Adoptatus ab Augusto cum AGRIPPA postumo TIBERIUS 27. Jun. jussus idem GERMANICUM adoptare, Tribunitiaque potestate in decem annos data missus in Germaniam. *Dio p. 556. Sueton. Augusto c. 65. Tib. c. 15. Vellej. II. 103. &c.*
- 50 35 Confilio Livie Cinnam conjurationis reum venia data Augustus designat Consulem. *Dio p. 557. 563*  
 IMP. XIV. COS. XIIII. PONTIF. MAX. TRIB. POT. XXVII. XXVIII.
- 51 36 AGRIPPÆ Postumo toga virilis data. *Dio p. 563.*  
 IMP. XV. COS. XIII. PONTIF. MAX. TRIB. POT. XXVIII. XXIX.
- Ærarium militare ex confilio uxoris Livie instituit. *Marmor. Ancyran. Dio p. 565.*  
 Ingenti fami & incendiis Romæ medetur : *Dio pag. 566.*
- Belli Illyrici initium quod per triennium gestum à Tiberio reverso è Germania. *Dio p. 568. sq.*  
 Archelao Viennam relegato Judæa redacta in Provinciam. *Joseph. XXVII. ult.*
- 52 37 IMP. XV. COS. XIII. PONTIF. MAX. TRIB. POT. XXIX. XXX.  
 Germanicus cum exercitu missus in subsidium Tiberio. *Dio p. 569.*  
 AGRIPPA Postumus in Insulam Planasiam relegatus. *Dio p. 570.*



| <b>Ætas</b><br><b>Augu-</b><br><b>sti nati</b><br><b>23 Sept.</b> | <b>An-</b><br><b>nus</b><br><b>U.C.</b><br><b>Var-</b><br><b>ron.</b> | <b>Annus</b><br><b>CHRI-</b><br><b>sti nati,</b><br><b>Æræ</b><br><b>Vulgar.</b> | <b>CONSULES ROMANI.</b>  |
|---|---|--|--|
| 70  | 761   | 8  | M. Furius Camillus, Sex. Nonius Quintilianus.<br><i>Dio p. 570.</i><br>Ex Kal. Jul. L. Apronius, A. Vibius Habitus.  |
| 71  | 762   | 9  | Q. Sulpicius Camerinus, C. Poppæus Sabinus.<br><i>Dio p. 572. Sveton. Vespasian. 2.</i><br>Ex Kal. Jul. M. Pappius Mutilus, Q. Poppæus Secundus, à quibus lex Pappia Poppæa. <i>Diop. 578.</i>                                     |
| 72  | 763   | 10   | P. Cornelius Dolabella, C. Junius Silanus.<br>Ex Kal. Jul. Ser. Cornelius Lentulus Malugiensis.  |
| 73  | 764   | 11   | M. Æmilius Q. F. Lepidus, T. Statilius Taurus II.<br><i>Dio p. 586. Inscriptio vetus apud Clariss. Almeloveenium Præf ad Fastos Consulares.</i><br>Ex Kal. Jul. L. Cassius Longinus.<br><i>Tab marmorea apud Gruterum, p. 229.</i> |
| 74  | 765   | 12   | Germanicus Cæsar, C. Fonteius Capito.<br><i>Dio p. 587. Sveton Caligula c. 8.</i><br>Ex Kal. Jul. C. Viscellius Varro.   |

Annus Annus  
Julia- Impe-  
nus rii

- 53 38 IMP. XV. COS. XIII. PONTIF. MAX. TRIB.  
POT. XXX. XXXI,  
Dalmatia pacata. *Dio p. 570.*
- 54 39 IMP. XVI. COS. XIII. PONTIF. MAX. TRIB.  
POT. XXXI. XXXII,  
Tiberio Romam reverso, præter alias sancitas  
constitutiones legem de maritandis Ordini-  
bus iterato Augustus svadet. *Dio p. 573. sq.*  
Tiberius iterum missus in Illyricum, victoria cum  
Germanico potitur. *Dio p. 578. seq.*  
Varianæ cladi per Germanos illatæ vehementer  
indoluit Augustus. *Dio p. 582. seq. 585.*  
Anno hoc ad exitum vergente, Ovidium Tomos  
ad Euxinum Pontum relegat. *Confer. Jo-  
Massonum in Ovidii vita.*
- 46 40 IMP. XVI. COS. XIII. PONTIF. MAX. TRIB.  
POT. XXII. XXXIII.  
Tiberium ulciscendi Vari causa mittit in Ger-  
maniam *Dio p. 585.*
- 47 41 IMP. XVII. XVIII. XIX. XX. COS. XIII. PONTIF.  
MAX. TRIB. POT. XXXIII. XXXIV.
- 48 42 IMP. XX. COS. XIII. PONTIF. MAX. TRIB. POT.  
XXXIV. XXXV.  
Triumphatum a Tiberio de Germanis, *Sueton.  
Tib. c. 20. nec non de Pannoniis Dalmatisque  
Vellej. II. 104.* Germanicum Senatui, Sena-  
tum Tiberio commendat Augustus scripto.  
*Dio p. 587.* H 2 49

| Ætas<br>Augusti nati<br>23 Sept. | An-<br>nus<br>U.C.<br>Var-<br>ron. | Annus<br>CHRIS-<br>TINATI,<br>Æræ<br>Vulgar. | CONSULES ROMANI.   |
|----------------------------------|------------------------------------|--|--|
| 75                               | 766                                | 13   | L. Munatius Plancus, C. Silius Cæcina,<br><i>Dio pag. 588. Noris. de votis decennialibus<br/>cap. 2.</i>   |
| 76                               | 767                                | 14   | Sextus Pompejus Sexti F. Sextus Apulejus<br>Sexti F.<br><i>Dio pag. 589. Sveton. cap. 100. Tacitus<br/>lib. 1. Annal. c. 7. Vellej. II. 123.</i> |

Sveton. cap. 99. *Supremo die identidem exquirens an jam de se sum-  
multus foris esset, petito speculo, capillum sibi comi, ac malas labentes cor-  
ripi præcepit. Et amicos admissos percunctatus, ecquid iis videretur mi-  
mum vitæ commode transegisse? Adjecit & clausulam:*

*Δότε κρότον, \*) καὶ πάντες ὑμῖν μετὰ χαρᾶς κτυπήσατε.*

*Omnibus deinde dimissis, dum advenientes ab urbe de Drusi filia ægra  
interrogabat, repente in osculis Livia & in hac voce de fecit: Livia nostri  
conjugii memor vive & vale: fortitus exitum facilem, & qualem sem-  
per optaverat. Nam fere quoties audisset, cito ac nullo cruciatu defunctum  
quempiam, sibi & suis Ευθανασίου similem, hoc enim & verbo uti solebat,  
precabatur.*

Annus

\*) Date plausum, & omnes vos sum gaudio strepitum edite.

Annus Annus  
Julia- Impe-  
nus rii

49 43

IMP. XXI. COS. XIII. PONTIF. MAX. TRIB.  
POT. XXXV. XXXVI.

QVINTI IMPERII DECENNALIS initium;

*Dio p. 588.*

Consiliarii annui viginti Augusto dati Scto. *id.*

50 44

IMP. XXI. COS. XIII. PONTIF. MAX. TRIB.  
POT. XXXVI. XXXVII.

Lustrum in Campo Martio magna populi fre-  
quentia fecit, Collega Tiberio Cæsare.

*Marmor Ancyran. Sveton cap. 96. Euseb. Chron.*

In insulam Planasiam comite uno Fabio Maxi-  
mo excurrit ad visendum Agrippam postu-  
mum. *Tacit. lib. 1. Annal. c. 5.*

Obiit Augustus Nolæ XIV. Kal. Sept. hora diei  
nona, cum annos LXXVI, diebus XXXV.  
minus vixisset. *Sveton. c. 100. Dio p. 589. 590.*

De eclipsi Lunæ, quæ paullo post ejus mortem  
accidit, *vide Dionysii Petavii Doctrinam tempo-  
rum lib. VI. cap. 6.*

Testamentum Augusti recitatum. *Dio pag. 590.*  
laudatus pro funere à privigno & successore  
Tiberio. *id. p. 592.* & à Druso Tiberii F. *id.*  
& *Sveton. c. 101.* Mulieres integrum annum  
luxere. *Dio p. 598.* Consecratus & Divinis  
cultus honoribus; templis, flaminibus ac fla-  
minicis Augustalibus. *id. pag. 600.* Augustales  
ludi quotannis celebrandi per Tribunos ple-  
bis, & Ludi Palatini in ejus memoriam ab  
Imperaotribus. *id.*

## ELENCHUS BREVIS

*selectorum de AUGUSTO rebusque ejus  
Scriptorum.*

Præter veteres scriptores Græcos, *Nic. Damascenum, Dionem, Plutarchum, Appianum. Josephum & Chronographos Eusebium, Joannem Malelam, Georgium Syncellum &c.*

Latinosque *Svetonium, Vellejum, Florum, Epitomen Livii: Tacitum, Aurelium Victorem, Eutropium*, libellum qui fertur sub *Messale Corvini* nomine ad Augustum de progenie sua, nec non *Marmor Ancyrantum, Ciceronem* in Philippicis & in Epistolis &c. *Chronicon Prosperi &c.*

Atque è recentioribus, Annalium Romanorum scriptores *Joannem Cuspinianum* ad Cassiodori Consules: *Car. Sigonium, Onuphrium Panvinium & Stephanum Vinandum Pighium:*

Scriptoresque Annalium Ecclesiasticorum, *Cæsarem Baronium, Antonium Pagi, Samuelem Basnagium &c.*

Annales *Jacobi Usserii, Tillemontium* in Historia Imperatorum & in memoriis Hist. Ecclesiasticæ, & præter alios Chronicos scriptores novissime in lucem editam Comitum *Camilli de Sylvestris Rhodigini* Chronologiam:

Nec non Romanæ scriptores Historiæ *Renatum Albertum Vertotum, Laurentium Echardum &c.*

Et qui Historiam Cæsarum vitasque scribendas sibi speciatim sumere, *Jo. Cuspinianum & alios innumerabiles.*

Eosque qui numismata Imperatorum collegerunt illustraruntque *Jo. Trifanum, Adolphum Oconem & Franciscum Mediobarbum Biragum, Franciscum Angelonum, Albertum Rubenium, Jo. Valensem,* aliosque bene multos.

*Anonymi, Histoire du premier & du second Triumvirat, depuis la mort de Catilina jusqu' a celle de Brutus, avec une suite jusqu' a la mort d'Antoine. Paris 1683. 12. tribus Voluminibus.*

Histoire

Histoire d'Auguste, contenant ses actions avant & apres le Triumvirat jusqu'à la mort, avec les particularitez de la vie de Jules Cesar. Paris 1686. 12. duobus Volum.

*Antonii Æmilii Oratio IV.* de politicis artibus Augusti Imp. quibus in libera Rep. sibi & successoribus Principatum peperit. Trajecti. 1651. 12.

*Jo. Gvil. Bergerus* in Specimione Rhetorices Augustæ. Witeberg. 1710. 4.

*Jo. Conradus Dietericus* in Historia Augusti & Tiberii. Gieslæ Haf-  
sor. 1660. 4.

*Huberti Goltzii Cæsar Augustus, sive ejus historia ex numis restituta cum amplo de ejus vita ac gestis commentario, Brugis Flandror.* 1574. fol. & cum *Lud. Nomi* auctario & commentariis Antwerp. 1620. 1644. fol.

*Joannis Kool Oratio* quibus artibus Augustus callide Remp. Romam invasit. Trajecti 1697. 4. *Journal. des Sav.* 1698. pag. 524.

*Petri Lagerloef Romana* sub Augusto felicitas. Upsal. 1695. 4.

*Isaaci de Larrey Histoire d'Auguste, les plus particuliers evenemens de sa Vie, avec l'idée generale de son siecle, & le plan de sa Politique & de son Gouvernement.* Rotterdam 1690. 8.

*Johannes Masson* in libro de Jani templo, Christo nascente referato. Roterd. 1700. 8. nec non in vita Horatii. Lugd. Batav. 1708. 8. atque Ovidii, Amst. 1708. 8. & in tomo quarto Ovidii edit. luculentæ Burmannianæ. Lugd. Batav. 1727. 4.

*Jo. Henricus Meibomius* in Vita Mæcenatis Lugd. Bat. 1653. 4.

*Jo. Christianus Neu* de breviario Augusti Imp. Tubing. 1709. 4.

*Henricus Norisus* de votis decennialibus c. 2. & in Cenotaphiis Pisanis, Venet. 1681. fol. & tomo VIII. thesauri Italiæ, parte 3.

*Godfridi de Peshwitz familia Cæsarum Augusta* cum commentario perpetuo, Historiæ Augustæ scriptoribus, Tacito præsertim, Svetonio, Vellejo & Dioni illustrandis firmandisque. Jen. 1662. 12. Editio altera auctior.

*Cesar Vichard l'Abbé de Saint Real T. 2.* de ses œuvres, a la Haye 1722. 12. reflexions sur Lepide, sur Marc Antoine, sur Auguste, sur Livie, sur Julie.

*Jacobus le Roy* in achate Tiberiano Consecrationis Augusti, notis histo-

- historicis illustrato Amst. 1683. fol. Acta Erud. 1684. pag. 255.  
 Confer de eodem achate qui servatur in gazophylacio sacelli  
 Basilicæ sive sanctæ quam vocant Capellæ Parisiensis, *Gassendum*  
 in vita Peirescii ad Annum 1620. & *Tristannum* Tom. 1. p. 100. sq.  
*Alberti Rubenii* dissert. de natali die Cæsaris Augusti & Epistolæ tres  
 A. 1656. Bruxellis datæ ad Gothofredum Wendelinum, in  
 quibus etiam de sidere Capricorni quod in gemma Augustea  
 & in pluribus apud Goltzium tab. LXVIII. sq. numis cernitur.  
 Antwerp. 1665. 4. & T. XI. thesauri Græviani.  
 Ej. diff. de gemma Tiberiana & Augustea. ibid.  
*Janus Rutgersius* fragmenta Augusti exhibens lib. 2. Var. Lect. cap.  
 19. Lugd. Batav. 1618. 4.  
 Les femmes des douze Cæsars par *Mr. de Servies*. Paris 1718. Amst.  
 1721. 12.  
*Ezech. Spanhemius* ad Juliani Cæsares Gallicæ editos, Paris. 1683. 4.  
*Aeneæ Vici* imagines & vitæ XII. Imperatorum & Augustarum &c.  
 Les exilés de la Cour d'Auguste, par *Mr. de Villedieu*. Paris 1693.  
 Amst. 1695. 12.

## A U S O N I U S.

### DE CAESARE AUGUSTO:

Imperium, binis fuerat sollemne quod olim  
 Consulibus, CÆSAR JULIUS obtinuit.  
 Sed breve jus regni, sola trieteride gestum.  
 Perculit armatæ factio sæva togæ.  
 Ultor successorque dehinc OCTAVIUS, idem  
 CÆSAR, at AUGUSTI nomine nobilior.  
 Longæva & nunquam dubiis violata potestas.  
 In terris positum credidit esse Deum.

*Idem de Asia, matre Augusti:*

Ante omnes alias felix tamen hoc ego dicar,  
 Sive Deum peperit fœmina, sive virum.

GENUS

**G E N U S**  
**A U G U S T I,**  
SUBJUNCTO  
**GODEFRIDI PESCHWITZII**  
*DE*  
**FAMILIA CÆSARUM AUGUSTA**  
**COMMENTARIO.**



I. Cajus Julius Cæsar 1)  
Uxor Martia. 2)

|   |   |   |
|---|---|---|
| C. Julius Cæsar, 3) Uxor Aurelia. 4)  | L. Julius Cæsar.  | Julia, 5) uxor C. Marii, amita C. Julii Cæsaridis Dictatoris.   |
| C. JULIUS CÆSAR, 6) Dictator, cujus Uxores:   | <i>Julia major</i> 17) quæ nubsit primum L. Pedio ex quo natus Q. Pedius 18) deinde L. Pinario, ex quo L. Pinarius 19) fuit procreatus. | <i>Julia minor</i> 20) quæ nubsit M. Atio Balbo.  |
| 1. <i>Coffusia</i> , 7) brevi post dimissa  |   | Atia 21) uxor secunda <i>Octavii</i> qui ex illa suscepit AUGUSTUM & <i>Octaviam</i> 22) minorem.                   |
| 2. <i>Cornelia</i> , 8) Cinnæ filia ex qua nata est Julia 9) quæ nubsit <i>Cn. Pompejo M.</i> & extincta cum filio 10) locum fecit bello Civili.        |   | <i>Octavius</i> 23) Augusti Pater <i>Anchariam</i> 24) antea duxerat, quæ ipsi <i>Octaviam</i> majorem 25) peperit. |
| 3. <i>Pompeja</i> 11) Syllæ neptis, dimissa ob adulterii cum Clodio commissi suspicionem.   |   |   |
| 4. <i>Calpurnia</i> 12) Pisonis filia.<br>Dilectæ ab eodem Eunõe Maura, 13) Uxor Bogudis Maritaniæ Regis: <i>Servilia</i> foror Catonis Uticensis 14) & |   |   |
| 5. <i>Cleopatra</i> 15) Ægypti Regina, è qua natus <i>Cæsario</i> 16)   |   |   |

II. Sex. Pompejus.

Cn. Pompejus Strabo, *Plutarch. p. 603.*

Sex. Pompejus.

uxor Lucilia. *Vellej. II. 29.*

CN. POMPEJUS Magnus,  
cujus Uxores:

Soror Pompeja, quæ  
nubsit C. Memmio.

1. Antistia. *Plutarch. p. 620.*

2. Æmilia Syllæ neptis ex filia Metella & M. Æmilio Scauro. *Plutarch. p. 623.*

3. Mutia 10) ex qua nati

Cn. Pompejus, cujus uxor Appii Claudii filia.

Sex. Pompejus cujus uxor Scribonia: filia Pompeja nupta M. MARCELLO, OCTAVIÆ, Augusti sororis filio.

Pompeja quæ nubsit Cornelio Fausto Felici Syllæ, Dictatoris F. peperitque Faustum Syllam & Corneliam Faustam, uxorem Æmilii Lepidi.

Post Mutiam repudiatam, *Plutarch. p. 641.*

4. JULIA, Cæsaris Dictatoris filia, *Plutarch. pag. 644.*

Ex qua natus filius, mox post Matrem extinctus. *Plutarch. pag. 647. Sveton.*

5. Cornelia, Scipionis Metelli filia, vidua relicta à P. Crasso. *Plutarch. p. 648.*

Dilexit & Floram, de qua *Plutarch. p. 647.*

## III. C. Octavius Eques Romanus

Ex Ancharia primaconjuge procreavit *Octaviam majorem*, de qua nihil explorati.

Ex Atia, secunda uxore, cujus Pater M. Atius Balbus Magnum Pompejum\*) arctissimo contingebat gradu, mater Julia Cæsaris Dictatoris soror erat, *Octaviam minorem* & AUGUSTUM.

Post Octavium, Augusti Patrem defunctum, Atia nupta Martio Philippo.

*Octavia minor* nupta a) C. Marcello, β) C. Pompejo Magno, γ) M. Antonio Triumviro, qui eam deinde repudiavit.

Ex C. Marcello suscepit

M. Marcellum qui gener Augusti destinatus ante nuptias obiit,

Marcellam majorem, quæ nupsit a) M. Agrippæ, & ex eoliberos habuit. b) M. Julio Antonio, c) Sexto Appulejo.

Marcellam minorem, uxorem M. Valerij Messalæ, ex quo nata *Valeria Messalina*, uxor CLAUDII Imp.

Ex M. Antonio Triumviro nata

a) *Antonia major*, uxor L. Domitii Ænobarbi. Ex quo Conjugio: Filius Cn. Domitius Ænobarbus cui *Agrippina* Germanici filia peperit NERONEM Imp.

Neronis uxor a) *Octavia* Claudii Imp. Filia β) *Poppæa Sabina* ex qua nata Claudia Augusta infans periit. γ) *Statilia Messalina*.

Filia Domitia Lepida nupsit a) Val. Messalæ, b) Appio Junio Silano, c) Servio Sulpicio Galbæ, cujus uxor Mummia Achaica peperit C. Sulpicium GALBAM Imp.

b) *Antonia minor* uxor Neronis Claudii Drusi, qui Tiberij frater in Germania occubuit. De hac infra, VI,

\*) Sveton, August, c. 4.

---

 IV. M. Antonius Orator idem COS, A.U.C. 655.
 

---

M. Antonius Creticus      C. Antonius Hybrida

Uxor prima Numi-  
 toria, improlis.

Ex altera uxore *Julia* Cæsaris Dictatoris forore,

---

M. Antonius Triumvir.      C. Antonius      L. Antonius.

Uxores 1) Fadia

2) Fulvia, ex qua natus Antyllus, & M. *Julius Antonius*  
 3) Marcellæ majoris maritus.

3) Antonia C. Antonii patruī filia mox iterum di-  
 missa.

4) OCTAVIA Augusti soror, ex qua filiæ Anto-  
 nia Major de qua supra III. & Antonia Mi-  
 nor, de qua VI.

5) Cleopatra Ægypti Regina, ex qua Alexander,  
 Ptolemæus & Cleopatra, quam Augustus  
 deinde Jubæ Regi junxit, ex quo natus Ptole-  
 mæus: tum Drusilla, quam duxit M. Antoni-  
 us Felix.

## V. Augusti uxores

- A. *Servilia*, 53) Servilii Isaurici filia desponsa, sed repudiata ante nuptias.
- B. *Claudia*, 54) P. Clodii & Fulviae, quae deinde M. Antonio Triumviro nupsit filia, sed dimissa intacta.
- C. *Scribonia* 55) relicta à P. Cornelio Scipione Nasica vidua & ex eo Corneliae mater, ex qua matre JULIAM filiam 56) Augustus suscepit.
- JULIA haec nupsit a) *M. Marcello*  
 b) *M. Vipsanio Agrippa*, qui ex Pomponia Pomponii Attici filia Agrippinam 79) majorem, TIBERII postea uxorem suscepit, deinde ex conjugio Agrippae cum Julia procreati:  
 α) CAJUS Cæsar 59) cui desponsata Livia Drusi filia, Augusti neptis. *Noris Cenotaph Pisan. p. 189.*  
 β) LUCIUS Cæsar 60)  
 γ) Julia 63) uxor L. Æmilii Pauli ex quo suscepit Æmiliam Lepidam. 65) Hæc desponsata CLAUDIO Imp. deinde nupsit Appio Junio Syllano. Hujus liberi M. Junius Syllanus 67) L. Syllanus 66) & Junia Calvina 71) nurus Vitellii. Ex M. Junio Syllano nati Syllanus Torquatus, Junia Claudilla 68) uxor CALIGULÆ, & Junia Lepida 85) nupta C. Cassio Jcto. Syllani Torquati filius L. Syllanus à Nerone interfectus.  
 δ) *Agrippina minor*, uxor Germanici 62)  
 ε) *Agrippa Postumus* 61)  
 c) TIBERIO Imperatori.
- D. LIVIA *Drusilla*, 77) ex priore marito Tiberio Druso mater TIBERII Imp. 78) ac Drusi.

VI. Tibe-

VI. Tiberio Claudio Neroni, Quæstori Cæsaris Dictatoris ex LIVIA, quam AUGUSTO deinde uxorem concessit, natus est

A Claudius TIBERIUS Nero Cæsar Imp. cujus uxores

- a) *Vipsania Agrippina*, Agrippæ & Pomponiæ filia, Attici neptis. Ex hoc conjugio natus *Drusus Cæsar*, qui ex Livilla 118) Drusi filia suscepit Tiber. à Cajo Imp. occisum, & Juliam, 119) peremptam à Messalina Claudii Imp. Julia hæc nupsit primum Neroni Germanici F. deinde Rubellio Planco, cui peperit C. Rubellium Plancum, occisum deinde à Nerone.
- β) Post dimissam Agrippinam JULIA, AUGUSTI F. quæ improlis in exilio obiit.

B Nero Claudius *Drusus*, cui ex Coniuge *Antonia minore*, M. Antonii Triumviri filia nati sunt:

a) *Germanicus*, cujus uxor *Agrippina*, è quo conjugio procreati novem liberi:

a, b, c) Duo, infantes adhuc rapti, tertius puera scens 110) *Sueton. Caligul. c. 7.*

d) *Agrippina* 104. 117) marita Cn. Domitii, ex quo natus NERO Imp. deinde C. Bassieni uxor, ac denique CLAUDII Imp.

e) Drusilla. quæ nupsit I. Cassio Longino.

f) Livilla 150) quam duxit L. Vinicius.

g) Nero h) Drusus 110)

i) CAJUS CALIGULA, Imp. 93) cujus uxores: a) Junia Claudia 94) quæ ex partu obiit. β) Livia Orestilla 95) rapta C. Piloni, mox iterum repudiata. γ) Lollia Paulina 96) erepta C. Memmio: δ) Milonia Cæsonia 97) ex qua natam filiam Juliam Drusillam 98) infantem patri illi contigit.

β) Livilla quæ à Cajo Imp. contemta, moerore defecit.

γ) CLAUDIUS Imp. 106) cujus uxores a) Æmia Lepida 107) β) Livia Medullina 108) γ) Plautia Urgulanilla 109) ex qua Drusum suscepit & Claudiam 111) δ) Ælia Petina 112) quæ Antoniam 113) peperit nuptam Cn. Pompejo & deinde L. Syllæ. 1) *Valeria Messalina*, ex qua suscepit *Britannicum* 115) & *Octaviam* 116) nuptam L. Syllano, ac deinde NERONI Imp. 5) *Agrippina* mater NERONIS in quo stirps Augusti & Cæsarum defecit. GODE-

G O D E F R I D I D E P E S C H W I T Z  
IN  
F A M I L I A M  
CÆSARUM AUGUSTAM  
C O M M E N T A R I U S.

NUM. I.

**C.** JULIUS CÆSAR.) Ex antiqua Juliorum, qui ab Julio \*) descendunt, Familia Ortus. Ita de suo sanguine, ipse Cæsar apud Svetonium, *Jul. Cæsar. 6, 2. Amita mea Julia maternum genus à Regibus ortum, paternum cum Diis immortalibus conjunctum est. Nam ab Anco Martio sunt Martii Reges, quo nomine fuit mater: à Venere Julii, cujus gentis familia est nostra. Tacitus Ann. 4, 9, 4. Origo Julia gentis Æneas, & 12, 58, 2. Julia stirpis auctor Æneas. Itemque Vellejus, 2, 41, 1: Nobilissima Juliorum familia, & quod inter omnes constat, antiquissima, ab Anchise & Venere deducitur. Ideo Horatius lib. IV. Carm. Od. XU.*

*Progeniem Veneris alma canemus, & de Augusto, lib. 2. Sermon. Satyr: 5.*

————— ab alto.  
*Demissum genus ÆNEA.*

& Virgilius I. *Æneid.*

*Julius à magno demissum nomen Julo. id est, Afcanio, Æneæ filio.*

& Manilius: - - - - *Venerisque ab origine proles  
Julia descendit cælo.*

II. MARTIA.) *Q. Martii F. ex Anco Martio, Romanorum Rege IV. & Cn. Marcio Coriolano, à captis Coriolis, Volscorum opido, sic cognominato, Liv. lib. 2. Sveton. Cæsar. 6. illustri serie orta.*

III.

\*) Jo. Glandorpîi liber de familia Julia separatim editus Basileæ 1576. 8. & Paris. 1634. 4. exstat etiam in eruditi ejus Viri Onomastico Historiæ Romanæ pag. 414. seqq. Francof. 1589. fol.

III. C. JULIUS CÆSAR PRÆTOR.) Pifis, dum calceatur, repentina morte extinctus. *Plin.* 7, 53.

IV. AURELIA.) *M. Aurelii Cotta*, Nobilis Romani, F. & trium *Aureliorum Fratrum Caji, Marci, & Lucii* soror castissimis moribus prædita; decessit in Gallia cum I. Cæsar in ea bellum gereret. *Suet. Cæs.* 26.

V. JULIA.) Amita Julii Cæsaris. *Suet. Cæs.* 6, 1. Uxor C. MARII, *Vellej.* 2, 41, 2. ignotæ originis & plebejæ. *Vellej.* 2, 128, 3. qui septies Consulatum Romæ gessit, *Vellej.* 2, 26, 1. Sullæ juratus æmulus & Jugurthæ. *Salust. Jugurth.* *Vellej.* 2, 19, 1. Theutonum, Ambronum, *Flor.* 3, 3, 7. *Eutrop.* 5. Cimbrorumque, qui Italiam intruperant, Triumphator Augustus. *Vellej.* 2, 12, 2. Hanc defunctam J. Cæsar, adhuc Quæstor, pro Rostris laudavit, ambitiosa Origine maternum ejus genus à Regibus, paternum à DIs immortalibus arcessens. *Sueton. Cæs.* 6.

VI. C. JULIUS CÆSAR DICTATOR.) *Julius* Gentis, ut *Cæsar*, Familiæ nomen fuit, dictusque *Cæsar*, non à *Cæsarie* aut *cæsariis* oculis, vel ab *occiso* in pugna Elephanto, ut quidam somniant, sed quod *Plinius*, 7, 9. tradit, à *cæso* matris utero, quomodo nati *Cæsones* etiam appellabantur. Natus est A. V. C. Ioc LIII. IV ID. QVINTIL. qui mensis post, Lege Antonia, JULIUS, in honorem ejus, dictus est. *Macrob. Saturnal.* 1, 12. nam illud dicere vult *Florus* 4, 2, 91. cum *datum ei mensem in calo* scribit. Forma omnium civium excellentissimus fuit, vigore animi acerrimus, munificentia effusissimus, animo super humanam & naturam & fidem eventus, magnitudine cogitationum, celeritate bellandi, patientia periculorum, Magno illi Alexandro, sed sobrio neque iracundo, simillimus, *Vellej.* 2, 41, 1. *Plutarch. Cæsare, Sallust. Catil. Appian.* 2. *de bell. civ.* eloquentia etiam præstantissimorum gloriam æquans aut superans. *Suet. Cæs.* 55. Res tantas gessit, quantas audere vix hominis, perficere penè nullius, nisi Dei, fuerit. *Vellej.* 2, 47, 1. *Dio* 44. *Val. Max.* 3, 2, 19. 6, 9. 15. Subegit Gallias Germaniasque; primus Romanorum ausus navigare Oceanum, quam in eo invenit, vicit Britanniam. *L. Ampel. lib. memorab. qui ex Bibliotheca Illu-*  
K *stris-*



*Prisissimi Salmasi prodiit nuper.* Hinc suppresso Pompejo, DICTATOR PERPETUUS, PATRIÆ PATER, & post exactos Reges IMPERATOR Romanorum Primus salutatus est. Terminum vitæ in curia invenit, ubi ad statuam Pompeji Magni tribus & viginti vulneribus à M. Bruto & C. Cassio aliisque (adeo late manaverat conjuratio!) ad terram datus est. *Flor. 4, 2, 95. Svet. Caf. 88, 1.* Defuncto divini honores exhibiti, positæque statuae, quarum uni, SEMIDEUS EST: alteri, INVICTO DEO, subscriptum fuit. *Dio 44. & 45. p. 274.*

VII. COSSUTIA.) Familia Equestri, sed admodum dives. Hanc prætextato sibi desponsam, non multo post dimisit. *Sveton. Casare.*

VIII. CORNELIA.) L. Cinna Soror. L. Cornelio Cinna, (qui IV. COS. & Marianæ Dominationis Collega fuit & successor,) matre Annia genita; quæ à M. Pisone, urgente Sullâ, repudiata est. *Vellej. 2. 41, 2.* Hujus tanto amore arsit Cæsar, ut ne-mortis quidem metu, per Syllam Dictatorem victoremque injecto, ab ea divelli potuerit. *Sveton. Casar. 1.* Amissam tandem, cum Quæstor esset, recepto more, pro Rostris laudavit. *Sveton. Caf. 6.*

IX. JULIA.) Formâ & moribus illustri. Primum Q. Servilio Cæpioni pacta, *Svet. Caf. 21.* postea hoc, Pompeji Filia, (quæ Fausto, Sullæ F. desponsata fuerat. *Flor. 4, 2, 90. Videbis qua dicemus infra ad num. 65.*) placato, in manus Gn. Pompeji Magni (Strabonis Pompeji F. 3, 18, 14. *Vellej. 2, 21, 1.*) convenit. *Vellej. 2, 44, 3. Cic. ad Attic. 2, 17.* struente has nuptias Cæfare, qui instituta Oligarchia III Virali, ut ad destinata venisset facilius, Pompejum, & per hunc, Crassum, in amicitiam traxit, elocata insuper illi filia, nempe ut communibus viribus in suum decus niteretur, eoque proficeret, unde alterum alterius auxilio postea oppugnare, fractisque Sociorum viribus suas firmare posset; *Flor. 4, 2, 11. Dio 38. pag. 63.* relegata interim communis potentiae invidia in illos. *Vellej. 2, 44, 2. & sibi præstantissimus doctrina & eloquentia J. H. Boeclerus.* De morte ejus sic Dio: *Gravida, cum forte tunicam cruore pollutam in campo vidisset, timens ne quid sinistri Pompejo marito accidisset, exanimis, effuso partu, procubuit, & à Populo in Campo Martio tumulata est.*

X. POM-

X. POMPEJUS. ) Magni ex Julia filius non ita diu post mortem Matris extinctus. Unde gemino hoc, jam ex invidia potentia male coherens concordia, abrupto vinculo, dissensio primum, inde civile bellum inter Julium & Pompejum, destinatos discrimini duces, exarsit; in quo hic victus, ille victor, quam antea cum Sociis communem habuerat imperii summam, solus indeptus est. *Vellej. 2, 47, 2. Flor. 4, 2, 13. Fallitur Tranquillus, Jul. 26. & cum illo Dio 39. p. 119. qui pro Pompejo, nepote Cæsaris, neptem substituunt. Tranq. Jul. d. l. Eodem temporis spatio, matrem primo, deinde filiam, nec multo post neptem amisit. Et Dio: Sub idem tempus Pompeji conjux filiolarum mixta obiit. Verius Vellejus & Lucanus, 5.*

*Dilectus, tibi, Magne, Socer, post pignora tanta,  
Sanguinis insausi sobolem, mortemque nepotis  
Te nisi Niliaca propius non vidit arena.*

Comparari huic Juliae *Octavia* potest, quæ Virum inter (*Antonium*) & fratrem (*Augustum*) concordia itidem pignus fuit; donec, induta Cleopatra, repudiaretur Antonio.

Genuit præterea Gn. Pompejus M. ex MUCIA, *Dio 48. pag. 368. F. Q. Mucii Scaevola, Bis Cos. Asiæque Præfecti, Val. Max. 8. 16. quem Cic. x. de Orat. Jurisperitorum eloquentissimum, & eloquentium jurisperitissimum nuncupavit: genuit, inquam.*

I. GN. POMPEJUM, qui bello civili paterno Classi Ægyptiæ præfuit, & Cæsaris ad Oricum naves partim incendit, partim abduxit. Post patris cædem & pugnam Africanam, in Hispaniam à Catone missus, una cum fratre bellum redintegravit, sed fusus proelio inter solitudines avias, quo vulnere gravis profugerat, à Cesonio, apud Lauronem opidum pugnans (adeo nondum desperabat) interemptus est. *Vellej. 2, 55, 4. Flor. 4, 2. 36. & 87. Dio, 43. Uxor illi CLAUDIA, Appii Claudii, Bis Consularis, F. Ex hac*

## N. N. POMPEJUS

I  
 GN. POMPEJUS M. Nobilissimus Adolefcens, (Cujus Uxor ANTONIA, Claudii Imperatoris V. F.) infidiis Soceri interfectus perit. Vide quæ dicemus infra ad num 115.

II. SEXTUM POMPEJUM M. de quo sic *Vellej. 2, 73, 1.* Hic adolefcens erat studiis rudis, sermone barbarus, impetu strenuus, manu promptus, cogitatione celer, fide patri diffimilimus, libertorum suorum libertus servorumque servus; speciosus invidens, ut pareret humillimis. Post prælium Mundensè aliquandiu delituit in Hispania. Cæsare in Italiam regresso, reportatis copiis cum ducibus ejus conflixit, sæpe victor. Dein audita cæde Cæsaris, Siciliam rapuit, receptisque in numerum exercitus sui, servis, qui ex Italia aliisque terrarum partibus profugi confluebant, magnum numerum legionum fecit. *Vellej. 2, 73, 3.* quibus adortus Augustum navali proelio vicit. Facta hinc cum III Viris circa Misenum pace, *Tac. An. 1, 10, 4. & 5.* Siciliam Achajamque ex foedere accepit, *Vellej. 2, 77, 2.* cunctisque proscrip-  
 ptis, aliisque, qui ad eum ex diversis causis fugerant, reditum salutemque pactus est. Inter quos Nero Claudius fuit, Tiberii Pater, & M. Silanus, Sentius Saturninus Cos. postea, *Vellej. 2, 103, 3.* & sub Augusto in Germania legatus, *Vellej. 2, 105, 2.* Aruntiusque ac M. Titius, Pompeji postea infamis parricida. Nam cum rupta pace mare piratis infestaret, magnasque imperio turbas daret, à M. Agrippa navali proelio victus, *Tac. An. 1, 2, 1.* turpi fuga & miserabili in Asiam properans, jussu Antonii, qui dignitatis quoque servandæ fidem dederat, infami Titii dextra etiam spiritu privatus est. *Vellej. 2, 87, 2. Flor. 4, 8, 4. Dio 49. p. 403. Uxor SCRIBONIA, L. Scribonii Libonis Cos. (qui frater erat Scriboniæ Augustæ) F. Dio 48 p. m. 368. Val. Max. 6, 2. Horat. 1. Epist. 3.* Ex hac

POMPEJA, à patre, Marco Marcello desponsa, sed non deducta, *Dio, 48, p. 381.* post uxor L. Scribonii Libonis, vid. num. 57.

III. POM-

III. POMPEJAM, quam frustra sibi uxorem petiit *Cæsar Julius*, *Svet. Cæs.* 27, 1. *Fausto Sulla* postpositus. *Dio* 42, p. 190 qui iccirco apud *Florum* 1, 2, 90. *Julii Cæsaris* GENER, rectius PROGENER dicitur quod per *Juliam F.* Pompejo nuptam, *Neptem* acquirerat sibi *Cæsar Pompejam*, *Fausti Sullæ* uxorem. Ex hac

CORNELIA FAUSTA,

*Uxor*

1. *Antonii*, vel ut alii volunt, *Titi Annii*                      2. *Emilii Lepidi*

*Milonis*, & à *Villio* adulterata. *Horat. Satyr.* 2. *Serm. lib. 1: Villius in Fausta Syllæ gener.* Non vere gener, sed ita dictus quod filiam ejus stuprasset,

1. *L. Æmilius Paulus.*    2. *Manius Lepidus.*    3. *Æmilia Lepida.*

*Æmilia Lepida*, & liberorum alii.

A

innuente *Tacito*, 3, 35, 2. *Tiberius MANIUM LEPIDUM* & *Junium Blasum* nominavit; ex quis *Procos.* *Asia* legeretur. Tum audita amborum verba, intentius excusante se *Lepido*, cum valetudinem corporis, ætatem liberum, *NUBILEM FILIAM* obtenderet.


*ÆMILIA LEPIDA*, destinata quondam *Uxor L. Cæsari Vipsanio*, ac *D. Augusto Nurus*, sic *Tac. Ann.* 3, 23, 3. & *Vetus Lapis*:

PUDENS. M. LEPIDI. L. GRAMMATICUS. PROCURATOR. ERAM. LEPIDÆ. MORESQUE. REGIB. M. DVM. VIXI MANSI. CÆSARIS. ILLA. NURUS. PHILOGUS. DISCIPULUS.

Rectius tamen *Pronurus* diceret, *l. Labeo 6 ff. de grad. & affin.* Germanice *Unterschnur*; Nepoti enim *Augusti* destinata erat. Verum non semel *Generi* & *Nurus* nomine *Progener* & *Pronurus* & ultiores veniunt. *l. nurus 50. l. generi 136. ff. de V. S.* sicut & *Soceri* & *Socrus* appella-

pellatione, quandoque *Profocer* & *Profocrus* & ultiores, quibus *pro* præpositio solet accedere, continentur. *l. 3. §. 2. ff. postul. Numer. 10, 29.* Ita Florus 4, 2, 90, *Faustum Syllam*, Cæsaris Julii generum vocat, cum tamen vere & proprie *progener* esset. *Consulo Notas Clariss. Freinsheimii, ad d. l. Flor. n. 90.* Et Cornelius Noster *Ann. 3, 43. 8. & 2, 53, 2.* Germanico, & Gn. Domitio *Ann. 4, 75, 2.* ejusque sorori, Domitiæ Lepidæ, *Ann. 12, 64, 4.* Avunculum Augustum tribuit, qui ejus *Major Avunculus* erat. Augustum etiam Neronis *Atavum*, scribit, qui tamen vere *Abavus* erat. *Tac. Ann. 14, 53, 3.* Ditmarus in Chronico *Nepotem pro Avo materno*, poni auctor est: referente id Reinero Reineccio (*ad dict. Chron. p. 7.*) in *Elencho vocabulorum à Ditmaro novis aut minus consuetis Latina lingua significationibus usurpatorum.* Ceterum *Æmilia Scauro* & post *P. Quirinio* nupta fuit. Exserte Tacitus *Ann. 3, 22.* *At Roma Lepida, cui super Æmiliorum decus L. Sulla* (an Sylla? utrumque legitur. Vide tamen Capitolinos Lapidés à Verriro Flacco Grammatico doctissimo scriptos & Ciceronem in *Oratore, 48*) & *Gn. Pompejus Proavicerant;*

(Cui melius intelligendo, addo schema:



*defertur* (sub Tiberio) *ſimulaviſſe partum ex P. Quirinio* (Sulpicio, ſic vocat Dio 54. p. 540. Conſulari & C. Cæſari, Agrippæ f. Armeniam

am obtinenti, post amotum M. Lollium, Rectore dato, *Tac. Ann.* 3, 48, 3.) *divite atque orbo, adjiciebantur adulteria, venena* (marito parata, *Tac. Ann.* 3, 23, 5.) *quisumque per Chaldaeos in domum Cesaris, defendente ream Manio Lepido fratre, sed frustra, cum aqua & igni interdiceretur. Scauro, qui filiam Æmiliam ex ea genuerat, datum, ne bona publicarentur.* CL. Ludovicus Dorleantius, in *Cogit. Novis ad Tac. Ann. lib. 111. pag. 392. n. 5.* Sulpicium Quirinium Syria Præsidem fuisse conjicit, & coluisse Tiberium Rhodi agentem, eundemque de quo D. Lucas in *Evangelio c. 2.* *Hæc autem descriptio (Orbis) quæ facta sub Augusto, in Syria, Præside Cyrinio: ubi legi vult, Præside Quirinio, & firmat hanc lectionem ex Josepho, qui Antiquit. 18, 7. Quirinum vocat, & Eusebio, 1. Histor. Ecclesiast. 2. Addeis J. Lipsium in Not. ad Tac. An. An. 3, n. 91.* Ergo Æmilia nostræ Frater Manius Lepidus, Vir gravis & sapiens, *Tac. Ann.* 4, 20, 3. & ob id ab Augusto ad consulatum e-  
 vectus. Huic paternæ angustię & nobilitas sine probro acta, honori fuere. De hoc Augustus supremis sermonibus tractans, quinam adipisci principem locum suffecturi abnuerent, *Manium Lepidum* dixit capacem, sed aspernantem. *Tac. An. 1, 14. 2.* Decessit sub Tiberio in Asiam missus *Vellejus 2, 114. 5.*) uti quidem à doctiss. viris is locus correctus est) *Marcum Lepidum* appellat. *Vir nominis ac fortune eorum (Cæsarum nempe, Augusti, Tiberiique jam adoptati, qui præfecerant bello Dalmatico) proximus quem in quantum quisque aut cognoscere aut intelligere potuit, in tantum miratur ac diligit, tantorumque nominum, quibus ortus est, ornamentum judicat? quæ illa nomina? quam Sulla & Pompejus, qui ipsi quasi Rei Romanæ Principes & Æmiliæ nostræ Proavi. Vid. Lipsium Not. ad Vellej. n. 213.*

XI. POMPEJA.) *Q. Pompejo Rufe & Fausta Cornelia, L. Corneli* Sullæ F. orta, & hinc L. Corneli Sullæ neptis. *Sveton. Caf. 6, 5.* Hanc cum à P. Clodio, Appii F. Viro Consulari, diserto ac audaci, ast malorum propositorum executore acerrimo, sororis etiam stupro jam infami, *Vellej. 2, 45, 1. 2, 47, 5.* Cæsar adulteratam suspicaretur; quidpe rumor incesserat constans, inter publica Bonæ Deæ sacra penetrasse ad eam cultu muliebri. *Svet. Caf. 6, 5. & Vellej. d. 1.* à se dimisit: rogantibusque iudicibus causam, suos tam suspicione quam crimine carere oportere, respondit. *Svet. Caf. 74, 5. Dio 37. p. 50.*  
*Vide*

*Vide de hoc Clodio Ciceronem I. Famil. Epist. 9. ubi eam Furiam muliebrum religionum appellat. & ad Attic. I. Epist. 9. Senec. ivm Epist. 97. & Plutarch. Cæsare.*

XII. CALPURNIA.) *L. Calpurnii Pisonis, Tac. Ann. 6, 10, 5. (in quem declamavit Cicero) in Consulatu Cæsari successuri F. Svet. Caf. 21. & 22. 1. Hæc nocte, quæ supremum Cæsaris diem præcessit, fastigium Domus (h.e. præfastigium, seu ipsius fastigii ornamentum, de quo vide omnigena eruditionis Virum CL. Salmasium ad Capitolis. sine Pescennii: Plutarchus ἀκροτήριον vocat, in vita c. 91. Meminit ejus Jul. Obsequens c. 126. Ad CL. Freinshemium in Not. ad Flor. 4, 2. 91.) collabi, & maritum multis vulneribus faucium, animam in sinu suo purpuream vomere somniavit. Svet. Caf. 81, 8. Vellej, 2, 57, 2.*

XIII. EUNOE MAVRA,) Uxor Bogudis, Mauritanæ Regis. *Sveton. c. 52.*

XIV. SERVILIA.) *Catonis Uticensis soror, M. Bruti interfectoris Cæsaris mater. Svet Caf. 50. quam Cæsar adhuc dum adolescens amavit: & cum eo tempore, quo hic amor calebat maxime, Brutus ederetur, quodammodo creditus est e Cæsare genitus. Plutarch. in Caton. Et credita est etiam filiam suam Tertiam, e D. Junio Siliano genitam, Cæsari conciliaffe Servilia. Svet. d. 1.*

XV. CLEOPATRA.) *Ægypti Regina, quæ post debellatum in Africa Scipionem, Romam proficiscens, filium ab eo enixa est. Post Uxor M. ANTONII facta, Alexandrum & Cleopatram (Svetonius Selenam vocat Calig. 26.) gemellos peperit, Dio 49. p. 411. Plut. Anton. quibus regnum dare amplissimum parens constituerat. Sed ubi ille apud Actium occubuit, Cleopatra filia, (deinde JUBÆ II. Regi Mauritanæ elocata, Vellej. 2, 54, 2. Dio 51.) cum fratre Alexandro, in triumpho Romæ ab Augusto ducta est. Regnum in Provinciâ redactum. Svet. August. 18. 2. Cleopatra mater marito superstes, ne in triumpho duceretur, frustratis custodibus, illataque, aspide, morsu ejus, expers muliebris metus, spiritum reddidit. Vellej. 2, 87. 1. Flor. 4, 11, 11. Svet. Aug. 17, 10. Non prætermiserim natos post ea ex Cleopatra & Juba: DRUSILLAM, Antonii Felicis, Liberti Claudii & Judææ Præfecti, Uxorem. Sveton. Claud. 28. Tac. H. 5, 9, 7. Affor.*

*Ætior.* 23, 24. & 24, 24. & PTOLEMÆUM, *Svet. Calig.* 26. & 35. quem *Consobrimum* suum vocat Caligula. *Dio* 59, *Svet. Calig. d. l.* largiori vocabuli ejus usu: vere enim *sobrino propior* erat, ut ex schemate subiecto liquet.

ANTONIUS

ANTONIA MINOR

CLEOPATRA

GERMANICUS

PTOLEMÆUS

CALIGULA

XVI. PTOLEMÆUS CÆSARIO.) Quem ex *Cæsare* Cleopatra concepit prædicabat. *Svet. Aug.* 17. & *Cæs.* 52. *Plutarch. Ant.* 71 *Dio* 49. p. 4. 6. Hic sub idem fere tempus, quo mater excessit, perfidia *Rhodonis* Pædagogii sui ab Octavio Augusto jugulatus est. *Svet. Aug.* 17, 13. *Plutarch. Ant.* 71. *Dio* 51. p. 453. De eo cum sententias amicorum Cæsar exquireret, Arium Philosophum dixisse ferunt, *ὅτι ἀγαθὸν πολυκεισαρίη.* (alluditur ad *Homeri Illad.* 2, 204.) id est: *Cæsaris in multis nomen non expedit esse.* *Plutarch. Anton.* 104.

XVII. JULIA \*) MAJOR.) Uxor *M. Atii Balbi* Aricini Prætoris II. *Cic. Philipp.* 3, 6. qui inter XX Viros agrum Campanum Plebi, *Legge Julia*, divisit. *Svet. Aug.* 4. *Vellej.* 2, 44, 6. *Svet. Cæs.* 20. & 81. Hanc defunctam laudavit nepos ex *Filia C. Octavii Augustus*, annos natus duodecim. *Svet. Aug.* 8. *Quintil.* 12. 6. pr.

XVIII. JULIA MINOR.) Nupta primo *M. Pedio*, mox *Pinario*. *Svet. Cæs.* 83, 3.

XIX. Q. PEDIUS.) A Cæsare novissimo testamento, cum *L. Pinario*, ex quadrante hæres institutus. *Svet. Cæs.* 83. Ejusdem in *Hispania* legatus, deinde *Col.* cum *Octaviana* factus, legem tulit, qua percussoribus Cæsaris aqua & igni interdictum est. Finit in eodem honore, præter consularem dignitatem etiam *Triumphalis* an. XXVI.

L

XX.

\*) Minor aliis.



XX. L. PINARIUS.) Cæsaris Julii ex sorore nepos, eidemque cum *Q. Pedio* ex quadrante (hoc est, tribus unciiis) hæres. *Svet. Cæs. 83.* Fuit in bello Philippensi Dux Castris à III Viris præfectus, teste *Sveton. Cæs. Appian. Civil. 4.* & forte ille ipse, quem Cæsar Augustus suspectum sibi coram confodi imperavit. *Svet. Aug. 27, 6.*

XXI. ATIA.) Ita scribendum esse probat ex antiquis inscriptionibus in Orthographia Manutius. *C. Octavii* (cui ex *Ancharia* prima uxore *Octavia Major* nata erat, *Sveton. Aug. 4, 1.*) Uxor secunda. *Vellej. 2, 59, 2. Dio 45. p. 271.* Deinde post obitum *C. Octavii*, *L. MARTIO PHILIPPO*, \*) Viro *Cof. ultimum* nupta. *Vellej. 2, 59, 3. 2, 60, 1.* apud eundem mox à bello Mutinensi, *Victore filio* Consule factò, naturæ concessit. *Svet. Aug. 8. 6. & 29, 10. Vellej. 2. 60, 1.* Non placebat *Atia* matri, *PHILIPPO*; *VITRICO*, ad irinomen invidiosa fortunæ Cæsaris, sed asserebant salutaria Reipublica terrarumque Orbis facta, conditorem conservatoremque Romani nominis: sprevit itaque celestis animus humana consilia, & cum periculo potius summa, quam tuto humilia proposuit sequi, maluitque avunculo & Cæsari de se, quam *VITRICO* credere, dictitans nefas esse, quo nomine Cæsari dignus esset visus, semet ipsum videri indignum. De hoc *Philippo* accipiendus etiam *Cicero lib. 14. ad Attic. Epist. 12.* De *Atia* *Aufonius Epigramm. 7.*

*Ante omnes alias felix tamen hoc ego dicar,  
Sive Deum genui femina, sive Virum.*

*C. OCTAVIUS* Augusti pater ut non patricia, ita admodum speciosa equestris genitus familia, gravis, sanctus, innocens, & ut scribit *Tranquillus Aug. 3, 1.* re & existimatione magna fuit. *Vellej. 2, 59, 2.* quod vel ipse Augustus non dissimulavit, apud *Soetonium, Aug. 2, 4.* *Equestris familia* ortum se dicens, *veteris & locuplete, & in qua primus Senator Pater suus fuerat.* Amplis opibus innutritus, honores & facile adeptus est, & egregie administravit. *Tranquill. Aug. 3, 2.* Præturam Macedoniæ imperiumque sortitus, *Vellej. 2, 59, 2.* talem se gessit, ut *Q. Fratri* imitandum proponat *Tullius* in litteris, *1. Epist. ad*

\*) Genus duxisse hunc Philippum ab illis majoribus, qui Philippum Macedonem sepeperunt, notat *Nic. Damascenus* de vita Augusti supra, p. 4.

ad *Q. Fratr. Epist.* 1. c. 7. & *Epist.* 2. c. 2. *Sveton Aug.* 3. 1. Consulque fuisset, ni præpropera mors tanto honori surgentem oppressisset. *Svet. Aug.* 4, 1.

XXII. OCTAVIA MINOR.) *Svet. Aug.* 4, 1. Quam Tacitus *Ann.* 1, 3, 1. 4, 75, 2. Sororem Augusti appellat. Dotibus animi & corporis præstans mulier, quam Athenienses maximis honoribus mactarunt, Corinthii Templo supra forum excitato donarunt. *Pausan. lib.* 2. *Cic. Philipp.* 3. *Dio* 54.

XXIII. C. MARCELLO.) L. Pauli Collegæ Cos. *Svet. Caf.* 27. *Senec. Consol. ad Mart.* & Cæsari infensissimo, *Dio* 40. *Cic.* 4. *Famil. Epist.* 9. ad *Attic.* 9. *Epist.* 1.

XXIV. M. MARCELLUS.) Magna illa Romæ & libertatis spes. Adolefcens ingenuarum virtutum, lætus animi ingeniique, & fortunæ in quam alebatur capax, *Vellej.* 2, 93, 1. De illo sic *Seneca ad Marciam cap.* 2. *Octavia Marcellum amisit, cui & Avunculus & Socer* (Augustus) *incumbere ceperat, in quem onus imperii reclinare: adolescentem animo alacrem, ingenio potentem, sed & frugalitatis continentiaque, in illis aut annis aut opibus, non mediocriter admiranda: patientem laboris, voluptatibus alienum, & quantumcunque imponere illi Avunculus, &, ut ita dicam, inadificare voluisset, laturum.* Magnificentissimo Ædilitatis munere præclare defuncto, *Tac. Ann.* 1, 3, 1. *Vellej.* 2, 93, 3. cum filiam Juliam Avunculus Augustus despondisset, velletque potentia & imperii successorem sibi, præpropero fato (rectius dolo) *Livia*, quæ anteponi cum Filiis suis Tiberio & Druso ægre habebat, *Dio* 53. *påg.* 518. in Bajano correptus, summo Civitatis luctu decessit, annos natus quatuor & viginti. *Tac. An.* 2, 41, 5. *Vellej. d. l.* *Dio* 53. *Svet. Aug.* 63. Mortuum laudavit Augustus publicè, & in Campo Martio superba pompa tumulato theatrum ejus nomine dedicavit. *Svet. Octav.* 43. *Tac. An.* 3, 4, 2. *Dio* 53. *fin.* Hic est ille Marcellus tantum celebratus versibus Maronis *Æneid. VI. fin.* quorum recitationem prorumpentes ubertim ex oculis Cæsaris & Octaviæ sororis lacrumæ abruperunt. *Servius.* Ceterum de inconsolabili luctu Octaviæ in funere Marcelli filii, ejusque de laudibus vide *Senec. in Consol. ad Marciam. cap.* 2.

XXV. VALERIO MESSALLÆ.) Cos. Viro Doctissimo & in Consulatu mortuo. *Dio in Consulibus libri 54. cognomento Barbarum vocat.*

XXVI. DOMITIA LEPIDA.) *Domitii Enobarbi & Antonia Majoris F. Tac. An. 12, 64, 4. Postea etiam Appio Junio Silano. (qui ante Emilia Lepida maritus fuerat, Svet. Claud. 26. Adde quæ dicemus infra ad n. 67.) sub vitæ finem nupta. Dio 60. Lips. ad lib. 13. Ann. num. 1.*

XXVII. VALERIA MESSALLINA.) Uxor Claudii Imperat. V. *Svet. Claud. 26. Apud Senecam de morte Claudii testatur Augustus, se perinde Messalinæ majorem Avunculum atque Claudii fuisse. Mulier indomitis libidinibus & sævitia infamis. Tac. 11, 12. & 26. Juvenalis Satyr. VI. eam veris coloribus pingit, & Plinius de libidine ejus 10, 67. Messalina Claudii Caesaris conjux, hoc regalem existimans palmam, elegit in id certamen nobilissimam à prostitutis ancillam, mercenaria stirpis, eamque die & nocte superavit quinto & vicefimo concubitu. Idem Reginam vocat, ob impotens imperium ejus, quod totum in sanguine & ingvine viguit.*

XXVIII. MARCELLA MINOR.) *Svet. Octav. 63.*

XXIX. M. VIPSANIO AGRIPPÆ.) Qui eam permitte Octavia matre reliquit, sumpta in uxorem Julia, Augusti F. Augustus enim sororem exoraverat, ut sibi genero cederet, *Sveton. Aug. 63. Ceterum quas ex illa sustulerit liberos Agrippa, ex Svetonio non liquet.*

XXX. M. JULIO ANTONIO.) Hic secundus *Marcella* maritus fuit, *M. Antonii III Viri ex Fulviæ Filius major. Sveton. Aug. 17. Vellej. 2, 100, 4. Tac. Ann. 1, 10, 6. 3, 18, 1. vid. & not. ad num. 36. Atyllus vel Antyllus cognominatus. Huic carmen inscripsit Horatius lib. 4. Carm. Od. 2. & Octavia socrus tertium dignitatis locum apud fratrem Augustum impetravit. Verum cum immemortanti beneficii, Juliam Augusti F. (quam tamen desponsatam illi refert Sveton. Aug. 63.) adulterasset, Tac. Ann. 3, 18, 1. ab Augusto occisus est. Tac. Ann. 1, 10, 6. & 4, 41, 4. 3, 24, 2. Plutarch. Anton. 104. Dio tamen lib. 55. p. 554. non tam ob adulterium, quam quod spe imperii occupandi*

pandi eam adulterasse videbatur, interfectum memorat. Vellejus 2, 100, 4. sua manu cecidisse scribit: *Julius Antonius, singulare exemplum clementia Caesaris, violator ejus domus, ipse sceleris à se commissi ultor fuit.* Magnus Lipsius præcessisse justum Augusti conjicit, quod ille exsecutus sit sua manu: & sic conciliat.

XXXI. L. ANTONIUS.) Admodum adolescentulus ab Augusto in Civitatem Massiliensem, specie studiorum, quibus exilium ob delictum patris tegebatur, sepositus, eadem in civitate obiit, stirpis suæ virilis ultimus ad posteros tradux. Habitus tamen supremis honos, ossaque ejus decreto Senatus Octavianorum tumulo illata sunt. *Tac. Ann. 4, 44, 4 & 5.*

XXXII. SEXTUS ANTONIUS AFRICANUS.) De cujus nobilitate *Tac. Ann. 13, 19, 3. 14, 46, 2.*

XXXIII. SEXTO APPULEJO.) *Tac. An. 2, 50, 1.* Ita conjicio in tam obscura antiquitate, inductus à Dione, qui eum *lib. 56. p. 586. Cognatum Augusti* appellat.

XXXIV. APPULEJA VARILIA.) Sororis Augusti Neptis; *Tac. An. 2, 50, 1.* rectius *Pronaptis*, ut ex Genealogia patet. Sub Tiberio Majestatis accersita est, quod & probrosis sermonibus D. Augustum, Tiberiumque & Liviam inlusisset, & foedo adulterii crimine, domum Cæsaris, quem propinquitate contingebat, dehonestasset, exemplo majorum, ducentesimo ultra ab Urbe lapidem à propinquis suis remota est. *Tac. Ann. 2, 50, 4. Manilius* (hoc adultero nomen erat) Italia atque Africa prohibitus est. *Tac. d. l.*

XXXV. GN. POMPEJO M.) Ad retinendam scilicet necessitudinem ejus & voluntatem, postquam prior jam uxor *Julia*, quæ generi focerique concordiam matrimonii fide tenebat, è vivis excesserat. *Suet. Caesar. 27.*

XXXVI. M. ANTONIO NIVIRO.) *Vellej. 2, 78, 1.* cui post mortem Marcelli gravida adhuc ventreque pleno denupsit. *Dio 48. p. 391.* despondente illam *Augusto* fratre, qui vel sic affinitatis specie incautum Antonium opprimere quærebat. *Tac. Ann. 1, 10, 5.*

Ceterum Antonius, *M. Antonio Patre*, *Flor.* 3, 7, 2. (qui in bello contra Cretenses, in quo turpiter periit, *Creticus* appellatus, *Vellej.* 2. & *Julia*, *L. Julii Cæsaris*, qui bello Marsico cum *Rutilio Lupo* Confuit, *F. genitus*, inita cum Augusto & Lepido potentiae societate, *Vellej.* 2, 65, 2. *Brutum* & *Cassium* ad *Philippos* vicit, *Vellej.* 2, 70, 2. & 3. *Q. Hortensium* ad tumulum fratris *C. Antonii* (de quo vid. *Flor.* 4, 2, 31. & 32. *Dio* 31. p. 171. *Appian.* 5.) interemit. *M. Tullii Ciceronis*, qui continuis actionibus æternas memorie ejus inusserat notas, *Vellej.* 2, 65, 3. *Senec.* abscissum clarissimum caput, *Vellej.* 2, 66, 3. *Soas. ultim.* *Plin.* 7, 30. & dextram Rostris præfixit. *Flor.* 4, 6, 5. *Val. Max.* 1, 4, 5. 5, 3, 4. *Juven. Satyr.* 10, 118. Tandem ab Augusto, quem testamento Cæsaris prælatum sibi secundo hæredi furens, bello adortus erat, *Flor.* 4, 4, 1. *Dio* 44. *Ætiaca* navali pugna victus, *Tac. Ann.* 1, 2, 1. fugatusque, *Alexandriæ* non segniter seipsum interemit, multa que desidia crimina speciosam morte redemit, *Vellej.* 2, 87, 1. *Flor.* 4, 11, 9.

Habuit præterea *FULVIAM* Uxorem, *Epitom. Liv.* 125, 1. *M. Fulvii Bambalonis F. P. Clodii* viduam, *Dio* 46, p. 329. inquietem & supra sexum audacem, *Vellej.* 2, 74, 3. quæ *L. Antonium*, cognomen *PIETAS* meritum, ob insignem in fratrem *M. Antonium* *III Virum* pietatem, *Dio* 48. p. 362. *Suet. Aug.* 9. & 14. *Vellej.* 2, 74, 2. ad bellum *Perusinum* contra Augustum impulit: *Flor.* 4, 5, 2. *Appian. bell. civ.* 5. p. 702. & diserte Augustus in Epigrammate, quod apud *Martialem* legere est, *lib.* 11, 21. ut lapsus hic videatur *Svetonius.* Aug. 14. qui belli *Perusini* auctorem *L. Antonium* facit, cum non tam causa quam minister ejus, impellente *Fulvia*, & satelles fuerit. Lapsus etiam *Florus* 4, 5, 2. qui *Fulviam* hanc *L. Antonii* Uxorem facit, *Vid. GL.* I, H. *Bœclerum* in *dissert. ad Flor. d. l.*

Ex hac *FULVIA* sustulit:

**I. JULIUM ANTONIUM**, *Tac. Ann.* 1, 10, 6. 4, 44, 4. *Horat. Od.* 2. *lib.* 4. *Dio* 51. p. 454. *Aryllum* vel *Antyllum*, aut, secundum *Horatium lib.* 4. *Carm. Od.* 2. *Fabium* cognominatum, vitiorum suorum hæredem, sponsum, seu adulterum potius, *Julia*, Augusti *F. Svet. Aug.* 63. *Dio* 48. p. 391. mox *Marcella minoris* maritum, *vid. not. ad n.* 30. & fortean

**II. SISY-**

II. SISYPHUM, staturæ vix bipedalis, sed ingenii acerrimi. Indicat *Horat. lib. 1. Serm. Satyr. 111.*

————— *ut abortivus fuit olim*

SISYPHUS.

*abortivum*, ob curtatam corporis staturam hic existimo.

III. ANTONIAM, Uxorem *M. Lepidi*, *Dio 44. p. 270.* *M. Lepido III Viro geniti*, quem *Suet. Aug. 19.* memorat. Nec turbare debet *Vellejus* qui 2, 88, 4. *Serviliam, M. Lepidi uxorem* facit: Hinc enim, ut *Doctissimi Lipsi* verbis respondeam, scire licet, spectâ illâ, aut mortuâ, alteram superduxisse.

XXXVII. ANTONIA MAJOR.) Ita *Svetonius Calig. 1, 1. & Plutarch.* contra *Tacitus Minorem* vocat, *Ann. 4, 44, 2.* more *Historicis Romanis* satis crebro, mihi que observato, nisi forte cum *D'orleantio in Cogit. Nov. ad h. l. Taciti*, legere malis: cui tum *minor, Octavia Antonia genita in matrimonium daretur.* Ego de veritate secundum neutrum pronunciaverim. Ceterum notari hic meretur, quod observarunt *Viri in omni Antiquitate maximi*, hanc apud *Romanos muliebrium nominum rationem usitatam* fuisse, ut si unigenæ essent, gentis nomine appellarentur vel integro vel paulum inflexo. Sin sorores, eæque duæ, una *Major* altera *Minor*, dicebatur, ut apud *Livium Tullia Major & Minor*: apud *Svetonium August. 4. Octavia Major & Minor*, & hic *Antonia Major & Minor*. Sin tres pluresve, ex ordine nascendi adjectione vocis *Prima, Secunda, Tertia, Quarta, Quinta*que, distinguebantur; & ὑποκοριστικῶς seu per diminutionem, *Secundilla, Tertilla* seu *Tertulla, Quartilla, Quintilla* appellabantur. Nomen autem Gentis erat, ut *Cognomen Familæ*. Differunt *Gens & Familia*, ut totum & pars. *Gens* in multas dividebatur familias. Hinc *Gentem* definit *Festus* eam, quæ ex multis *Familiis* conficeretur: ut *Livius* scribit *lib. IX*: *Duodecim Potitiorum Familias* fuisse, cum *Gens Potitia* tota interit. *Tullius* quoque distingvit in *Liguriana*, cum ad *Tuberones* ait: *Novi studia GENERIS ac FAMILIÆ Vestra.* Nam erant *Tuberones* è *Gente Ælia*, in qua *Familie* erant *Tuberorum, Poetorum, Ligurum, Catonum, Lamiarum*, qui ex eadem *Gente* erant, *Gensiles*: qui ex

Fa-

*Familia eadem, Agnati dicebantur. Agnomen autem dicebatur quod extrinsecus cognomini adjicebatur, ex aliqua ratione quaesitum: ut Africanus, Asiaticus, Macedonicus. Præter hæc & nomina Adoptionum Romanis in usu erant. Quomodo Titus Pomponius Atticus, postquam ab Avunculo suo Q. Cæcilio adoptatus esset, dictus Q. Cæcilius Pomponianus Atticus. Octavius item adoptatus à Julio Cæsare, majore Avunculo, Cæsaris nomen assumpsit, & pro Octavio, Octavianus dictus fuit: & M. Brutus, post adoptionem, vocatus M. Cæpio. Filiorum etiam Pauli Æmilii Major, appellatus est Fabius Maximus, alter Scipionis nomen assumpsit. Adi Onuphr. Pannini & Caroli Sigonii Commentarios, & inter recentiores, Magnum J. Gerb. Vossium Lib. III. de Arte Gramm. c. VII. ubi plures indicat, sed hæc extra rem & lineas.*

XXXVIII. UXOR L. DOMITII ÆNOBARBI.) *Tac. Ann. 4, 44, 2. Cof. Dio 48. pag. 391. Vellej. 2, 72, 3. 2, 76, 2. Hic Neronis Imperatoris Avus fuit & aggeris apud Pontes longos structor. Tac. An 1, 63, 5. Germaniam superato Albi longius penetravit quam priorum quisquam, easque ob res insignia triumphi adeptus est. Tac. Ann. 4, 44, 3. Sueton. Ner. 4.*

XXXIX. GN. DOMITIUS ÆNOBARBUS.) *Cof. Vir ex omni parte vitæ detestabilis. Suet. Ner. 5. Arrogans, profusus, immitis, qui negavit quicquam ex se & Agrippina conjuge nisi detestabile ac malo publico nasci posse. Suet. Ner. 6. Dio 61. p. 688. Nec fefellit eventus. Homicida scelestissimus, perfidus, majestatis quoque, adulteriorum incestique cum sorore Lepida, sub excessum Tiberii reus factus, decessit Pyrgis morbo aquæ intercutis. Sueton. Ner. d. l.*

XL. NERO CLAUDIUS DOMITIANUS.) *Tac. 13, 10. 1. in Familiam Claudiam & nomen Neronis à Claudio Imperatore adoptatus. Tac. Ann. 11, 11, 4. 12, 25, 3. & 26, 1. Imperator VI. & Familiæ Cæsarum summum ad fastigium genitæ ultimus. Tac. Ann. 13, 17, 3. H. 1, 16, 2. Dio 63. p. 72. Scelus monstrumque hominis, & religionis usque quaque contemptor. Sueton. Ner. 56. Parricidio matris, amitæ Domitia vid. not. ad num. 49. necem junxit. Sueton. Ner. 34. Pudicitiam usque adeo prostituit, ut contaminatis pæne omnibus*

bus membris, novum genus luxus excogitarit, quod legere est apud *Tranquillum Ner.* 20. Epulas à medio die ad mediam noctem protraxit, refotus sæpius calidis piscinis ac, tempore æstivo, nivatis. *Sueton. Ner.* 27. APRILEM (ob detectam eo mense conjurationem Pisonianam) *Neronium* appellavit. *Sueton. Ner.* 56. *Tac. Ann.* 16, 12, 2. Urbem Romam incendit *Tac. An.* 15, 38, 1. rejecta culpa in Christianos, qui immani ob id crudelitate, nunc ferarum tergis contecti laniatu canum interiire, nunc crucibus affixi, flammatique: atque ubi defecisset dies, in usum nocturni luminis arferere. *Tac. d. l.* Tandem ab Urbe profugus, *Tac. H.* 3, 68, 2. in suburbano ubi se hostem à Senatu judicatum & ad pœnam quæri comperit, identidem dicitans: QVALIS ARTIFEX PEREO! ferum jugulo adegit, atque ita defecit, exstantibus ridentibusque oculis usque ad horrorem formidinem que visentium. Mors ejus tantum gaudii publice præbuit, ut plebs pileata, tota urbe discurreret. *Tac. H.* 1, 4, 2. Cineres cremati Gentili *Domitiorum* Monumento per nutrices conditi, *Suet. Ner. c. ultim.* De illo argutè *Posta:*

*Quis neget Ænea magna de stirpe Neronem?  
Sustulit hic Matrem, sustulit ille Patrem.*

ubi lusus in voce *tollere*, quod & *occidere* & *humeris attollere* vel *succollare* significat.

XLI. OCTAVIA.) *Claudii* Cæsaris Imperatoris V. & *Valerie Messaline* F. *vid. not. ad n.* 108. Ejus consuetudinem fato quodam, an quia prævalent inlicita, *Tac. An.* 13, 12, 3. cito aspernatus dimisit ut sterilem, *Tac. An.* 14, 60, 1. *H.* 1, 13, 5. mox revocatam iterum spernens, *Tac. An.* 14, 60, 6. sub crimine adulteriorum impudenti & falso, insula Pandararia cludit. *Tac. An.* 14, 63, 1. ubi abruptis venis, quia pressus pavore sanguis tardius labebatur, præfervidi balnei vapore enecata est. *Tac. Ann.* 14, 64, 3. Caput amputatum (quod unum sævitæ decrat) *Poppææ* pellici datum; templis dona decreta. *Tac. d. l.*

XLII. POPPÆA SABINA.) Principale scortum. *Tac. H.* 1, 13, 5. *Tito Ollio* patre, & *Poppæa Sabina*, *Tac. An.* 11, 2, 1. 11, 4,



I. 13, 43, 3. pulcherrima femina, *Tac. An. 13, 45, 3.* genita, sed nomen *Avi materni* sumserat, inlustri memoria *Poppai Sabini*, Consulari & Triumphali decore præfulgentis. Nam *Ollium* honoribus nondum functum amicitia *Sejani* pervertit. De illo *Tacit. Ann. 6, 39, 3.* *Fine anni Poppaeus Sabinus concessit vita, modicus originis, principum amicitia consulatum ac triumphale decus adeptus: maximisque provinciis per quatuor & viginti annos impositus nullam ob eximiam artem, sed quod par negotiis, neque supra erat.* Desultores maritos habuit I. *Rufum Crispinum*, Equitem Romanum & Præfectum Prætorio, *Tac. An. 11, 1, 4. 15, 71. 6. Dio 61, p. 692.* qui *Pisonianæ* conjurationis reus exul fuit, ex quo filium genuit, *Tac. Ann. 13, 45, 6.* Inde II. *Vestinum*, qui in eadem Consul trucidatus est, mox III. *M. Salvium Othonem*, Equitem Romanum, post Imperatorem VIII, *Sveton. Ner. 35. Dio 61. p. 692. Tac. An. 13, 45, 6. H. 1, 13, 5. 1, 78, 2.* qui laudata sæpius forma elegantiaque Uxoris apud Principem, incaute nescias an consulto (ut si eadem femina potirentur, id quoque vinculum potentiam ei adjiceret) adeo accendit *Neronem*, ut eam diu pellicis loco habitam, duodecimo post divortium *Octaviæ* die, in matrimonium etiam acciperet: *Tac. An. 14, 60, 2.* seposito per speciem legationis in provinciam *Lusitaniam Othone.* *Tac. An. 13, 46, 5. H. 1, 13, 5.* Postremo, fortuita mariti iracundia, rursus gravida ictu calcis afflictæ mortem obiit. *Tac. An. 16, 61.* Corpus non igni abolitum, ut Romanis mos est, sed Regum externorum consuetudine differtum odoribus conditum, tumuloque Juliorum inlatum: Huic mulieri cuncta alia fuisse præter honestum animum. *Famæ* nunquam pepercit, maritos & adulteros non distinguens, neque affectui suo aut alieno obnoxia, unde utilitas ostenderetur, illuc libidinem transferebat. *Tac. An. 13, 45, 5.* *Helena* altera, quæ forma mirabilis, libidine incomparabilis, Romam secundam Trojam pene subruit cum *Nerone Paride.* Hæc delicatioribus jumentis, quibus vehebatur, soleas ex auro puro dedit, ut luxum notes. *Plin. 33, 11.* & ut mollitiam noscās, quingentas secum foetas asinarum trahebat, ut lacteo balneo se ablueret, extendi quoque cutem putans.

XLIII. CLAUDIA AUGUSTA POPPÆA.) Cujus natalem plus quam mortali gaudio celebravit *Nero.* *Tac. An. 15, 23, 1.* additæ supplicationes & Templum FECUNDITATI & certamen ad

ad exemplum Atticæ religionis decretum. Sed fluxa & crepera omnia, quartum intra mensem extinctâ infante. *Tac. Ann.* 15, 23, 2.

**XLIV. STATILIA MESSALINA.**) *Tac. Ann.* 15, 68, 5. *T. Statilii Tauri* Cos. F. *Abneptis Tauri Statilii* bis Cos. ac triumphalia. *Suet. Ner.* 35. (Soror forte *Statilii Tauri*, qui ob opes & hortorum splendorem, quibus *Agrippina* inhiabat, accusatus, vim vitæ suæ intulit. *Tac. An.* 12. 59, 1.) Hac ut potiretur *Nero*, maritum ejus *Atticum Vestinum* Cos. acris ingenii virum, *Tac. Ann.* 15. 52, 4. in honore ipso trucidavit. *Sueton. Ner.* 35. *vid. Tac. An.* 15, 69.


**XLV. ACTE LIBERTA.**) & pellex, *Tac. Ann.* 13, 46, 4. 14. 2, 2, ex Asia oriunda mulier. *Dio* 61. p. 690. Hanc, parum abfuit, quin justo matrimonio sibi *Nero* jungeret, summissis Consularibus viris, qui Regio genere ortam pejerarent. *Sueton. Ner.* 28.

**XLVI. DOMITIA.**) *Tac. An.* 13, 19, 5. à Nerone Imperatore, paulo post fata matris, veneno sublata. *Suet. Ner.* 34. Uxor fuit *Passieni Crispi*, Viri Cos. & Oratoris, *Quintil.* 6, 11. cujus scitum illud in C. Cæsarem Caligulam dictum refert *Tac. An.* 6, 20, 2. **NEQ. MELIOREM UNQUAM SERVUM, NEQ. DETERIOREM DOMINUM FUISSE.** Seneca de hoc lib. 4. *Nat. Quæst. Crispus Passienus*, quo ego nil novi acutius in omnibus rebus, maxime in distinguendis & curandis vitiis, sæpe dicebat: Adulationis opus esse non claudere ostium sed aperire, & quidem sic quemadmodum amica solet, qua si impulsit, grata est: gravior, si effregit. Adde Veterem Scholiastam ad *Juvenalis Satyr.* 4. vers. 84.

— — — venit & Crispi jucunda senectus.

**XLVII. DOMITIA LEPIDA.**) Amita *Neronis*, *Sueton. Ner.* 7. id est, Patris soror: *Germanice Wase*, & *Agrippina*, *Germanici Filia*, *Sobrina prior*, ut loqui amat *Tacitus An.* 12, 64, 4: *Lepida minore* (lego, *major*: & mecum *Cujacius tit. Inst. de Gradib.* ex *Suet. Ner.* 5.) *Antonia genita*, (pro) *Avunculo Augusto Agrippina Sobrina prior*. *JCti Sobrinâ propiore* dicunt; & putat *D'orleantius in Cogit. Nov. ad Tac. An. XII. pag. 654, n. 8.* ita scriptum fuisse à *Cornelio*: sed abbreviatum verbum vitium fecisse. Rem clare dabimus: Erat Do-

Domitia Lepida ex *Antonia Majore*, Germanici matertera, genita, atque ita *Agrippina*, Germanici Filiae, *Sobrina prior* seu prior. *De Agrippinen Großmutter Schwester Tochter*. quod non percepisse videtur maximæ eruditionis & famæ Vir in Notis ad dictum locum Taciti *Ann.* 12, 64, 4. ubi *Domitiam Agrippina*, *Consobrinam* facit. Ex subjecto schemate facile patefcit.



Fœmina fuit impudica, infamis, violenta, *Agrippina*, uxoris fratris sui (*Gr. Domitii*, *vid not. ad. n.* 106. 119.) haud minus vitii æmula, quam si qua ex fortuna prospera acceperat. *Tac. An.* 12, 64, 5. Tandem à *Claudio* Imperatore V. marito *Agrippinæ*, accusata, quod conjugium (hoc est, conjugem, *Vid. Lips. in Not. ad Tac. An.* 12. n. 159) Principis devotionibus petivisset, quodque parum coërcitis per Calabriam servorum agminibus, pacem Italiæ turbasset, interfecta est. *Tac. An.* 12, 65. 2. *Ulpianus In L. Dedi tibi 3. §. si liber homo 5, Domitiam Neronis Filiam* vocat, insubide. Sed *Exscriptorum* peccatum hoc scito, qui pro *Neronis Sæa*, scripsere *Filia. Amita* enim, quæ est patris soror, & *matertera*, quæ matris, utraque promiscue *Sæa* appellatur, vel apud quosdam τῆς δῆς. *vid. D'orleant. Cog. nov. ad Tac. Ann.* 13, p. 682, n. 14. Igitur exculcata *filia*, rescribendum *amita*. *Adifis Cujac.* 18. *Obs.* 23. *Et in recitat. ad tit. Cod. de liberal. caus. Alciatum 4. Parerg.* 17.

XLVIII. VALERIA MESSALINA.) *Claudio Casari*, Imperatori V. nupta, in *C. Silium*, Juventutis Romanæ pulcherrimum, novo & furori proximo amore ita exarsit, ut *Juniam Silanam*, nobilem fœminam, matrimonio exturbaret, vacuoque adultero potire-

tiretur; *Tac. Ann.* 11, 12, 1. nec contenta furtivis amoribus, illi palam nubere voluit. Quod ubi *Claudius* rescivit, *Silium* morte puniri, *Tac. An.* 11, 26, 5. *Juvenal. Satyr.* 10. Messalinam carceri mancipari iussit: ubi postea inter lacrimas & inritos questus, frustra adhortante matre, *Non operiretur percussorem, morti decus quareret!* Tribuni ictu transfixa est. Corpus matri concessum. *Tac. An.* 11, 37, & 38.

XLIX. APPIO JUNIO SILANO.) Cos. qui eam sub vitæ finem duxit, brevi post ab Imperatore *Claudio* occisus. *vid. not. ad numer. 65.*

L. SERVIUS ET C. SULPICIUS GALBÆ.) Ante patris Imperium mortui. *Sveton. Galb.* 5.

LI. ANTONIA MINOR.) Pudicitia perinde ac forma spectabilis foemina. Uxor *Neronis Drusi*, Patris Germanici & Claudii Imperatoris V. *Sveton. Calig.* 1. *Claud.* 1. *Neron.* 5. cum quo conjunctissime vixit, destituta marito in viduitate annis amplius quadraginta quatuor persistens, cum se desertam videret, à Nepote *Caligula*, C. Germanici F. mœrore confecta decessit.

LII. OCTAVIUS AUGUSTUS.) Aurelio Victori OCTAVIANUS dicitur, cujus rei causam tradit Beroaldus: quod possessiva nomina loco patronymicorum apud Latinos usurpata sunt, ut *Emilianus Scipio*, pro *Emilii Filius*. Quadrimus patrem amisit, hinc in domo Vitrici *L. Martii Philippi* educatus tantum profecit in studiis, ut duodecimum annum ingressus pro *Roftris* laudaverit *Juliam Aviam*. Annos natus Octodecim avunculum Majorem, *Sveton. Aug.* 7, 4. & 10. (hoc est, fratrem aviæ) Cæsarem, contra liberos Pompeji longo molestoque itinere secutus, adeo devinxit sibi, ut supremis ab illo tabulis adoptatus, *Vellej.* 2, 59, 1. post exutum Lepidum, interfectumque Antonium, *Tac. Ann.* 1, 1, 3. *Svet. Aug.* 17.) quæ enim inter tam dissimillimos ac diversa volentes pax stare aut durare amicitia poterant? *Vellej.* 2, 6, 5. 2, 45, 1.) in Nomen & Imperium tandem successerit, dictus C. JULIUS CÆSAR OCTAVIANUS AUGUSTUS, quod Cognomen illi *Munatii Plancii*

ei sententia consensus universi Senatus Populique Romani indidit *Vellej. 2, 91, 1.* sanctiusque ac reverentius visum, quam aliud quodcunque, cum scilicet & loca religiosa, & in quibus augurato quid consecratur, *Augusta* dicantur, ab *auctu* vel ab avium *gestu gustu*. *CL. Bernegg. ad. Sueton. August. 7, 3.* PATRIS PATRIÆ, *Sueton. August. 59.* magnificam &, secundum Themistium, divinam prorsus appellationem, & *Perpetui Dictatoris* nomen, *Flor. 4, 12, 66.* prudenti consilio constanter reppulit. *Vellej. 2, 89, 5.* *Sueton. August. 52.* ne detestati in *Sulla* & *Julio* tituli invidiam ac odium experiretur, *Dio 54. pr. Tac. Ann. 1, 9, 5.* re tamen ipsa omnia imperia præmineret. *Tac. Ann. 13, 56, 1.* *Vid. omnino CL. Dominum Baclerum in Not. ad Vellej. 2, 89, 5.* Vir omnibus omnium gentium Viris magnitudine sua inducturus caliginem. *Vellej. 2, 36, 1.* Corpore toto pulcer, liberalium studiorum, præsertim Eloquentiæ, adeo pervicax, ut nullus, ne in procinctu quidem, laberetur dies, quin legeret, scriberet, declamaret. Rempublicam Romanam ad summum culmen evexit; *Vellej. 2, 89, 2.* Unde in *Apolog.* Tertullianus *Imperii formatorem, &, libro de Anima, Reformatorem, Civikumque turbinum sepul-torem* nuncupat. Urbem præterea auxit, ornavit, *Vellej. 2, 89, 5.* *Sueton. Aug. 29.* *Tac. Ann. 3, 72, 1.* isto glorians dicto: *Urbem lateritanam repperi, relinquo marmoream.* *Sueton. Aug. 28.* Cantabros, Aquitanos, Rhætos, Vindelicos, Delmatas, numero Provinciarum Populi Romani conjunxit. Sicambros & Svevos dedentes se traduxit in Gallias, Pannonios stipendiariis adjecit: Getarum populos Bastarnasque laceffitos bellis ad concordiam compulit, *Sueton. Aug. 21, 2.* Clades graves duas perpeffus est, nec alibi quam in Germaniis; Lollianam ac Varianam, *Tac. An. 1, 10, 6.* sed illam majoris in famiæ quam detrimenti, amissa Quintæ Legionis Aquila: hanc pene internecinam tribus legionibus totidemque alis & sex cohortibus una cum legatis & *Quinctilio Varo* cæsis, quâ nunciata adeo consternatum ferunt, ut promissâ barba crineque, caput interdum foribus illideret, vociferans: QVINCTILI VARE REDDE LEGIONES. Filios populo commendans semper adjecit, SI MERE-BUNTUR. Jocis etiam & salibus emicuit, salvo tamen, ut scribit Macrobius, majestatis pudorisque respectu, ne in scurram caderet. *Vid. Macrob. 2, 10.* Leges tulit *Julias* & *Papiam, Poppam*, quarum

rum Illa de maritandis ordinibus fuit, Horatio *Lex Marita & Ferax* dicta, in cantu Sæculari :

— — — patrumque  
 Prosperes decreta super jugandis  
 Feminis, prolisque nova feraci Lege marita.

ubi Scholiastes Vetus : LEX MARITA dicitur, qua de maritandis Ordinibus lata erat, qua & Julia dicta est. Caesar enim post bellum legem tulit, ne quis aut celebs esset, aut Vidua nubilis, quo posset jactura juvenum reparari, que bellis civilibus contigerat, nam prope octoginta armatorum millia interierant. Capita Legis Juliæ fuerunt:

UTI LIBERTINAS DUCERE LICERET OMNIBUS PRÆ-  
 TER SENATORES.

UTI SPONSIONES PACTIONESQUE NUPTIALES NON  
 ULTRA BIENNIUM DIFFERRI JUS ESSET.

UTI DIVORTIOTUM CERTUS ESSET MODUS.

aliaque quæ postea in Legem Papiam mixta & incerta. *Vid. Lipsium in Not. ad lib. 111. Ann. Tac. Num. 45. LEX PAPIA POPPÆA* incitandis Cœlibum poenis & augendo ærario lata erat, *Tac. Ann. 3, 25, 1. & ibi Lips. Alciat. & Ferret.* Tandem Nolæ in eodem cubiculo, quo pater Octavius, *Tac. Ann. 1, 9, 2.* in amplexibus Tiberii, *Vellej. 2, 123, 3. Sveton. August. 98 & Tiber. 21.* osculisque Liviæ (dubium dolo uxoris, an morbo, *Tac. Ann. 1, 5, 1. Dio 56. p. 586.*) & in hac voce defecit: LIVIA NOSTRI CONJUGII MEMOR VIVE AC VALE. *Suet. Aug. 99.* annos natus LXXVI. diebus quinque & tringinta minus. *Vellej. d. 1.* Corpus Romam per Decuriones portatum ac Senatorum humeris in campum delatum, publice crematum fuit. Pro æde D. Julii à Tiberio privigno; & pro Rostris sub veteribus, à Druso, Tiberii Filio, laudatus est. Nec defuit Vir Prætorius (Numerius scilicet Atticus à Livia subornatus. *Dio*) qui se effigiem cremati euntem in Cœlum vidisse juraret. Hinc memoriæ ejus Templum in Palatio, *Dio 59. p. 641.* cœlestesque religiones à Senatu, à Tribunis Plebis *Ludi* decreti, qui de  
 no-

nomine Augusti Fastis additi, *Augustales* vocati sunt. *Tac. Ann.* 1, 15, 3. 1, 54, 2. 1, 11, 1. *Vellej.* 2, 124, 3. 2, 126, 1. Dicata etiam effigies ejus in curia, & haud procul theatro Marcelli à Livia; *Tac. Ann.* 3, 64, 2. Sic enim interpretor illum locum cum maximi nominis Florentino, BERNARDO DAVANZATI, qui consulendus in divina & prorsus incomparabili versione Florentina Auctoris nostri hic, & in *Postilla* ad hunc locum; à quo etiam est *CL. Germania sua Decus*, *Dn. J. Freinsbemi* in *Not. ad h. l. & in Paraphrasi Corneliiana*. Mensis etiam *Sextilis* (sic dictus, quod à *Martio*, hoc est, Vetere Anni auspicio, *sextus* esset,) ab ipso nomen accepit decernente id palam Senatu, cujus verba recitat *Macrobius*, *Saturnal.* 1, 12. *fin.* cineresque ejus Mausolæo Augusto conditi sunt. *Sveton. Aug.* 100.

LIII. SERVILIA.) *P. Servilii Isaurici* F. adolescens adhuc, mox dimissa. *Sveton. Aug.* 62.

LIV. CLODIA.) *Fulvia*, ex *P. Clodio*, inimico Ciceronis, *Vellej.* 2, 45, 2. Filia, *Dio* 46. p. 329. Antonii privigna, *Vellej.* 2, 65, 2. quam reconciliatus post primam discordiam *Antonio*, & postulantibus utriusque militibus, ut & necessitudine aliqua jungerentur, *Uxorem* duxit, vix dum nubilem. Postea similtate cum *Fulvia* *Socru* exortâ, dimisit intactam adhuc & virginem. *Sveton. August.* 62. Cujus indicat causam satis obscœnam ipse Augustus hoc *Epigrammate*:

*Quod futuit Glaphyren Antonius, hanc mihi penam  
Fulvia constituit, se quoque uti futuam:  
Aut futue, aut pugnemus ait: quid quod mihi vita  
Charior est ipsa mentula, signa cunant.*

Nota obiter, Fulviam tres maritos habuisse: *P. Clodium*, ex quo hæc nostra: Secundum, *Curionem*: Tertium, *M. Antonium*, de quo supra.

LV. SCRIBONIA.) Vidua *P. Cornelii Scipionis Nasice*, ex quo *Corneliam* habuit. *Svet. Aug.* 62. quam *Propertius* 4. *eleg. ult.* *Julia* sororem vocat: Ille (de Augusto loquitur) *sua nata dignam vixisse sororem,*

*rem, Increpat, & lacrimas vidimus ire Dea. Julia quippe & Cornelia diverso patre ab eodem utero erant. L. Scribonii Libonis, Tribuni plebis & incertæ matris, F. Liv. 49. Soror L. Scribonii Libonis, Drusi, Consularis, Dio 48. p. 368. ejusque, ex Pompeja, filii Libonis Drusi, Amita. Qui rerum novarum & affectati impetii sub Tiberio postulatus, Tacit. Ann. 2, 27, 1. sua manu mortem præcepit, 2, 31, 3. De Familia sic idem, Ann. 2, 27, 3. Libo Drusus, dum Proavum Pompejum, Amitam Scriboniam, quæ quondam Augusti Conjux fuerat, Consobrinos Casares, plenam imaginibus Domum ostentat. Ad quem locum Magnus Lipsius: Ante lucem, scribit. quarere cecepi hoc Stemma, & vercor ut concubium noctis sit priusquam pertingam. Ego, ut ingenue fatear, die plus uno, in his salebris & nec dum eluctatus hæreo, quid mirum? si tacent Veteres, à quibus unice lux huic nocti. Vide tamen subjectum schema, quod ex Lipsio deprompsimus, eoque si placet, utere: si non, rectiora imperti.*

(Proavus) Pompejus M.

(Avus.) Sext. Pompejus, M. F. ejus Uxor L. Scribonia

Scribonia, Uxor  
Augusti

L. Scribonius, cui Uxor Pompeja, Val. Max. 6,  
2. desponsa M. Marcello, non de-  
ducta.

\* L. Scribonia,  
Sext. Pompeji  
(Magni Pompeji  
Filii) Ux.  
Dio 48. vid.  
not. ad Num.  
10.

Scribonius Libo Drusus,  
de quo hic.

L. Scribonius Libo,  
qui Cos. initio  
libri 2. *Annal. Ta-*  
*citi.*

Scriboniam eo Consilio duxisse Augustum *Appianus* memorat, ut, si conciliatione cum Sexto Pompejo opus esset, cum de Antonii animo dubitaret, occasione[m] promptam & paratam haberet. *Appian. de*

N

*bell.*



*bell. Civ. 5.* Tandem ob morum perversitatem excedere domo & longe valere iussa est. *Sveton. Aug. 62. Dio 48. p. 379.*

LVI. JULIA.) Per omnia tanti parentis ac Viri immemor, nihil quod facere aut pati turpiter posset foemina, luxuriâ, libidine infectum reliquit; magnitudinemque fortunæ suæ peccandi licentia metita est, quicquid liberet pro licito vindicans. *Vellej. 2, 93, 3. 2, 100, 3. Sveton. Aug. 65. Tib. 11. Tac. Ann. 3, 24, 2. Senec. Benef. 6, 32.* Hinc à patre Augusto Pandatariâ primum insulâ, absente marito Tiberio, *Vellej. 2, 100, 5.* mox opido Rbeginorum, qui Siculum fretrum accolunt, clausa; *Tac. Ann. 1, 53, 1.* postremo à Tiberio quem, ut imparem spreverat, extorris omnisque spei egena, longa tabe perempta est. *Tac. Ann. 1, 53, 3*

*Squalitate, summa scabie, summa in arumna obruta:  
Neque inimicis invidiosa, neque amico exoptabilis.*

ut ait *Lucillius.*

LVII. M. CLAUDIUM MARCELLUM.) *Dio 53, pag. 515. C. Marcelli & Octavia, Sororis Augusti, Filium Amitinum. Vellej. 2, 93, 1. vid. not. ad n. 24.*

LVIII. M. VIPSANIUM AGRIPPAM.) *Dio 54, p. 524.* Loco & natalibus adeo ignobilem, ut generis eum sui nominisque puderet. Testis est post *Tacitum Ann. 1, 3, 1. Seneca Controv. lib. 11.* Tanta autem sub D. Augusto libertas fuit, ut præpotenti tunc M. Agrippa non defuerint, qui ignobilitatem objicerent. VIPSANIUS AGRIPPA fuerat. Vipsanii nomen quasi argumentum paterna humilitatis susculerat, & M. Agrippa dicebatur. Cum defenderet reum, fuit accusator qui diceret, AGRIPPA M. ET QUOD IN MEDIO EST, volebat Vipsanium intelligi. Fuit qui diceret, *Concurrite Agrippa* (hoc est, æger partus, nam æger partus, Agrippa dictus, *Plin. 7, 8.*) *malum habebis, responde Diis.* (*D'orleantius in Cogitat. Nov. ad Tac. Ann. 1, 3, 1. n. 3. legit, Te sponde diis, i. e. vove.*) Ea in parte utique mihi admiratione dignus Augustus, sed horum non possum non misereri, qui tanti putant caput potius, quam digitum (*Lipsius dictum legit,*) perdere. Nihil igitur ad veterem & patritiam Agripparum Familiam Noster pertinuit, de qua *Silius, lib. 13.*

At

*At contra Agrippa, \*) haud parvum decus (inclita namque  
Semina ab OEni ductoris stirpe traherat)  
OEtolidas interfuit haud ignobile nomen.*

Hinc adeo exosum *Agrippa* nomen Caligula habuit propter ignobilitatem, ut se nec dici nec nominari vellet *Agrippæ* nepotem, *Sveton. Calig. 2.* Ceterum Virtutis fuit nobilissimæ, labore, vigilia, periculo invictus, parendique, sed uni, scientissimus, aliis sanè imperandi cupidus, & per omnia extra dilationes positus, consultisque facta conjungens. *Vellej. 2, 79, 1.* Hinc amicitia *Octavii* in III. Consulatum & mox Collegium Tribunitiæ potestatis evectus. *Vellej. 2, 90, 1.* tandem etiam defuncto *Marcello* gener sumptus, *Tac. An. 1, 3, 1. Vellej. 2, 93, 3.* (ex duplici scilicet necessitate, quam doctissime explicat *CL. Bæclerus in Not. ad Vellej. 2, 94, 3.*) novitatem suam & ignobile genus multis rebus præclare nobilitavit & extulit. *Vellej. 2, 96, 1. Flor. 4, 12, 51.* Bello *Perusino* per acies confecto missus in *Gallias*, rem feliciter gessit, *Ubiosque* *Rheno* transgressos in fidem recepit. *Tac. 12, 27, 2.* Profligato deinde ad *Liparam* navali pugna *Pompejo*, parem operam nec infelicius in *Actiaco* bello præstitit, cujus ille summus, fuso interfectoque *Antonio*, egregiam *Augusto* victoriam peperit, quæ causâ ut *Plinio 35. 4. Maximus Civium* vocetur. Opera ad ornatum Urbis & captandæ popularis gratiæ excitavit quam plurima. *Septa Julia* in *Circo* maximo picturis & tabulis lapideis exculta; *Templum Neptuni* cum porticu pulcherrima, *Gymnasium Laconicum* & *Pantheon*, quod hodieque, sub nomine *S. Mariæ Rotundæ*, perstat, hac inscriptione Veteri:

M. AGRIPPA L. F. COS. TERT. FECIT. Obiit anno LI. vitæ acceptæ.

LIX. C. JULIUS CÆSAR VIPSANIUS.) *Vellej. 2, 99, 2. Natu major, exfertè hoc, Plinius 6, 27. Hoc in loco genitum esse Dionysium, terrarum Orbis situs recentissimum auctorem, constat, quem ad commentanda*

N 2

omnia

\*) Aliter hic locus legitur in præstantissimis editionibus, ut nihil ille ad *Agrippam*. Vide *Silium clarissimi Drakenburgii p. 636.*

omnia in Orientem pramisit D. Augustus ituro in Armeniam ad Parthicas Arabicasque res, majore filio (i.e. Cajo.) Sic enim Noster: *Cajum remeantem Armenia*, Ann. 1, 3, 4. Lapsus igitur *Seneca, pater*, dum lib. 2. *Controv.* 3. Lucium Cajo præponit. Cui Uxor *Livia* seu *Livilla*, Tac. Ann. 4, 40, 5. *Neronis Drusi* F. *Germanici* soror. Tac. An. 2, 84, 1. postea *Druso*, *Tiberii* filio, nupta. Tac. Ann. 2, 43, 9. 4, 40, 5. & post hujus obitum à *Sejano* frustra Uxor quæsitâ. Tacit. Ann. 4, 39.

LX. L. JULIUS CÆSAR VIPSANIUS.) *Vellej.* 2, 99, 2. cui destinata Uxor *Æmilia Lepida*, *Æmilii Lepidi* & *Corneliæ Faustæ* F. generosissima foemina. *Svet. Aug.* 64. adde quæ diximus ad Num. 10. Hos duos, præpositis *Caji* ac *Lucii* nominibus, *Svet. Aug.* 25, 2. in familiam Cæsarum induxit Augustus, *Vellej.* 2, 96, 1. & necdum posita puerili prætexta, *Principes Juventutis* appellari, destinare Consules specie recusantis flagrantissime cupivit. Tac. Ann. 1, 3, 3. Cujus memoriam servant Nummi hac inscriptione:

C. L. CÆSARES AUGUSTI F. COS. DES. PRINC. JUVENT.

Adjecta utriusque effigies cum Clypeis & Hastis, quæ Tirocinii die Equites dederant, honoris Augusti causa. Sed *L. Casarem* euntem ad Hispanienses exercitus Massiliæ, *Vellej.* 2, 102, 4. *Flor.* 4, 12, 42. *Cajum* remeantem Armenia & vulnere invalidum, in Urbe Lyciæ (*Limyram* nominant) *Vellej. d. l.* *Svet. Aug.* 65. mors fato propra, vel novercæ *Liviæ* dolus abstulit. Tac. Ann. 1, 3, 4. *Sveton. Tiber.* 23. *Ossa Caji* Romam à *Tribunis* militum portata sunt.

LXI. M. JULIUS CÆSAR AGRIPPA POSTHUMUS.) Sic dictus quod post mortem *M. Agrippæ* natus erat. *Vellej.* 2, 104, 1. Extinctis fratribus, eodem quo *Tiberius* die *Vellej.* 2, 112, 7. ab Augusto avo suo adoptatus est, hoc tamen discrimine, quod in *Tiberii* adoptione adjectum his ipsis Cæsaribus verbis: HOC, inquit, REIPUBLICÆ CAUSSA FACIO. *Vellej. d. l.* *Dio*, 55. p. 568. δαλο-πεπῆ, præcipitisque iræ hominem vocat, ausum etiam novercalem animum *Julia*, & Augusto bonorum paternorum detentionem exprobare. *Svetonius*, *Aug.* 65. ingenium illi sordidum & ferox tribuit: *Vellejus*

lejus etiam mira pravitate animi atque ingenii, patris atque ejusdem avi sui animum alienasse. *Vellej. 2, 12, 7.* tantumque exacerbasse scribit, ut hortatu Liviæ in *Planasiam* insulam rejecerit. *Suet. Aug. 19.* ubi mox post fata Augusti, jussu Tiberii, quod primum novi Principatus facinus fuit, a centurione occisus est. *Tacit. Ann. 1, 6, 11. 1, 53, 3. 2, 39, 3. Dio 57. p. 600.* Ab his tamen abire videtur Tacitus, dum *An. 1, 3, 6.* *Rudem* quidem *bonarum artium, & robore corporis solide ferocem, nullius tamen flagitii compertum* memorat; exiliumque ac mortem pessimam, solis novercantis Liviæ novercalibus odi distribuit; quo cum sentit *Dio 57.* Notandum in transcurso, omnes *M. Agrippa* liberos, si unam *Juliam, L. Æmilii Cos. Uxorem* (quæ citra vim & ex natura, seu, ut *Tranquillus* loquitur, sua morte, obiisse colligitur ex *Tacit. Ann. 4, 71, 5.* nisi, dum *Augustæ ope sustentatam* scribit Tacitus, fame oppressam tacite innuere dicas:) & *Vipsianiam, ex prima Uxore, Tac. Ann. 3, 19, 4. adde not. ad num. 81. fin.* excipias, violenta morte periisse. *Cajus & Lucius* veneno, *Tac. Ann. 1, 3, 4. Agrippa Posthumus* ferro, *Tacit. Ann. 1, 6, 1. Agrippina, fame. Tacit. Ann. 3, 19, 4. 6, 25, 1.*

LXII. AGRIPPINA.) *Consobrina & Uxor Germanici; & Asinii Galli liberorum matertera. Tac. An. 4, 73, 3.* Uxor enim *Asinii Vipsania* erat, dixi ad n. 81. *Consanguinea* Agrippinæ Soror, hoc est, eodem patre sed diversa matre genita. Pudicitia impenetrabilis femina. *Tac. Ann. 4, 12, 4.* æqui impatiens, dominandi avida, virilibus curis feminarum vitia exuerat. *Tacit. Ann. 6, 25, 2.* Cum *Livia Augusta* ob æmulationem potentia *Tacit. Ann. 3, 72, 2.* graves similitates exercuit. Maritum in *Germanias* secuta, non dubitavit munia Ducis induere, militibus, ut quis inops & faucius, vestem ac fomenta dilargita est. *Tacit. Ann. 1, 69, 2.* Marito etiam ad componendum Orientem misso, per *Syriam, Armeniam & Ægyptum* individua Comes adhæsit. Tandem fraude *Sejani, a Tiberio* criminante, quod modo ad statuam Augusti, modo ad exercitus confugere vellet, adulterii etiam consuetudinem cum *Asinio Gallo* habuisset, *Tac. Ann. 6, 25, 2.* Senatus decreto in Insulam *Pandarariam* rejecta est. *Suet. Tib. 53.* Ubi per quinquennium spe sustentata, quam auxit *Sejani supplicium, cum de sævitia nil remitti videret,*

voluntate extincta est, nisi negatis alimentis adsimulatus est finis, qui videtur sponte sumptus. *Tac. Ann.* 6, 25, 1.

LXIII. JULIA.) Uxor L. *Æmilii Pauli*, Cos. quem ideo *Progenerum Augusti* vocat *Tranquillus*, *Aug.* 19. & 64. quod *Juliam*, illius *Neptem*, uxorem habebat. Sic *Tiberium Progenerum Pomponii Attici*, scribit *Seneca Epist.* 21. quia uxorem duxerat *Agrippinam Vipsaniam* illius *Neptem*, M. *Agrippa* genitam. Ad quorum exemplum *Tacitus*, *Histor.* 5, 9, 8. *Antonium Felicem*, Procuratorem *Judææ*, M. *Antonii* & *Cleopatra Progenerum* dicit; quod *Drusillam*, *Cleopatra* & *Antonii Neptem*, in matrimonio habebat. Adde eundem *Ann.* 6, 45, 4. Ceterum *Julia* ut matris nomen, ita & flagitia rettulit, *Tac. Ann.* 3, 24, 2. incontinens, & jugulati pudoris, quæ causa etiam, quod ab *Augusto* projecta fuit in insulam *Trimetum*, *Diomedearum* unam haud procul *Apulis* littoribus, ubi viginti annos exilium toleravit, *Livia Augustæ* ope sustentata, quæ florentis privignos privignasque, cum per occultum subvertisset, misericordiam erga afflictos palam ostentabat. *Tacit. Ann.* 4, 71, 5. & 6. Adulteros habuit (1.) *Sempronium Gracchum*, familia nobilem, sollertem ingenio, & pravè facundum, C. *Gracchi* patrem. *Tac. An.* 4, 13, 4. de quo hic *Nummus*: TI. SEMPRONIUS. GRACCHUS. IIIIVIR. Q. DESIG. inversa facie; DIVI JULII F. (2.) *Quintium Crispinum*, de utroque *Vellejus*, 2, 100, 5. *Quintius Crispinus* singularem nequitiam *supercilia truci* protegens, & *Appius Claudius* & *Sempronius Gracchus* ac *Scipio*. (3.) *Appium Claudium*. (4.) *Julium Antonium*, vid. not. ad n. 28. (5.) *D. Silanum*, *Tac. An.* 4, 71, 5. (6) *Scipionem*. *Vellej. d. l.*

LXIV. M. ÆMILIUS LEPIDUS.) *Drusillæ*, *Germanici F.* maritus. Vid. not. ad num. 102. *Agrippinæ* etiam gloriæ suæ, *Seinet Frauen Schwester*/stuprator infamis: *Tac. Ann.* 14, 2, 4. *Sveton. Calig.* 24. *Dio* 59. p. 655. Adde quæ dicemus infra num. 106. dum *Cæsareo* inreperere regno tentat, à *Caligula*, cujus olim familiarissimus fuerat, præventus & oppressus est. *Dio* 59. p. 655. *Svet. Claud. Senec. Epist.* 4. & meminit ejus *Tacit. An.* 3, 72, 1.

LXV. ÆMILIA LEPIDA.) *Tacit. Ann.* 3, 23, 2. Sponsa *Claudii Imperatoris V.* admodum adolescentis. *Svet. Claud.* 26, à quo ob

ob parentum suorum in Augustum odia, adhuc virgo dimissa est. *Vid. not. ad num. 94.* Nupsit deinde *Appio Junio Silano*, qui ab Imperatore Claudio, incerto crimine occisus est. *Dio 60. pag. 671. Sveton. Claud. 37.* Hunc *Consocerum Claudii* vocat *Svetonius*, *Claud. 29.* propter conjunctos nempe matrimonio utriusque liberos, *L. Silanum* filium ejus, *Octaviae* sponsum: *Tac. Ann. 12, 3, 3. Svet. Claud. 29. & 37. & Domitiam Lepidam*, Appii Conjugem, *Dio 60.* & *Messalinæ*, Uxoris Claudii, matrem.

LXVI. L. SILANUS.) Cui Claudius Cæsar Imperator V. *Octaviam F.* desponderat. *Sveton. Claud. 29. Tac. d. l. vid. not. ad n. 118. Senec. in apocoloc.* Juvenemque & alias clarum, insigni triumphalium & gladiatorii muneris magnificentia protulerat ad studia vulgi. Sed huic adversa *Agrippina*, quæ nuptias Domitii Neronis & *Octaviae*, Cæsaris F. moliens, excitato in illum Vitellio, adfinitatem pactam dissolvit, spem matrimonii decollavit: Præturam insuper, quam gerebat, abjurare coacto. *Tac. Ann. 12, 3, 3.* Cujus injuriæ impatiens, ipso Domitii & *Octaviae* nuptiarum die, sibi mortem conscivit, sive eo usque spem vitæ produxerat, sive delecto die, augendam ad invidiam. *Tac. Ann. 12, 8, 1.*

LXVII. M. JUNIUS SILANUS.) Cos. *Tac. Ann. 2, 59, 1.* insigni nobilitate & eloquentia præcellens. *Tac. Ann. 3, 24, 6.* a genero suo Caligula ad necem secandasque novacula fauces compulsus. *Sveton. Calig. 23.*

LXVIII. JUNIA CLAUDILLA.) Prima C. Cæsaris Caligulae Uxor. *Sveton. Calig. 12. & 23. vid. num. 96.* Nam *Junia Claudilla* in matrimonio Caligulae ex partu obiit. *Svet. Calig. 12.*

LXIX. D. JUNIUS SILANUS.) In Nepti Augusti adulter, in voluntarium exilium concessit, rediitque sub Tiberio, *M. Silani*, fratris qui per insignem nobilitatem & eloquentiam præcallebat, potentia. *Tac. Ann. 3, 24, 5 & 6.*

LXX. JUNIUS SILANUS.) *Plinius lib. VII. MARCUM* vocat, non infrequenti in Propriis Nominibus, Prænominibus  
ma-

maxime, apud Scriptores variatione. Videatur in banc rem *CL. Joan. Freinshemius, Vir ad gloriam & salutem Literariae Rei natus, ad Flor. 3, 21, 18. Lit. Z. ProCos. Asiae & D. Augusti Abnepos. Tacit. Ann. 13, 1, 2. Senec. Apocol. De illo Plin. 7, 13. D. Augustus in reliqua exemplorum raritate, neptis suae nepotem vidit genitum, quo excessit anno, M. SILANUM: qui cum Asiam obtineret post consulatum (Proconsulatu, legit Lipsius) Neronis Principis successione, veneno ejus sublatus est. At Tacitus Ann. 13, 1, 1. per dolum Agrippinae, ignaro Nerone, interiisse scribit; addens: Non quia ingenii violentia interitum inritaverat, fegnis & dominationibus aliis fastiditus, adeo ut C. Caesar, Pecudem auream eum appellare solitus sit. Adde Dion. 60. p. 682. Verum quod Agrippina fratri ejus, L. Silano, mortem molita, ultorem metuebat, crebra vulgi fama; Anteponendum esse vix dum pueritiam egresso Neroni, & imperium per scelus adeptu, virum etate composita, insontem, nobilem, & quod tunc spectaretur, & Caesaris posteris. Quippe & Silanus D. Augusti Abnepos erat. Haec causa necis, Ministri fuere P. Celer, Eques Romanus & Aelius libertus, rei familiari Principis in Asia impositus. Ab his Proconsuli venenum inter epulas datum est, apertius, quam ut fallerent. Tac. Ann. 13, 1, 4.*

LXXI. JUNIA CALVINA.) Decora ac procax femina, Nurus olim Vitellii, Tacit. Ann. 12, 4, 1. *Schnur/ oder Sohns Frau.* puta L. Vitellii, Patris Imperatoris. Tac. H. 3, 86, 1. nam A. Vitellii filio forsitan nupta; & fortassis mater Furii Camilli Scriboniani. Tac. Ann. 12, 52, 2. (sic conjicit *CL. Freinsb. in Indic. Taciti, voce Junia,*) ex Furio Camillo Praefide Dalmatiae a Claudio oppresso. Plin. lib. 3. Epist. 16. Per Agrippinam, Neronis matrem Italia pulsa est, Tac. Ann. 12, 8, 1. Postea a Nerone, qui invidiam extinctae matris gravare cupiebat, cum aliis illustribus feminis ab Agrippina olim pulsas, patriis sedibus restituta, vitam usque ad novissima Vespasiani tempora produxit. Tac. Ann. 14, 12, 5. Sueton. Tit. Vesp. 23.

LXXII. JUNIA SILANA.) *Lips. Comm. ad Tacit. Ann. XIII. XVIII. n. LI.* Uxor C. Silii, Tac. Ann. 11, 12, 3. post Sextio ab Africano petita, sed deterruit Agrippina, impudicam & vergentem annis dictitans. Tac. Ann. 13, 19, 9. insignis forma & lascivia, & Agrippinae Neronis matri diu percara, mox verso affectu ab eadem novarum

varum rerum accusata, *Tac. Ann.* 13, 18, 4. in exilium acta est. *Tac. Ann.* 13, 22, 3,

LXXIII. JUNIUS SILANUS TORQUATUS.) Eximia nobilitate disciplinaque C. Cassii, apud quem eductus erat, ad omnem claritudinem sublatus. *Tac. Ann.* 15, 52, 3. Hunc Nero nullo crimine, nisi quod claritudinæ generis & modesta juvenia præcellerat, condemnatum, *Tac. An.* 16, 7, 2. tanquam devehretur, Hostiam amovit, post municipio Apuliæ, cui nomen est Barium, clusit. Illic indignissimum casum sapienter tolerans, ubi percussorem ad cædem missum conspexit, quamvis inermis, prævalidus tamen, & iræ quam tumori propior, nudis manibus diu obnixus, vulneribus adversis, tanquam in pugna, cecidit. *Tacit. An.* 16, 9, 2. 16, 12, 2. In hæc posteritas Augusti, per *Juliam* neptem propagata, scelere Neronis defecit.

LXXIV. L. JUNIUS SILANUS TORQUATUS.) *Tac. An.* 16, 8, 1. à Nerone accusatus, quod supra Junia familia claritudinem, *D. Augustum Avum* ferebat, cum damnatio instaret, brachiorum venas interscidit. *Tacit. An.* 15, 35, 3. Mortem ejus secuta Neronis oratio ex more: *Quamvis fontem & defensionem merito diffusum, victurum tamen fuisse si clementiam judicis expectasset.* *Tacit. Ann.* 15, 35, 1. & 4.

LXXV. JUNIA LEPIDA.) *C. Cassii*, Præsidis Syriæ, *Uxor*, *L. Junii Silani Torquati Amita*, *Mume / Wase / des Vaters halb Schwester.* *Tac. Ann.* 16, 8, 2. quippe Appio Junio Silano & Domitia Lepida genita. Marito per Sctum in insulam Sardiniam acto, *Tac. Ann.* 16, 9, 1. objectante Nerone quod inter imagines majorum, etiam *C. Cassii* effigiem coluisset, ita inscriptam: DUCI PARTIUM: eo femina belli civilis & defectionem à Domo Cæsaris quaesitam. *Tac. An.* 16, 7, 3. *Lepida* quoque incestus cum fratris filio (*L. scilicet Silano Torquato*) accusata, Cæsari judicanda relicta fuit. *Tacit. Ann.* 16, 9, 1.

LXXVI. Horum Proavus fuit C. JUNIUS SILANUS.) *Tacit. Ann.* 3, 68, 3. *Tiberius* *que in Silanum parabat, quo excu-*  
○
satus



*satius sub exemplo acciperentur, libellos Divi Augusti de Voleso Messala, ejusdem Asia Proconsule, factum in eum Senatus consultum recitari jubet. Tum L. Pisonem sententiam rogat. Ille multum de clementia principis prefatus, aqua atque igni Silano interdendum censuit, ipsumque in insulam Gyarum relegandum. Eadem ceteri, nisi quod Cn. Lentulus separanda Silani materna bona, (QUIPPE ALIA PARENTE GENITI) reddendaque filio dixit, adveniente Tiberio. Locus vexatissimus, & cui explanando non una dies aut nox impensa. Omnis autem Crux ab his verbis: Quippe alia parente geniti, quæ alii ut mutila sic supplenda censent, ut pro alia, legatur Julia parente geniti: & sit sensus. Censuisse Cn. Lentulum pia moderatione, non publicanda esse materna C. Silani bona, in favorem matris Juliae, ex qua natus esset, sed deportando in insulam servanda, reddendaque filio ejus. Quid enim absurdi? (scribit CL. Freinsh. in expos. loc. Corn. Interp. intact.) si quis existimaret plures fuisse Julias, quam quas hæc scriptorum reliquia nobis exhibent. Alius Interpretum, Junium, Appii Junii F. Silanum, Filium, cui materna bona conceduntur hic: ipsum autem damnatum C. Silanum, Filium Juliae, quæ neptis erat Augusti, fuisse existimat. Sed hanc sententiam jam pridem confutavit CL. Freinshemius in Comparat. Versionum Taciti, An. 3, 68, 1. Sed puto (inquiens) satisfactum illi (Viro Docto) nunc ostenso temporum rationem non congruere. Nam Silanus qui hic damnatus ipse etiam Viri docti judicio Cos. fuit A. V. C. DCC. LXII. Demonstravi autem ut omnia alia largiter è Julia nepte Augusti ante annum DCC XLIX. nullum Silanum nasci potuisse. Ipsa quippe JULIA ut à Chronologis observatum, A. V. DCC XXXVIII. primum edita, non potuit ante annum XIV, qui incidit in A. V. DCCLI. ex Æmilio Paulo peperisse Æmiliam Lepidam, inde autem mox C. Junio nuptam edidisse hunc C. Junium Silanum ProCos. Asiae, ultra quod non memorent Historiæ scriptores. Etiam falsum & fictum vel inde apparet, quod C. Junius A. V. DCC LXX. ProCos. fuisse scribitur, quo, secundum calculum hunc annos XX. & I. plus non habuit. Ætas autem Magistratus legitima annorum XXV. fuit, ut ex Decreto Mæcenatis docet Dio LII. in quem primus gradus Quæstura. Vid. Doctiss. Lipsium Comment. Ann. Tac. III. n. 52. Ut de sorore C. Junii Silani, Torquata, Vestali Virgine nihil addam, quam Tacitus Ann. 3, 69, 5. priscæ sanctimoniam virginem appellat. Quomodo autem*

*priscæ*

*Prisca sanctimonia illa? quæ secundum opinionem hanc ultra annos XV. aut XVI. non ferebat.*

Dorleantius in *Cogit. Nov.* locum hunc sic explicat: *Tres fuere Silani: Avus, Pater & Filius. Avus duas duxit Uxores: Primam & Secundam. Ex Prima habuit Silanum Patrem; ex Secunda, nullos liberos. Silanus ex primo matrimonio filium habuit Silanum. Secunda Uxor avi, cum ab ea nullos liberos haberet, privigni filio, quasi nepoti, sua bona dedit, donatione puto causa mortis, vel inter vivos. Postea illa decasit, filio autem impubere, cum Silanus pater idemque filii tutor his bonis uteretur, reus factus est & damnatus in insulam. Lentulus censuit separanda bona materna, reddendaque filio ejus, quod ei secunda uxor avi donasset. Quippe ex alia parente Silanus pater erat genitus. Nec fiscus in bonis donatis à noverca filio privigni quidquam habuit. At autem recte, separanda Silani materna bona, nam & bona matris noverca, que loco matris est, penes ipsum erant. Bona matris successorio jure, bona noverca quod filius impubes esset cujus erat tutor. Dixi in bonis donatis fiscum nihil habuisse. Et vere dixi, quia filius Silani rei non deliquisset, & pater in rebus donatis nullum habuit dominium, cum ea non suo sed nomine tutoris possideret. Sic ubi de damnatione Lepida supra: Scauro datum qui filiam ex ea genuerat, ne bona publicarentur. Haftenus ille. Ego in hac dividiâ conjecturarum, locum hunc vix aliter restituendum censeam, quam si pro ALIA, scribatur, CORNELIA Parente geniti; qui lapsus librariorum est. & ita C. Junius hic non Julia sed Cornelia, Cn. Lentuli Cos. F. & Cn. Lentuli hic (qui separanda Silani materna bona, reddendaque filio, dixerat) amitâ magnâ, Germanic. Groß-Vatern Schwester/ genitus intelligatur, quod è subiecto schemate clarum facio.*

CN. LENTULUS.

Cn. Corn. Lentulus Cos.  
A. V. DCCXL.

Cornelia, Uxor. C. Jun. Silani, Cos. A. V. DCCXXXVII.

Cn. Corn. Lentulus qui & Cossus, Cos. A. V. DCCLII.

C. Junius Silanus Cos. A. V. DCCLXIII. ProCos. A. V. Noster scilicet, qui in Cytheram insulam relegatus est.

Cossus Lentulus Cos. A. V. DCC LXXIIX. & in præfectura Urbis successor Pisonis. *Senec. Epist. LXXXIII.*

Cn. Lentulus Triumphalis de Getulis, de quo hic Tacitus, Majestatis accusatus sub Tiberio *Tac. Ann. 4, 29, 1. obiit 4, 44, 1.*

Appius Junius Silanus, Æmiliæ Lepidæ maritus, Cos. A. V. DCCLXXXI. ProCos. Hisp. occisus A. V. DCCXCV.

Cn. Lentulus Getulicus Cos. *Tac. Ann. 4, 46, 1.* & superioris Germaniæ Legatus. 6, 30, 3.

Et hinc jam apparet, cur *Cn. Lentuli* sententia mitior fuerit, censentis, non aqua & igni interdicendum Silano & in Gyarum insulam relegandum, quod *Piso* dixerat; sed separanda Silani materna bona, QUIPPE NB. CORNELIA PARENTE GENITI, quæ amita *Lentuli* magna, reddendaque filio, cui *Lentulus* hic *Consobrinus* erat: Mit dem er ardet Schwester und Bruder-Kind war. Cui quidem interpretationi hoc firmiter in hæreo, postquam idem mecum sentire *CL. Thom. Reinesium* in *Epistolis* animadverti, quas ille varia eruditione plenas nuper admodum publicæ dedit.

De C. Silano hic Lapis:

P. CORNELIUS P. F. DOLABELLA  
C. JUNIUS C. F. SILANUS FLAMEN MARTIALIS  
EX. S. C.  
FACIUNDUM CURAVERUNT IDEM QUE PRO-  
BAVERUNT.

De sorore *Torquata* Romæ marmor legitur:

JUNIÆ C. SILANI F.  
TORQUATÆ VIR. VEST. MAXIMÆ.

Et aliud in Hortis Vaticanis:

I. JUNONI  
JUNIÆ C. SILANI F.  
TORQUATÆ  
SACERDOTI VESTALI ANNIS LXIII.  
CELESTI PATRONÆ ACTIUS L.

LXXVII. LIVIA DRUSILLA.) Quæ postea adoptione in familiam Juliam per testamentum Augusti inserta, *Tacit. Ann. 6. 51, 1.* (de quò more videndus *Barnabas Brissonus Lib. VII. Solenn. Form.*) JULIA AUGUSTA dici meruit, *Sueton. Aug. 101. Tac. Ann. 1, 8, 2. & Ann. 5. pr.* Filia item (puta per adoptionem) Augusti, matris sui ad deos jam transgressi: *Ovid. 4. de Pont.* Cui eq. nomine *Ara* decreta; *Tacit. Ann. 1, 14, 2.* & ex Consulto Senatus SACERDOS FLAMINICA, prima & perpetua, *Vallej. 2, 75, 3. &*

Dio 56. p. 596. Tunc vero consecrantes Augustum Sodales ei & sacra inscri-  
uerunt & SACERDOTEM LIVIAM. Hinc passim in Lapidibus  
& Nummis DIVI FILIA legitur, ut in Marmore Hispaniensi.

JULIÆ AUG.  
DIVI F. MATRI  
TI. CÆSARIS AUG. PRINCIPIS ET CONSERVA-  
TORIS  
ET DRUSI GERMANICI  
M. CORNELIUS PROCULUS  
PONTIFEX CÆSARUM

In Nummo æreo :

S. P. Q. R. DIVÆ JULIÆ AUG. FIL.

Et apud Ovidium, IV. de Ponto:

*Nec pietas ignota mea est, videt hospita tellus*

*In nostra sacrum Cæsaris esse domo.*

*Stant pariter Natusque pius, CONIUXQUE SACER-*  
*DOS*

*Numina jam facto non leviora Deo*

Natus pius, Tiberius, Coniux Sacerdos, Livia interpretanda est. Me-  
minit & hujus Sacerdotii Augusti Arianius de sermone Epicteti. Lib. 1.  
cap. 19. non sine inrisu illorum qui magno studio & sumptu illud  
prensabant. En Verba: Hodie locutus mecum quidam super Sacerdo-  
tio Augusti. Dico ei, Mi homo mitte rem, sumptum multum facies frustra.  
At scribe publici nomen meum adnotabunt. Num tu igitur legentibus omnibus  
coram dices, Nle inscripserunt? & ut nunc possis adesse omnibus legentibus,  
mordicus quid facies? Manebit meum nomen. Inscribe ipsum lapidi, & ma-  
nebit. Age, extra Nicopolim autem que memoria tui? At coronam auream  
gestabo. Si prorsum appetis coronam, roseam indutus circumi, aspectu enim  
id jucundius. Ad hujus exemplum Agrippina, defuncti mariti sui  
Claudii Imperatoris V. Flaminia constituta esse videtur, apud Tac-  
Ann. 13, 1. Sed præter Liviam ascitæ & aliæ Feminae ad hujus Di-  
vi cultum, adeo infecta adulatione & sordida tunc tempora erant;  
nem-

nempe *P. Posthumia & Lucretia*, de quibus Marmor, quod hic prætermisisse nefas :

P. POSTHUMÆ P. F. PAULLÆ SACERD. D. JULI. AUGUST.

& aliud in Hispaniis :

LUCR. L. F. CAMPANA FLAM. PERP. DOMUS AUGUST.

Additus quoque *Tiberius Drususque & Claudius & Germanicus* cum primoribus Civitatis uno & viginti, ad exemplum Romuli qui servandæ Tatii memoriæ *Sodales Tattios* instituerat, memorante Tacito *Ann. 1, 54, 1. H. 2, 95, 2.* qui idem de novo hoc SODALIUM AUGUSTALIUM sacerdotio, *Ann. 1, 54, 1. Idem annus novas ceremonias accepit, addito SODALIUM AUGUSTALIUM SACERDOTIO.* Imitari exemplum hoc in aliis deinceps Imperatoribus placuit, qui Divi salutati: Hinc illa nomina, SODALES FLAVII, HADRIANALES, ÆLIANI, ANTONINI passim in Historia. De *Nerone Casare, Germanici, Filio Lapis* :

NERONI CÆSARI GERMANICI F.  
TI. AUGUSTI N. DIVI AUGUST. PRON.  
FLAM. AUGUSTALI SODALI AUGUSTA  
LI. Q. Q. NOVANIUS. Q. L. SÆVIUS

*Adde Alex. de Alexand. Genial. dior. lib. 6. cap. 12. & ibi Tiracuellam. & I. Lipsium in Excurs. ad 1. Lib. Ann. Taciti Lit. C.* Ceterum fuit LIVIA L. Livii Claudiani, nobilissimi & fortissimi viri (qui adoptatus in familiam Liviam DRUSI cognomentum accepit. *Vellej. 2, 94, 1. Tacit. Ann. 5, 1, 1.* & post pugnam Philippensem, Bruti & Cassi partes secutus, sua manu perit, *Vellej. 2, 71, 3. Dio 48.*) & *Aufidia* (ex *M. Aufidio Lurco* Tribuno plebis, familiarique Ciceronis, *Cic. 1. ad Attic. 13.* genitæ) filia, *Vellej. 2, 75, 3.* genere, probitate, formâ, Romanarum eminentissima. *Vellej. d. l.* Primum illi matrimonium ac liberi fuere cum *Tiberio Claudio Nerone*, *Vellej. 2, 79, 2. Tac. Ann. 5.*

1,2. Pratore & Pontifice, magni animi doctissimique ingenii viro, *Vellej. 2, 75, 1. 2, 94, 1. Exin Augustus, Vellej. 2, 75, 3. cupidine formæ Neroni abstulit; incertum an invitam: adeo properus, ut ne spatio ad enitendum dato, penatibus suis gravidam induxerit, consultis per ludibrium Pontificibus: An concepto nec dum edito partu, rite nuberet. Tac. Ann. 1, 10, 7. & 5, 1, 3. Svet. August. 36. Infectatus hanc abductionem Prudensius contra Symmachum in his versibus:*

*Nondum maternam partu vacuaverat alvum.  
 Conceptamque viri sobolem paritura gerebat  
 Pronuba: jam gravida fulcrum geniale paratur  
 Jam sponsus saliente utero nubentis, amicos  
 Advocat, hanc sterilem certus fore jam sibi pactam.  
 Vitricus antevenit tardum præservedus ortum  
 Privigni nondum geniti: mox editur inter  
 Fescennina, novo proles aliena marito:  
 Idque Deum sortes & Apollinis antra dederunt  
 Consilium, nunquam melius nam cedere tadas  
 Responsum est, quam cum pregnantis nova nupta jugatur.*

Tulit liberorum ex ea, cum maxime cuperet, nihil. Hæc causa adoptandi privignum utrumque, & assumendi in nomen Augustum; Tiberium nempe Neronem, *vid. num. 80. & Neronem Claudium Drusum Tac. An. 2, 32, 3. vid. num. 87. Svet. Aug. 65. Tac. An. 1, 8, 1. Vellej. 2, 75, 3.* Formæ excellentis fuit, & ultra quam antiquis feminis præbatur, comis; mater impotens, uxor facilis (h. e. ut ipsa explicat apud Dion. in *Apophtegm. Omnia mandata ejus alacriter obiens, minimeque in facta ejus alia inquirens, minimeque in lusus amatorios mariti, sed eos disfavillat:*) & cum artibus mariti, simulatione filii bene composita. *Tac. An. 5, 1, 5. Mortem obiit ætate extrema, Tac. An. 5, 1, 1.) annos nata LXXXII. Plin. 14, 6. Funus ejus modicum fuit; laudata Livia est pro Rostris à Cæsare Caligula pronepote, De hac Pædo Poeta:*

*Nata*

*Nata quod es alto, quod factibus aucta duobus,  
Tiberio scilicet & Druso:*

*Quodque etiam magno consociata Jovi.*

id est, *Augusto.*

LXXVIII. TIBERIUS NERO, IMPERATOR III.) *Vellejus* 2, 96, 1. simpliciter *Neronem*, *Horatius lib. I, Epist. 3. & 9. Claudium* appellat. Ex patricia Gente *Claudia*, *Tac. Ann. 6, 51, 1.* matre *Livia*, patre *Tiberio Claudio Nerone* natus, *Vellej. 2, 94, 1.* ab *Augusto*, hortatu matris; Filius, Collega Imperii consorsque Tribunitiæ potestatis, *Tacit. Ann. 1, 3, 5. 1, 10, 10. Vellej. 2, 99, 1. 2, 103, 2. Svet. Tib. 15. Dio 55,* & tandem hæres in Testamento adsumptus est. Verba Testamenti apud *Svetonium Tiber. 23.* hæc leguntur: *Quoniam sinistra fortuna Cajum & Lucium filios mihi eripuit; Tiberius Caesar mihi ex parte dimidia & sextanti Hæres esto.* In Fastis, ut & Fragmento Legis Regiæ, *Tiberium Julium* vocari invenio. Utrumque subjicio: *Ti. Julius divi Augusti, F. divi Juli N. Caesar, Aug.*

FRAGMENTUM \*) LEG. REGIÆ:

*Fædus. ut. cum. quibus. volet. facere. liceat. ita. uti. licuit. D. Augusto. Tiberio. Julio. Cesari. Aug. Tiberioque. Claudio Cesari, Aug. Germanico.*

*Utique. ei. Senatum. habere. relationem. facere. remittere. Senatus. consulta. per. relationem. discessionemque. facere. liceat. ita. uti. licuit, D. Augusto. Ti. Claudio. Cesari, Aug. Germanico.*

*Utique. cum. ex. voluntate. auctoritateve. jussu. mandatuve. ejus. presenteve. eo. Senatus. habebitur. omnium. rerum. jus. perinde. habeatur. servetur. ac. si. è. lege. Senatus. edictus. esset. habereturque.*

*Utique. quos. magistratum. potestatem. Imperium. curationemve. cujus. rei. petentes. Senatui. Populoque. Romano. commendaverit. quibusque. suffragationem. suam. dederit. promiserit. eorum. comitiis. quibusque. extra. ordinem. ratio. habeatur.*

P

Utique

\*) Gruter. Inscript p. CCXLII. Jo. Frid. Gronovius Orat. de Aegæ Regia & Janus Vincentius Gravina lib. de Romano Imperio.



*Utique. ei. fines. Pomærii. proferre. promovere. quum. ex. republica. censerebit. esse. liceat. uti. licuit. Ti. Claudio. Casari. Aug. Germanico.*

*Utique. quacunque. ex. usu. Reipublica. Majestate. Divinarum. humanarum. publicarum. privatarumque. rerum. esse. censerebit. ei. agere. facere. jus. potestasque. sit. ita. uti. D. Augusto Tiberioque. Julio. Casari Aug. Tiberioque. Claudio. Casari. Aug. Germanico. fuit.*

*Utique. quibus. legibus. plebeie scitis. scriptum. fuit. ne. D. Augustus Tiberiusve. Julius. Casar. Aug. Tiberiusque. Claudius. Casar. Aug. Germanicus. tenerentur. iis. legibus. plebeique. scitis. Imp. Casar. Vespasiano. Aug. solutus. sit. quaque. ex. quaque. lege. rogatione D. Augustum Tiberiumve. Julium. Casarem. Aug. Tiberiumve. Claudium. Casarem. Aug. Germanicum. facere. oportuit. ea. omnia. Imp. Casari. Vespasiano. Aug. facere. liceat.*

*Utique. quacunque. ante. hanc. legem. rogatam. acta. gesta. decreta. imperata. ab. Imperatore. Casare. Vespasiano. Aug. jussu. mandatuve. ejus. a. quaque. facta. sunt. ea. perinde. justa. rataque. sint. ac. si. populi. plebisve. jussu. acta. essent.*

## SANCTIO.

*Si. quis. hujusce. legis. ergo. adversus. leges. rogationes. plebisve. scita. Senatusve. consulta. fecit. fecerit. sive. quod. eum. ex. lege. rogationeve. plebisve. scito. S. ve. C. facere. oportebit. non. fecerit. hujus. legis. ergo. id. ei. ne. fraudi. esto. neve. quid. ob. eam. rem. populo. dare. debeto. neve. cui. de. ea. re. actio. neve. judicatio. esto. neve. quis. de. ea. re. apud. se. agi. sinito.*

Propter nimiam vini aviditatem BIBERIUS CALDIUS MERO vocari Tiberius meruit. *Svet. Tiber. 42.* & CALDIUS quidem, à frequenti calide potu. Ad omne genus libidinis natura adeo pronus, ut in ingenua pube stupranda, non formam tantum & decora corpora, sed in his modestam pueritiam, in aliis imagines majorum incitamentum cupidinis haberet. *Tac. An. 6, 1, 4.* callidus & tegendis sceleribus obscurus. *Tac. An. 6, 24, 4.* nullam æque ex virtutibus suis, ut rebatur, quam dissimulationem, dilexit. *Tacit. Ann. 4, 71, 3. 6, 60, 1.* Hinc appellationem DOMINI, prænomen IMPERATORIS, PARENTISQUE PATRIÆ delatum sæpius vocabulum respuens, *Tac. An. 2, 87, 2.* Servorum se DOMINUM, IMPERATOREM militum, Sena-

Senatus ceterorumque civium PRINCIPEM seu *Præcipuum* esse dixit. *Sueton. Tiber. 27. Dio LVII. pag. 606. seq.* Bellum Pannonicum gessit primo, *Vellej. 2, 96, 2.* mox defuncto *Drufo Claudio* fratre, belli Germanici curam sumpsit, quod sua & Virtute & Fortuna administravit, peragratusque victor omnes partes Germaniæ, sine ullo detrimento commissi exercitus, quod præcipue curæ semper fuit illi, sic perdomuit illam, ut in formam pœne stipendiariæ redegerit, Provinciæ. *Vellej. 2, 97, 4. 2, 104, 2. 2, 105, 1.* Præsidibus onerandas tributis Provincias censentibus rescripsit: *Boni pastoris esse tondere pecus, non deglubere.* Adversus quorundam famulos libellos, ultionem efflagitantibus amicis, *In libera Civitate liberas esse linguas debere,* respondit: patientiam libertatis alienæ ostentans, & contemptor suæ infamiæ. *Tac. Ann. 6, 38, 4.* Tandem apud promontorium Misseni, in villa L. Luculli prope Neapolim, & lento & tabifico veneno, à C. Caligula propinato, *Suet. Tib. 73.* vel injectu etiam multæ vestis, *Tac. An. 6, 50, 8. & Dio 58. p. 636.* extinctus est, octavo & septuagesimo ætatis anno, tertio & vigesimo imperii, *Tac. Ann. 6, 51, 4.* Corpus Romam per milites deportatum publico funere crematum est, *Suet. Tib. 75.*

I. XXIX. AGRIPPINA.) *Tacit. Ann. 1, 12, 6. 2, 43, 9. Senec. Epist. 21. VIPSANIA* dicta, *M. Agrippa Vipsanii, Tacit. An. 3, 19, 4. & Pomponia* (ex *Cacilio* vel *Pomponio Attico, Corn. Nepos, Attic. 21, 4. Senec. Epist. 21.* Equite Romano) Uxoris suæ primæ Filia. *Suet. Tib. 7. Vellej. 2, 96, 1. Dio 54. p. 542. & Agrippina, Uxoris Cermanici, soror consanguinea:* quippe eodem patre, *Vipsanio,* natæ ambæ, diversâ matre. *Tacit. Ann. 4, 71, 3.* à Cæsare Augusto vix annicula ipsi desponsata. *Corn. Nep. Attic. 12, 1. & 19, 4.* his verbis: *Nata est autem Attico neptis ex Agrippa, cui virginem filiam collocarat. Hanc Cæsar (Octavius Augustus) vix anniculam Tiberio Claudio Neroni Drufillâ nato, privigno suo despondit: qua conjunctio necessitudinem eorum sanxit, familiaritatem reddidit frequentiore.* Hanc postea nato jam *Drufo,* quanquam optime convenientem, rursumque gravidam, non sine summo animi angore, pro *Julia* Augusti F. demittere coactus fuit. *Suet. Tib. 7.* Unde postea *ASINIO GALLO COS.* (*Pollionis Asinii, Oratoris maximi, Senec. de Tranq. animi, 16, 11. Flor. 4, 12, 11.* Ciceronique infensissimi, *Senec. Suas. 6. Filio, Tac. An. 1, 12, 6. 11, 6, 4.*) nupta, *Tac. An. 1, 12, 6.*

2, 32, 3. 4, 71. 3. *Dio* 57. p. 600. qui & *Asinius Saloninus* dictus, à devictis à patre Salonis in Dalmatia, *Flor.* 4, 12, 9. quo tempore natus erat. *J. Lipsius in Comm. ad Tac. An.* 3, 75, 1. & *Serv. ad princip. Eclog.* 4. *Virg.*) postquam adulterii cum *Agrippina*, Germanici vidua, falso à Tiberio accusaretur. *Tac. An.* 6, 25, 2. egestate cibi se peremit. *Tac. An.* 6, 23, 1. Ceterum ex *Agrippina* & *Asinio* virilis sexus septem geniti sunt, I. C. ASINIUS SALONINUS, quem fratrem uterinum, *Drusi* (Tiberii Imperatoris ex *Agrippina* Filii) vocat *Tacitus*, *Tiberioque progenerum* destinatum scribit; *Ann.* 3, 75, 1. scilicet quod aliquam ex Filiabus Germanici (quem jussu Augusti Tiberius adoptaverat, *Tac. Ann.* 1, 3, 7. 2, 43, 8. 12, 25, 2. 1, 47, 3. 1, 76, 4.) ducturus esset. Dicitur enim, auctore *Modestino*, *Socer magnus* uxoris meæ avus, qui & *profocer* appellatur, & ego sum illi *progener*: & Avus meus, *Socer magnus* est uxoris meæ, illa illi *pronurus*. Item *Profocrus* mihi, Uxoris meæ avia est, ego illius sum *Progener*. l. 4. §. 6. *vers. potest. ff. de grad. & affin. vid. quæ notavi ad n.* 65. II. L. ASINIUS GALLUS, qui ad res novas sub Claudio adspiravit. *Sveton. Claud.* 13. *Dio* 62. *Tac. Ann.* 14, 48, 1. III. CN. ASINIUS POLLIO, *Tac. Ann.* 4 1, 1. *H.* 2, 59, 1. Et de hoc inscriptio sepulchri marmorei Puteolis cl. loc. II reperti, quam se vidisse affirmat *Capacius lib. II. Histor. Neapol. c. XXIV. p. 718.* CN. ASINIO POLLIONIS ET AGRIPPÆ NEPOTI PUTEOLANI PATRONO PUBLICÆ. IV. ASINIUS AGRIPPA, *Tacit. Ann.* 4, 34, 1. 4, 61, 1. V. ASINIUS CELER, quem *Consulem* *Plinius* nominat, 9, 17. *Macrob.* 3. VI. ÆSERNIUS MARCELLUS, *Svet. Aug.* 43. à *Pisone* patronus petitus; *Tac. Ann.* 3, 11, 2. contra quam putat *Lipsius*, qui interjecta inter *Æsernium* & *Marcellum* virgula, per *Marcellum* hic designari credit *Eprium* nomine, *cujus celebre ingenium in foro.* Sed dispunxit hunc errorem jam pridem *CL. Dn. Johannes Freinshemius in Notis ad b.* I VII. VIPSANIUS GALLUS, de quo *Tac. An.* 2, 51, 1. & ibi *Ludovicus D'orleantius in Cogit. Nov. p. 259. n. 8.* Nec est quod miretur aliquis, tot filios Consules huic Viro fuisse, cum ipse *Tacitus* de morte ipsius agens, *An.* 6, 23, 2 scribat: *Scilicet, medio triennio defuerat tempus subeundi judicium consulari seni, tot consularium parenti.* Hæc est illa *Vipsania*, quam unam omnium *Agrippæ* liberorum miti obitu (hoc est, ex fato suo & natura) excessisse scribit *Tacitus Ann.* 3, 19, 4. cui tamen addenda videtur *Julia*, L. Æmilii Cos. Uxor, quod supra monuisse commemini.

LXXX. DRUSUS CÆSAR.) *Tac. Ann.* 1, 24, 1. 1, 25, 1. 3, 2, 4. 3, 19, 4. 1, 1, 27. 1, 47, 3. 1, 76, 4. 2, 45, 1. *Et* 8. 2, 84, 3. *Vellej.* 2, 130, 3. Commotior animo manuque promptus, unde & *Castor* cognominatus est, *Dio* 57. p. 608. ac sanguine humano nimis gaudens. *Tac. Ann.* 1, 76, 4. 3, 37, 3. ter Cos. creatus, *Tac. Ann.* 1, 55, 1. 3, 22, 6. Tribunitiam potestatem per patrem impetravit, *Tac. An.* 3, 56, 1. Tandem impatiens æmuli, à Seiano, cui orto forte jurgio, manus intenderat, per *Livillam* (*Tacitus Liviam* vocat, *An.* 4, 3. *Et* 2, 43, 9.) uxorem adulterio plectam, *Tac. Ann.* 4, 3, 4. *Suet. Tiber.* 53, 54. & aliquid *Vellejus* 2, 130, 4. veneno extinguitur. *Tac. Ann.* 4, 8, 1. *Orosius lib.* 7. Drusum à Tiberio extinctum tradit, ex vulgi scilicet fabula, quæ jam Taciti ævo jactabatur. Quasi Sejanus, ubi locus veneficii tempusque composita erant, eo audaciæ provectus fuerit, ut eum everteret, & occulto judicio Drusum veneni in patrem arguens, monuerit Tiberium, vitandam potionem, quæ prima ei apud filium epulanti offerretur. Ea fraude tum senem, postquam consilium inierat, exceptum poculum Druso tradidisse: atque illo ignaro & juveniliter hauriente, auctam suspicionem, tanquam metu & pudore sibimet inrogaret mortem, quam patri struxerat. Sed ut vana hæc, ita à *Cornelio* facile refutantur: Quis enim mediocri prudentia, ne dum Tiberius tantis rebus exercitus, inaudito filio exitium offerret, idque sua manu & nullo ad pœnitendum regressu? Quin potius ministrum veneni excruciarer, auctorem inquireret, instituta etiam in extraneos contatione, & mora adversum unicum & nullius ante flagitii compertum, Sed quia Sejanus facinorum omnium repertor habebatur, ex nimia charitate in eum Cæsaris, & ceterorum in utrumque odio, quamvis fabulosa & immania credebantur, atrocior semper fama erga dominantium exitus. *Tacit. An.* 4, 11, 4. Tacitus vocat illum *Fratrem* (puta adoptivum) (Tiberii) CLAUDII, *Ann.* 3, 2, 4. quem postea fortuna contra spem omnium ad imperii fastigium evexit. *Quippe*, ait *Noster*, *An.* 3, 13, 7. *fama. spe. venerationis potius omnes destinabantur imperio, quam quem futurum principem, fortuna in occulto tenebat.*

LXXXI. DUO VIRILIS SEXUS SIMUL EDITI.) *Tac. An.* 2, 84, 1. 3, 56, 6. *Et* 3, 34, 10. quorum alter quadrimus periiit, *Tac. An.* 4, 15, 1. *Vellej.* 2, 130, 3. alter *Tiberius* dictus, *Suet. Tiber.* 54. *Dio* 58.

58, p. 632. à Caligula, qui ipsi cohæres à Tiberio datus fuerat, *Sveton. Calig.* 14, 15, 23. inopinans per Tribunum militum repente immissum interemptus est. *Svet. Calig.* 23. quod bene præviderat avus. Hinc semel crebris cum lacrimis, hunc minorem ex nepotibus complexus, truci alterius vultu & adducto: *Occides hunc tu, dixit, & te alius. Tac. An.* 6, 46, 6. Nec se fellit. Sic enim de hoc *Philo de leg. ad Cajum: Suum patruelem* (*Svetonius Fratrem* vocat; *Calig.* 23. minus congrue.) *& imperii cohæredem, & propiorem Tiberii successorem, quod hic natura, ipse adoptione nepos esset, occidit, causatus ab eo se petatum insidiis: quod crimen ne hujus ætatis quidem competebat, vix enim primam adolescentiam missellus attigerat!*

LXXXII. JULIA.) *Dio* 58, p. 631. Primum illi matrimonium cum *Nerone*, vetustissimo liberorum Germanici fuit: *Tac. Ann.* 3, 29, 3. 4, 60, 3. quo crudeliter à Tiberio interempto, *Sveton. Tiber.* 54. II. ducta est à *Rubellio Blando*, *Tac. Ann.* 3, 23, 3. 6, 45, 4. non sine mœrore civitatis, quæ avum ejus Tiburtim Equitem Romanum meminerat, *Tac. Ann.* 6, 27, 1. 6, 45, 4. Tandem dolo *Messalina*, accusatore *Suillio*, 13, 43, 3. à *Claudio* interfecta est. *Tac. Ann.* 13, 32, 3. *Sveton. Claud.* 29. *Dio* 60.

LXXXIII. RUBELLIUS PLAUTUS.) *Tac. An.* 13, 19, 2. 14, 22, 2. *Tranquillus Ner.* 35. *Aulum Plantium* vocat. Vir magnis opibus. *Tacit. Ann.* 14, 57, 3. & 6. quem Nero sermone vulgi imperio destinatum, *Tac. Ann.* 14, 22, 2. in Asiam amovit, *Tacit. Ann.* 14, 57, 3. ibidemque manu centurionis extinxit, *Tacit. Ann.* 14, 49, 3. Relatum caput ejus inludit Nero. Nec ita multo post Conjux ejus *Antistia Pollutia*, *Tacit. Ann.* 14, 22, 6. 16, 10, 1. 14, 58, 4. *L. Antistii Veteris Proc. Asiæ*, 16, 10, 1. F. invisâ *Neroni*, tanquam vivendo mortem *Rubelli Plauti* exprobareret, cum patre & avia *Sextia*, *Tacit. Ann.* 16, 11, 4. eodem in cubiculo, eodem ferro venas abscidit. *Tacit. Ann.* 16, 10, 1. & 11, 4.

LXXXIV. JULIA.) F. *Augusti*, *Tacit. Ann.* 1, 53, 1. 6, 5, 3. *Vellej.* 2, 96, 1. cujus fastum & impudicitiam ferre nequens *Rhodum* concessit, *Tac. Ann.* 1, 4, 4. *Svet. Tib.* 10. *Vellej.* 2, 99, 4. Ex ea proles *Tiberius*, sed infans *Aquilejæ* extinctus, *Vellej.* 2, 130, 3. ideoque adopta.

adoptatus jussu Augusti, *Tac. Ann.* 1, 3, 7. Germanicus Cæsar, *Tac. An.* 12, 25, 2. 1, 47, 3. 3, 12, 7. 4, 57, 5. 3, 31, 1. qui ideo *Drusi* (Tiberii Filii) *frater* vocatur apud *Tac. Ann.* 3, 8, 1. 1, 76, 4. & Tiberius Claudius Cæsar, post Imperator V. uterque ex Druso fratre nepos.

LXXXV. NERO CLAUDIUS DRUSUS.) Intra Cæsaris Augusti penates editus, *Vellej.* 2, 95, 1. *Tac. Ann.* 1, 3, 2. Germaniæ magna ex parte domitor. *Vellej.* 2, 95, 3. & Oceani Septemtrionalis, primus Romanorum Ducum navigator; trans Rhenum fossas novi & immensi operis effecit, quæ ab illo *Drusina* dictæ, *Svet. Claud.* 1. Vir tot tantarumque virtutum, quot & quantas natura mortalis recipit, vel industria perficit; cujus ingenium, utrum bellicis magis operibus an civilibus suffecerit artibus, in incerto est. *Vellej. d. l.* 2, 97, 2. Morum certe dulcedo ac suavitas & adversus amicos æqua ac par sui æstimatio inæstimabilis fuit. *Vellej. d. l.* De hoc Strabo *lib. 7.* *Sunt & alii interjecti navigabiles fluvii, in quorum uno Amasia, Drusus Bructeros navali proelio vicit.* Extincti in Germania corpus, (non sine veneni suspicione, *Svet. Claud.* 1.) ab æstivis castris ad hyberna gestarunt Tribuni & Centuriones, dein susceperunt obviæ Scribarum Decuriæ, *Svet. d. l. Dio 55. pr.* & in urbem devexerunt, prægrediente pedibus toto itinere Tiberio fratre. *Svet. Tib.* 2. nec minora Augustus, qui asperrimo hyemis Ticinum usque progressus, neque abscedens à corpore simul urbem intravit. Desietus in foro, laudatus pro Rostris: cuncta à majoribus reperta, aut quæ posteri invenerint, cumulata, *Tac. An.* 3, 5, 3. *Svet. Claud. Val. Max.* 5, 5. *Exercitus Honorarium Tumulum* (quem *Xenophon.* 6. *inanem sepulchrum*, Virgilius *lib. 3.* *Inanem tumulum* vocat,) propter Rhenum excitavit, circa quem statim die quotannis decurreret, & Galliarum Civitates publice supplicarent. *Svet. Claud.* 1. Addita insuper *Ara*, quam disjectam à Germanis, restituit Germanicus, honori que patris ipse cum legionibus decucurrit. *An.* 2, 7, 3. Petrarcha auctor est, visum sibi Romæ Arcum Triumphalem, huic Druso Neroni inscriptum: è quo collapsò & vetustate temporis exeso, hos duntaxat versus à se lectos:

— — *ad divortia Rheni*

*Pervasi, hostiles depopulatus agros.  
Dum tibi ROMA decus aeternaque sudo trophae,  
Ister pacatis lenior ibit aquis.*

Præterea Senatus inter alia complura *marmoreum arcum cum trophæis via Appia, & Germanici cognomen ex Provincia ipsi posterisque ejus decrevit. Svet. Claud. 1. Flor. 4, 12, 28. Ovid. Fast. 1, 197.*

*Et mortem & nomen DRUSO Germania fecit.*

Ravennæ etiam sepulchrum exstructum à Tib. Claudio, ejus F. cujus hæc in prisco Lapide memoria:

*Ti. Claudius. Drusi. F. Caf. German. Pontif. Max. Trib. Pot. II. Cos. Desig. III. Imp. III. P. P. dedit. ob. memoriam. Patris. Svi. Dec. VII. Collegii. Fabr. M. R. Hs. ∞. N. liberalitate. donavit. sub. hac. condicione. ut. quotannis. rosas. ad. monumentum. ejus. deferant. & ibi. epulentur. dumtaxat. in. v. id. Julias. quod. si. neglexerint. tunc. ad. VIII. ejusdem. collegii. pertinere. debbit. condicione. supradicta.*

Suprema ejusdem hac Conquestione deflevit Pedito ad Livam matrem;

*Vidimus attonitum fraternâ morte Neronem  
Pallida promissis flere per ora comis,  
Dissimilemque sui vultu proficiente dolorem,  
Heu mihi quam toto luctus in orbe fuit.*

addit deinde matris questus & intimos dolores :

*Tu tamen ause potes tanto indulgere dolori  
Longius ut nolis, heu malefortis, ali.  
Vix etiam fueras paucas vitalis in horas.  
Obtulit invita cum tibi Caesar opem.  
Admovitque preces & jus immiscuit illis,  
Aridaque adfusa guttura tinxit aqua.*

Et

Et Porphyrius, Acroniusque scribunt, Horatium IV. Carminum librum contra institutum fecisse in laudem hujus Drusi.

LXXXVI. ANTONIA MINOR.) *Tac. Ann.* 3, 3, 2. *M. Antonii* III Viri, & *Octavia Minoris* (Sororis Augusti) F. Quam Plinius 17, 19. nunquam in vita exspuisse, ut Pomponium, Consularem Poëtam nunquam ructasse scribit. Valerius Maximus à continentia & amore in Conjugem mire laudat, 4, 3. De eodem Plinius 9, 55. auctor est, cum Hortensio insigni Oratore, insigniter stulto stultam fuisse: ut enim ille piscinæ suæ apud Baulos Murænam ita dilexit, ut exanimatam fesse credatur, res non ferenda in Viro: sic ista muræna, quam deperibat, in aures addidit. Dandum hoc muliebri vanitati. De illa Lapis:

ANTONIAI  
AVGVSTAI  
DRVSI  
SACERDOTI DIVI  
AVGVSTI  
MATRI TI. CLAVDII  
CÆSARIS. AVG. P. P.

LXXXVII. GERMANICVS CÆSAR.) *Tacit. Ann.* 1, 3, 7. omnibus animi corporisque virtutibus supra omnes mortales dotatus, *Svet. Calig.* 3. miræ comitatis, *Tac. Ann.* 1, 33, 4. modicus voluptatum, *Tac. Ann.* 2, 73, 3. conciliandæque hominum gratiæ ac promerendi amoris efficaci studio: Bello cum *Cberuscis, Marfis, Cattis, Suevis & Sicambris* aliisque Germaniæ populis clarus, *Tac. Ann.* 1, 63, 1. 2, 25, 2. 1, 51. 2, 7, 2. *Flor.* 4, 12, 23. & 24. nomen Imperatoris accepit, *Tac. An.* 1, 58, 7. motum Orientem sapientia sua composuit. *Tacit. An.* 2, 43, 2. Tandem Ægypto remeans, in Antiochia fraude Tiberii, ministerio Pisonis & uxoris ejus Planciæ interceptus, *Tac. Ann.* 2, 71, 3. veneno extinguitur. *Svet. Calig.* 2. ingenti luctu provinciæ & circumjacentium populorum. *Tac. An.* 2, 72, 2. Indolere exteræ nationes & Reges; tanta illi comitas in focios, mansuetudo in hostes, visuque & auditu juxta venerabilis: Cum magnitudinem & gravitatem summæ fortunæ retineret, invidiam



& adrogantiam effugerat. Funus sine imaginibus & pompa per laudes & memoriam virtutum ejus celebre fuit. *Tac. Ann. 2, 72, 3.* Superstites illi fratres *Claudius* naturâ, adoptione *Drusus*, unius dici via, *Tac. Ann. 3, 5, 6.* Terracinam usque progressi, *Tac. Ann. 3, 2, 4.* *Patruus* (Tiberius) in porta obvius fuit. *Tac. Ann. 3, 5, 6.* Reliquiæ multis cum lacrimis tumulo Augusti inlatæ. *Tac. Ann. 3, 4, 1.*

LXXXVIII. AGRIPPINA.) *M. Agrippa & Julia F. Augusti Imp. Neptis. Tac. Ann. 1, 33, 1. 2, 71, 7.* Decus patriæ, & defuncto marito, solus Augusti sanguis, unicumque antiquitatis specimen appellata. *Tac. Ann. 3, 4, 3.* Mulier æqui impatiens, dominandi avida, virilibus curis feminarum vitia exuerat. Fecunditate & forma *Liviam Drusi, de qua Num. 82. & 120.* supergressa. *Tac. Ann. 2, 43, 9.* hoc uno infelix; quod Orbi *Caligulam*, & ex Filia *Agrippina, Neronem* dedisset: totidem faces Orbis & duo Parides. Uterque enim totus sanguis, uterque Rei Romanæ & Virtutis omnis everriculum & pestis. Defuncto marito maritum sibi dari à Tiberio Imperatore postulat, sed Cæsar non ignarus quantum ex Republica peteretur: ne tamen offensionis aut metus manifestus foret, sine responso quanquam instantem reliquit, quod ex Commentariis *Agrippinæ Filia, Neronis Matris*, refert *Tacit. Ann. 4, 53, 3.* Mox ubi à nonnullis, quos *Sejanus* immiserat, per speciem amicitia moneretur, paratum ei venenum, vitandas foceri epulas: atque illa simulationum nescia cum propter discumberet, non vultu aut sermone flecti, nullos attingere cibos; donec advertit *Tiberius*, fortean quia audiverat; idque quo acrius experiretur, poma ut erant deposita laudans, *nurui* sua manu tradidit: aucta ex eo suspicio *Agrippinæ*, & intacta ore servis tramisit. Nec tamen *Tiberii* vox coram secuta, sed obversus ad matrem, Non mirum, ait, si quid severius in eam statuisset, à qua beneficii insimularetur. *Tac. Ann. 4, 54, 1. Adde quæ dixi ad Num. 81.*

LXXXIX. NERO JULIUS GERMANICUS.) *Tac. Ann. 2, 43, 3. 4, 15, 7. 4, 59, 4.* Hunc ingressum juventam cum fratre *Druso*, commendavit patribus *Tiberius*, utque munere capeffendi vigintiviratus solveretur, & quinquennio maturius (hoc est, anno vigesimo aut vigesimo primo, nam legitima *Quæsturæ* ætas Augusti & deinceps ævo, annus vigesimus quintus coeptus, aut vigesimus quar-

quartus expletus erat, ut ex *Dione lib. 52.* erudite probat I. *Lipſius, in Excurs. ad Tac. Ann. lib. III. lit. D.* quem omnino consule.) quam per leges annarias liceret, Quæsturam peteret, contendit: *Tacit. Ann. 3, 29, 1.* sed ubi comperit, ineunte anno, pro ejus quoque salute suscepta publice vota, congestis amarissimè probris, in Pontiam insulam amotum fame necavit. *Suet. Tib. 54.* Pontificem etiam creatum dicit Tacitus, fortè incogitanter: nihil enim de eo lapides, qui Manibus ejus opera data positi: Extat urna (à Caligula, ut è Svetonio haud obscure colligitur, dicata) Romæ:

OSSA

NERONIS. CÆSARIS.  
GERMANICI. CÆSARIS. F.  
TI. AUGUSTI. N.  
DIVI. AUG. PRON. FLAMIN.  
AUGUSTALIS. QVÆSTORIS.

& in Hispania lapis:

NERONI. CÆSARI  
GERMANICI. F.  
TI. AUGUSTI. N. DIVI. AUG.  
PRON. FLAMINI. AUGUSTALI. SODALI AUGU-  
STALL

Illi primum *Q. Cæciliæ Metellæ Creticæ Silani* Filia pacta desponsaque fuit, *Tac. Ann. 2, 43, 3.* inde *Julia*, Drusi Cæsaris Filia, Tiberii Neptis, nupta. *Tacit. Ann. 3, 29, 3. 4, 60, 3.* quam postea *Rubellius Blandus*, uxorem sumpsit, *Tacit. Ann. 6, 27, 1.* Adde quæ diximus supra ad *Num. 84.*

XC. DRUSUS JULIUS GERMANICUS.) Quæstor & Augur & ipse Sejani scelere hostis à Senatu judicatus & fame necatus in ima parte Palatii, *Sueton. Tib. 54.* cum se miserandis alimentis mandendo è cubili tomento, nonum ad diem detinuisset, *Tacit. Ann. 6, 23, 3.*

XCI. SALVIA.) *L. Salvii Othonis*, ProCos. Africae, (Galbæ Imperatoris Nepotis,) & Albiæ Terentiæ F. *Suet. Otho. 1. Galb. 6. M. Salvii Othonis*, postea Imperatoris VIII. soror: quam nondum nubilem illi despondit Pater *L. Orbe.*

Q 2

XCI.

XCII. ÆMILIA LEPIDA.) *Manii Lepidi* (de quo supra ad Num. 73.) moderati & sapientis viri, ideoque ab Augusto ad Consulatum evecti Filia. *Tac. An. 4, 20, 3.* quæ maritum crebris criminationibus infecuta, quanquam intestabilis, tamen impunita egit, dum superfuit Pater *Lepidus*; post à delatoribus correpta est, ob servum adulterum; nec dubitatum est de flagitio, ergo omiſſa defensione, finem vitæ sibi posuit. *Tacit. Ann. 6, 40, 4.* Ad eam pertinet vetus Lapis:

PUDENS. M. LEPIDI, L. F. GRAMMATICUS  
 PROCURATOR. ERAM. LEPIDÆ. MORESQUE, RE-  
 GEBAM.  
 DUM, VIXI. MANSIT. CÆSARIS  
 ILLA. NURUS.  
 PHILOGOGUS, DISCIPULUS.

NURUS TIBERII dicitur, quod filium Germanici *Drusum* duxerat: qui Germanicus, Filius adoptivus Tiberii.

XCIII. C. CÆSAR CALIGULA.) Sic dictus joco castrensi, *Tac. An. 1, 41, 4.* *Dio 57.* quod in castris genitus & contubernio legionum educatus, ad concilianda vulgi militaris studia, *Tac. An. 1, 69, 4.* eo tegmine pedum indueretur. *Sveton. Aug. 25. Calig. 9, 1.* Erat autem *Caliga* vulgari & imi ordinis militum calceamentum. Hinc *Ventidium Bassum*, *juventam inopem in caliga militari tolerasse*, apud *Plinium* legimus 7, 43. pr. & *Marium à caliga ad Consulatum perductum*, auctor est *Seneca de Benef. 5, 16.* quo sensu & *caligatam militiam* vocat *Modestinus* noster in l. 10. ff. de excus. tutor. § l. 21. C. de nupt. à caligato milite usque ad protectoris personam: id est, ab imo, usque ad superiorem gradum. Imperator IV. fuit, monstrum illud Principis, comes patri in Syriam, & inde reversus in *matris*, eaque relegata, in *Livia Augustæ*, Proaviæ suæ, contubernio mansit; quam defunctam prætextatus etiam tum pro Rostris laudavit, transiitque ad *Antoniam Aviam*. De hoc sæpius prædicare solitus *Tiberius*: *Exitio suo omniumque Cajum vivere, & natricem se Populo Romano, Phætonem Orbi Terrarum educare.* Ad imperium evectus, Tiberio cum plurimis lacrimis pro Concione laudato, funeratoque amplissime, confestim *Pandatariam* & *Pontias* ad transferendos *matris Agrippinæ*, fratrisque  
 (Nero

(*Neronis Germanici*) cineres festinavit. In ore illud sæpius habebat: OMNIA MIHI ET HOMINI LICENT. Item: UTINAM POPULUS ROMANUS UNAM CERVICEM HABERET. Tandem à *Cassio Chærea*, Tac. 1, 32, 5. & *Cornelio Sabino*, Tribunis Prætoriorum militum, triginta vulneribus confossus est. *Svet. Calig.*

XCIV. JUNIA CLAUDILLA.) Tacitus *Ann.* 6, 20, 1. 6, 45, 7. CLAUDIAM vocat, *M. Silani*, nobilissimi Viri F. Tac. *Ann.* 6, 20, 1. *Svet. Calig.* 1, 2. ex partu mortua.

XCV. LIVIA ORESTILLA.) Quam *C. Calpurnio Pisoni* dictam nubentemque cum ad officium & ipse venisset, intactam ad se deduci imperavit: *Dio* 59. p. 63. intraque paucos dies repudiatam, biennio post relegavit, quod repetisse usum prioris mariti, tempore medio videbatur, *Svet. Calig.* 25.

XCVI. LOLLIA PAULINA.) Tacitus *Ann.* 12, 22, 2. *Sveton. Calig. Plin.* 9, 33. *Caji Principis Matronam* vocat. *M. Lollio Paulino* Cos. & sorore *L. Volufii* genita. Tac. *Ann.* 12, 22, 2. Hanc *C. Mennio*, vel secundum *Tranquillum Calig.* 25. *Mennio*, Consulari, exercitus regenti nuptam, facta mentione *Aviæ* ejus, ut quondam pulcerrimæ, subito ex Provincia evocavit, ac perductam à marito conjunxit sibi, brevique missam fecit, interdicto cujusquam in perpetuum coitu. *Sveton Calig.* 25. *Claud.* 16. Tac. *Ann.* 12, 22, 2. *Plin.* 9. 33. ubi de luxu ejus addit: *ne serio quidem & solenni ceremoniarum apparatu, sed mediocri etiam sponsaliorum cæna, vidi smaragdis margaritisque opertam, alterno textu fulgentibus toto capite, & crinibus, spiris, auribus, collo, manibus, digitisque: quæ summa quadrages H S. ( hoc est, 100000. Philippic. qui sunt 300000. Flor. Polon. colligebat ipsam confestim paratum, nuncupationem tabulis probare. Ultimo ab Agrippina Caligulæ matre occisa est.*

XCVII. MILONIA CÆSONIA.) *Orphiti & Vestiliæ* F. octavo mense genita, qui partus raro solet esse vitalis. Hanc neque facie insigni, neque ætate integra, matrem jam ex alio viro trium filiarum, sed lasciviæ & luxuriæ perditæ, & ardentius & constantius amavit. *Dio* 59. p. 856. Fuit *Liviæ* à *Caligula* inter deos relatæ

sacerdos Augustalis. Marito superstes, gladio à Centurione confossa est. *Suet. Calig. 59. Dio 59. p. 661. De hac Persius Satyr. VI. 46.*

*Jam chlamydas Regum, jam lutea gausapa captis,  
Essedaque, ingentesque locat Cæsonia Rhenos.*

XCVIII. JULIA DRUSILLA.) Quam infantem per omnium dearum templa circumferens pater, gremio Minervæ imposuit, alendamque & instituendam commendavit. *Suet. Calig. 25. Josephus Antiq. 19, 1. delatam in Capitolium in simulacri genua deposuisse scribit, quasi communem sibi cum Jove prolem, judicio in medio relicto, utro majore parente genita esset. Mortuis parentibus, parieti à Centurione infixæ est. Sueton. Calig. 59.*

XCIX. ENNIA NÆVIA.) Macronis Præfæcti Prætorii uxor. *Suet. Calig. 12. Tac. Ann. 6, 45, 7.*

C. DRUSILLA.) Soror, quam Virginem prætextatus adhuc violavit, habitu etiam Veneris, cognomento Panthææ, consecravit, ut auctor *Dio 59. p. 645.* & pertinet huc antiqua inscriptio :

VENERI CÆLESTI  
AUGUSTÆ SACR  
NUMMIA. C. F. DORCAS  
S. P. F. G.

*Vide CL. Viri Emundi Frigell de Statuis Illustr. Roman. lib. cap. 28. § 32. Mox L. Cassio Longino Cos. conlocatam, Tac. Ann. 6, 45, 4. eidem eripuit, & in modum justæ uxoris propalam habuit. Suet. Calig. 24. Tradit Eutropius, Caligulam non solum constuprasse sorores, sed etiam ex una natam cognovisse, quod scelerum omnium portentum est.*

CI. AGRIPPINA ET JULIA.) Quibuscum æque stupri consuetudinem fecit. *Sueton. d. l.*

CII. C. CÆSAR.) Puer extinctus *Sveton. Calig. 8.* pueritiæ adeo amabilis infans, ut effigiem ejus habitu Cupidinis, in Æde Capitolinæ Veneris, Livia dedicaverit: Augustus in cubiculo suo positam, quotienscunque introiret, exosculetur. *Sveton. Caligul. 7.*

CIII. DRUSILLA.) Cujus maritus (1.) *L. Cassius Longinus Cos. Tac. Ann. 6, 15, 4.* (2.) stuprator *M. Æmilius Lepidus. Svet. Calig. 24. Dio 59. p. 655. vid. Not. ad num. 66. & (3.) Caligula, incestuosus frater. Vid. Not. ad num. 66. & 102.*

CIV. AGRIPPINA.) Optimi parentis pessima filia, quæ puellaribus jam annis, stuprum cum *M. Æmilio Lepido*, de quo *vid. n. 66.* spe dominationis admisit. *Tac. Ann. 14, 2, 4.* & si Cluvio apud Tacitum fides, eo quoque sceleris processit, ut medio diei, cum id temporis Nero per vinum & epulas incalesceret, offerre se sapius temulento, comptam & incesto paratam, injectisque lascivis osculis, ad incestum invitare (quis scelerum furor!) ausa fuerit. *Tacit. Ann. 14, 2.* Nupsit (1.) *Passeno Crispo*, Bis Cos. & Oratori Viro, *Tacit. Ann. 6, 20, 2. Plin. 16. Senec. de Benef. lib. 4. Q. N. pr. ante Domitia marito: Svet. vid. Not. ad num. 48.* Inde (2.) *Gr. Domitio* à Tiberio tradita, *Tac. Ann. 12, 65, 5. 4, 75, 1.* defuncto marito sollicitatis nequicquam *Galbæ* nuptiis, tandem in *C. Caligulæ*, farris, foedissimo contubernio vixit. *Sveton. Calig. 24.* A quo mox exoletis objecta, atque in exilium acta cum rediisset, patruo suo *Claudio*, conciliante has nuptias Pallante liberto stupratore suo, *Tacit. Ann. 12, 25, 1.* post *Messallinæ* necem incestis nuptiis conjuncta, *Sveton. Claud. 26. Tacit. Ann. 14, 2, 4. Dio 60. p. 683. & 61. pag. 693.* partoque tot paricidiis Filio *Neroni* imperio, ab eodem interfecta periit. *Tac. 14, 8.* eo tantum memoranda, quod in *Opidum Ubiorum*, ubi edita fuerat, veteranos coloniamque deduci curavit, cui nomen inditum ex vocabulo ipsius, *Tacit. An. 12, 27, 1.* Fertur etiam vitæ suæ suorumque historiam justis Commentariis condidisse, quorum mentionem non uno loco facit *Tacitus, Ann. 4, 53, 4. & Plin. 7.*

CV. LIVIA SEU LIVILLA.) Sic vocat *Svetonius Tiber. 62. Tacito Ann. 2, 54, 1. & Dioni, lib. 60. p. 667.* JULIA dicitur, forte ob

ob proaviam, quæ modo *Livia*, modo *Julia* scriptoribus. Libero-  
rum Germanici novissima. *Tac. Ann.* 2, 54, 1. Nupsit *M. Vinicio E-*  
*quiti Romano. Tacit. Ann.* 6, 45, 4. mitis ingenii & compræ facun-  
diæ Viro, Consulari, *Tacit. Ann.* 6, 15, 3. *Senec. Pater lib.* 7. & fortas-  
sis ante *Q. Varo*. qui *Sexti Quintilii Vari*, in Germania cum III. Legio-  
nibus cæli, Nepos; *Sexti Quintilii Vari*, Cos. & post Saturninum,  
Syriæ Præfecti, *Joseph.* 17, 6. *Claudiaque Pulchra, Tacit. Ann.* 4, 66, 2.  
(*Appii Claudii*, bis Cos. Filix, *Liv.* 9. & 10. *Ovid.* 6. *Fast. Cic. Tuscul.* 5.  
*Val. Max.* 8, 14. dehinc adulterii cum *Furnio* commissi, accusante  
Domitio Afro, sub Tiberio damnata, *Tac. Ann.* 4, 52, 2. At cur  
*Agrippina*, uxoris Germanici, sobrina à Tacito, *Ann.* 4, 52, 1. vocetur  
nupsiam adhuc lectum est) Filius *Tacit. Ann.* 4, 66, 2. Hincque à  
*Seneca Germanici Gener. lib.* 1. *Contr.* 3. à Tacito, *Tiberii Cognatus, An.*  
4, 66, 2. vocatur. Consule *J. Lipsium in Comment. ad h. l. n.* 171. & 135.  
Post cædem Caligulæ, ab exilio cum sorore *Agrippina* reversa, ca-  
daver ipsius tumultuario rogo semiambustum, & levi cespite ob-  
rutum, eruit, cremavit, sepelivit. *Suet. Calig. c. ult.* Incusatur adul-  
terii cum *Annæo Seneca* commissi: sed à *Messallina* illa Romæ im-  
pudentissima & impudicissima femina, a qua accusari, laudari est;  
laudari, in suspicionem culpæ venire. Sic enim de illa *Juvenalis*  
*Satir. VI.*

*Intravit calidum veteri centone lupanar,*  
*Sumere nocturnos meretrix augusta cucullos,*  
— — — — tunc nuda papillis  
*Constitit auratis, titulum mentita Lycisca*  
*Ostenditque tuum, generose Britanice, ventrem:*  
*Excepit blanda intrantem atque ara poposcit,*  
*Et lassata Viris nondum satiata recessit.*

CVI. TIBERIUS CLAUDIUS CÆSAR, AUG. V.) Natus  
Lugduni animo & corpore hebetiori, unde eum mater *Portentum*  
*hominis* dictabat; nec absolutum à natura, sed tantum inchoatum. Et si  
quem socordiæ argueret, stultiorem, aiebat, filio suo *Claudio*. *Avia*  
*Augusta* pro despectissimo semper habuit. Soror *Livilla*, cum au-  
disset aliquando imperaturum, tam iniquam & tam indignam  
Popu-

Populo Romano sortem palam & clarè detestata est. *Sveton. Claud.* 3. Quinquagesimo post anno imperium adeptus, *Sveton. Claud.* 10. Avia *Livia* divinos honores, & Circensi pompa currum Elephantorussi, Augustino similem, decernendum curavit. Patri Circenses annuos, Matri carpentum & cognomen *Augusta*: Tiberio marmoreum arcum juxta Pompeji Theatrum, decretum olim in Senatu, verum omissum, peregit, *Svet. Claud.* 11. Leges RHODIAS Nauticas primus ex Imperatoribus firmavit, non Augusti successor *Tiberius*, id quod tum ex *Neronis* tum *Antonini* nominibus, huic Constitutioni adjectis, clarè apparet. Hic enim est *Antoninus* ille Consul, qui alias plene & exserte, *Q. Aterius Antoninus*, sub Claudio una cum *D. Junio Silano*, consulatum gessit. Quod etiam recte vidit præstantissimus literarum Vir *P. Faber* 3. *Semestr.* 12. & cum illo æterni nominis *JC. Jacobus Gothofredus, Discurs. de Imper. mar. c. 9.* Postremo, rapido veneno ab uxore *Agrippina*, opera *Xenophontis Medici*, qui, tanquam nifusevomantis adjuvaret, pinnam illo inlitam, faucibus ejus demiserat, extinctus. *Tac. Ann.* 12, 67, 2. *Dio* 60. pag. 685. solenni Principum pompa funeratus & in numerum deorum relatus est. *Svet. Claud.* 45. æmulante *Agrippina* proavia *Livia* magnificentiam. *Tac.* 12, 69, 4.

CVII. ÆMILIA LEPIDA.) *L. Æmilii Pauli & Julia*, Augusti neptis, Filia, Virgo repudiata. *Svet. Claud.* 26. adde *Not. ad n. 67.*

CVIII. LIVIA MEDULLINA.) Cui & cognomen *Camilla* erat; è genere antiquo Dictatoris *Camilli*. Ipso die, qui nuptiis destinatus erat, extincta. *Sveton. Claud.* 26.

CIX. P LAVTIA URGULANILLA.) Triumphali patre *M. Plautio Silvano* nata. *Vellej.* 2, 112, 4. cum hac ob libidinum probra & homicidii suspicionem divortium fecit. *Svet. Claud.* 26.

CX. DRUSUS.) Hic Pompejis impubes adhuc, piro per lulum in sublime jacto & hiatu oris excepto, strangulatus est, cum paucos ante dies Sejani filia, quæ post parentis supplicium à carnifice laqueo extincta, *Tacit. Ann.* 5, 9, 3. ipsi desponsa esset, *Svet. Claud.* 27. *Tac. Ann.* 3, 29, 4. 4, 7, 5. 4, 39, 3.



CXI. CLAUDIA) Quam ex liberto suo Botere conceptam, quamvis ante quintum mensē divortii natam aliquē cœptam, exponi tamen ad matris januam & nudam abjici jussit. *Svet. Claud. 27.*

CXII. ÆLIA PETINA.) *Q. Ælii Tuberonis F. Tac. Ann. 12, 1. 3.* Hanc ob leves offensas dimisit. *Sveton. Claud. 26.*

CXIII. ANTONIA.) *Tac. Ann. 12, 68, 3. 15, 53, 4.* Nupta (1.) *Gn. Pompejo M. Svet. Claud. 27. & 29. Dio 60. p. 665.* *Gn. Pompeji M. Julii Cæsaris Generi, pronepoti. Vid. Not. ad num. 10. supra.* mox, eo à Claudio interfecto, (2.) *Cornelio Sullæ, Tac. Ann. 13, 23, 1.* qui Massiliam à Nerone amotus, immixtis percussoribus, cum epulandi causa discumberet, occisus est. Relatum caput ejus inludit Nero, tanquam præmatura canitie deforme. *Tac. Ann. 14, 57, 8.* Antonia spernens nuptias Neronis, quasi molitrix novarum rerum ab ipso interempta est. *Svet. Ner. 35.*

CXIV. VALERIA MESSALINA.) *M. Valerii Messalæ Barbati, consobrini sui, F. sic Svetonius Claud. 26.* rectius tamen cum *Lipso* ita corrigas: *Barbati Messalæ & Consobrini suæ filiam.* Nam ex *L. Domitio & Antonia Majore*, natus est *Gn. Domitius*, pater Neronis Principis & *Lepida* amita ejusdem. Hæc *Lepida* nupta inde *Valerio Messalæ, Messallinam* genuit. At *Claudius* natus ex *Drufo & Minore Antonia.* Hinc *Claudius & Lepida Domitia* vere Consobrini. Ceterum *Claudius*, ubi supra cetera flagitia, adulterii cum *Veetio & Plautio Laterano* commissi, *Tac. Ann. 11, 30, 2. 13, 11, 2.* *C. Sillio* publice denupuisse *Messallinam* comperit, *Dio 60. p. 683.* exturbatam domo supplicio affecit. *Sveton. Claud. 26. Tac. Ann. 11, 37 & 38.*

CXV. CLAUDIUS BRITANNICUS.) *Tacit. Ann. 11, 11. 4. 11, 26, 3. 11, 32, 3. 12, 2, 1.* prius *Germanicus* dictus. *Sveton. Claud. 27.* à patre militibus, pro concione manibus gestatus, & plebi per spectacula, gremio ante se retentus, commendatus fuit. *Sveton. Claud. 27.* Postremo a Nerone, metu, ne quandoque apud hominum gratiam paterna memoria prævaleret, *Svet. Ner. 33.* veneno necatur. *Svet. Claud. 44. Tac. An. 13, 16, 3.* supremus Claudiorum sanguis. *Tac. An. 13, 17, 2.*

CXVI.

CXVI. OCTAVIA.) *Tac. Ann.* 11, 32, 3. 12, 2, 1. spectatæ pro-  
bitatis femina, *Tac.* 13, 2, 3. desponsata (1.) *L. Silano. Tac. Ann.* 12, 3, 8  
*Senec. in Apocolocynt. Claud. Cæs. Sveton. Claud.* 29. *vid. Not. ad n. 61.* mox  
(2.) *Neroni Imperatori VI. nupta. Sveton. Claud.* 27. *Tac. Ann.* 12, 9, 1.  
12, 58, 1. *adde Not. ad num.* 41.

CXVII. JULIA AGRIPPINA.) *Dio* 60. pag. 683. Germanici  
fratris sui F. *Sveton. Claud.* 26. *Tacit. Ann.* 14, 2, 4. mulier incestuosa,  
*Tacit. Ann.* 14, 2. & cædibus procerum infamis, *Tacit. Ann.* 12, 65, 5.  
*vid. Not. ad num.* 49. *Cn. Domitii* vidua, ex quo filium habebat *Nero-*  
*nem*, qui precibus ejus postea a *Claudio* in imperium & cognomen  
*Neronis* ascitus, *Tacit. Ann.* 11, 11, 4. 12, 25, 3. & 26. 1. *Svet. Claud.* 39.  
in imperio successit, dictus *Nero Claudius Cæsar Domitianus* Imperator  
VI. Familiæ Cæsarum ultimus. *Tacit. Ann.* 13, 17, 3. De *Claudii* hoc  
facto *Seneca*:

*Genitamque fratris conjugem captus sibi  
Toris nefandis, flebili junxit faco.*

ubi placet *Lipsii* spongia:

*Genitamque fratre Conjugem captam.*

CXVIII. LIVILLA.) Sic *Svetonius, Claud.* 1. *Tacitus Ann.*  
τα σωίδους ἐκ μέθης καὶ παρουσίας ἐπὶ συστάσει ὡς λυμαινεῖσθαι τὰ τῆς ἡρώως, ἀλλὰ διδασκαλεῖα σωφροσύνης, καὶ δικαιοσύνης, ἀνδρῶν ἐπιτηδεύοντων μὲν δρετὴν, ἀπαρχαίς δὲ ἐτησίους εἰσφέρωντων, ἐξ ἧν ἀνάγουσι θυσίας, σὲλλοντες ἱεροκομπούς εἰς τὸ ἐν Ἱεροσολύμοις ἱερόν. εἰτα· κελεύει μηδὲνα ἐμποδῶν ἰσασθαι τοῖς ἰουδαίοις, μήτε σωιωῖσι, μήτε σωιωσέμενοις κατὰ τὰ πατέρα εἰς Ἱεροσόλυμα. ταῦτα γὰρ εἰ καὶ μὴ τοῖς ῥήμασι, τοῖς γοῦν πράγμασιν ἐπέσ᾿ αὐτά. μίαν δὲ ἐπιστολὴν ὑποτίταχεν πρὸς τὴν σὺν τῷ δεσπότη πειθῶ, ἢ τῷ Γαίῳ· Νορβανὸς φλάκκῳ ἐπέσ᾿ αὐτῷ γράφεντα. ἐστὶ δὲ τῆς ἐπιστολῆς τὸ ἀντίγραφον τοῦδε.

Γαίῳ· Νορβανὸς φλάκκῳ ἀνθύπατος, Ἐφέσιων ἀρχουσι χάρειν. Καῖσαρ μοι ἔγραψεν ἰουδαίοις ἐν ἡπείρῳ, ἰδίῳ δρετῶν ἐθισμῶν νομίζουσιν ἠεροκομῶν χρηματῶν εἰσφέρειν ἀπέμπεσιν εἰς Ἱεροσόλυμα. τῶντος οὐκ ἠθέλητε κωλύεσθαι τῶντο ποιεῖν. ἔγραψα ἐν ὑμῖν, ἵν' εἰδῆτε ὡς ταῦτα ἔγωγε γίνεσθαι κελεύω.

esse Bacchanalia, vel seditiosorum conventicula turbanda pacis causa: sed scholas justitia temperantiaque, in quibus studium virtutis floreant: primitias vero quotannis conferri unde fiant sacrificia, missa in hoc sacra legatione ad templum Hierosolyma. Dein edicit nequis sit impedimento Judais cætus collectasve facientibus, aut Hierosolyma eas mittentibus more patrio, hæc enim etsi non his verbis, in eam tamen sententiam mandata sunt per literas. Subjiciam exemplum unius epistolæ, quo facilius credas Domine, quam C. Norbanus Flaccus scribit, indicans quid ipsi Cæsar significaverit. Epistolæ verba sunt hæc:

C. Norbanus Flaccus proconsul, Ephesiorum magistratibus salutem. Cæsar mihi scripsit, Judæos ubi sumque sint, antiquo more suo cætus facere, conferreque pecunias quas mittant Hierosolyma, hos non vult vetari. Ideo vos certiores facio, me jubere ita fieri.

## XVII. AD ATHENIENSES.

PLUTARCHUS in *Apophthegmatibus* pag. 207.

Τῶν Ἀθηναίων δῆμος ἐνημαρτηκένας τι δόξαντῳ, ἔγραψεν ὁ Σεβασ-

Cum populus Atheniensis nescio quid in Cæsarem peccasset,

εἰς ἀπ' Αἰγίνης, ὄψομαι μὴ λανθάνειν αὐτὰς οὐρανοῦ. ἢ γὰρ ἂν ἐν Αἰγίνῃ διαχειμάσεν. Ἄλλο δὲ εἶδεν ἔτε ἔπεν αὐτὰς ἔτε ἐποίησε.

scripsit ad eum ab Ægina, *Non occultum esse puto vobis me trāsci, alioqui Ægina non hiematurum.* Aliud nihil vel dixit eis vel fecit.

### XVIII. AD SEXTUM POMPEJUM.

APPIANUS V. *Civil. p. 717.*

Ὁ Καῖσαρ τινὰ ληστῆρια συλλαβῶν ἐβασανίζεν, οἱ Πομπηίου σφᾶς ἐλεγον ἐπιπέμψαι. καὶ τὰδε αὐτῷ ὁ Καῖσαρ τῷ δήμῳ προσέφερε, καὶ ἐπέστειλεν αὐτῷ τῷ Πομπηίῳ.

Cæsar captos aliquot piratas torfit, qui facti sunt se à Pompejo submissos: id Cæsar evulgavit populo, & ipsi Pompejo significavit per litteras.

### XIX. AD L. TUCINIUM. b)

SVET. AUG. 64.

Extraneorum quidem coetu adeo prohibuit (filiam & neptes) ut L. Tucinio, claro decoroque juveni, scripserit quondam, *parum modeste fecisse eum, quod filiam suam Bajas salutatum venisset.*

### XX. AD T. POMPONIUM ATTICUM.

CORN. NEPOS *in Vita Attici. cap. 20.*

Numquam ad suorum quemquam literas misit (Augustus) quin Attico mitteret, quid ageret, inprimis, quid legeret, quibusque in locis, & quamdiu esset moraturus; sed etiam cum esset in urbe, & propter suas infinitas occupationes minus sæpe, quam vellet, Attico frueretur, nullus dies temere intercesserit, quo non ad eum scriberet, quo non aliquid de antiquitate ab eo requireret; modo aliquam ei quæstionem poëticam proponeret, interdum jocans ejus verbosiores eliceret epistolas.

### XXI. AD VIRGILIUM MARONEM.

PRISCIAN. LIB. X. p. 901.

Cæsar ad Virgilium:

*Excuse-*

b) al. *L. Vinicium*, ut is intelligatur cujus mentio in Epist. Augusti ad Tiberium, apud Sveton. cap. 71.

*Excucurristi à Neapoli.*

AUCTOR DE CAUSIS CORRUPTÆ ELOQUENTIÆ

cap. XIII.

Licet illos (*Oratores*) certamina & pericula sua ad Consulatus evexerint, malo securum & secretum Virgilii secessum, in quo tamen neque apud Divum Augustum gratiâ caruit, neque apud Populum Rom. notitia. Testes Augusti EPISTOLÆ, testis ipse populus, qui auditis in theatro versibus Virgilii, surrexit universus & forte præsentem spectantemque Virgilium veneratus est sic quasi Augustum.

MACROBIUS *Lib. I. Saturnal. cap. 24.*

Ipsius Maronis Epistola qua compellat Augustum, ita incipit: *Ego vero frequentes litteras à Te accipio. Et infra: De Ænea quidem meo, si mehercule jam dignum auribus haberem Tuis, libenter mitterem. Sed tanta inchoata res est, ut pene vitio mentis tantum opus ingressus mihi videar: cum præsertim, ut scis, alia quoque studia ad id opus multoque potiora impertiar.*

TI. DONATUS *in Vita Virgilii.*

Augustus cum jam forte expeditione Cantabrica abesset, & supplicibus atque minacibus per jocum litteris efflagitaret ut sibi de *Æneide*, ut ipsius verba sunt, *vel prima carminis hypographa, vel quodlibet colon mitteret*: negavit se facturum Virgilius: Cui tamen multo post perfecta demum materia tres omnino libros recitavit, secundum videlicet, quartum & sextum. Sed hunc præcipue ob Octaviam: quæ cum recitationi interesset, ad illos de filio suo versus: *Tu Marcellus eris, defecisse fertur*: atque ægre refocillata dena sestertia pro singulo versu Virgilio dari iussit.

CLAUDIANUS *Epistola ad Olybrium v. 23.*

Dignatus tenui Cæsar scripsisse Maroni.

XXII. AD HORATIUM FLACCUM.

SVET. *in Vita Horat.*

*Sume tibi aliquid juris apud me, tamquam si convictor mihi fueris. Re-*  
ste

*Ete enim, & non temere feceris; quoniam id usus mihi tecum esse volui, si per valetudinem tuam fieri possit.*

IBID.

*Tui qualem habeo memoriam, poteris ex Septimio quoque nostro audire. Nam incidit, ut illo coram feret à me tui mentio. Neque enim si tu superbus amicitiam nostram sprevisi, ideo nos quoque c) ἀνθυπερφρονῶμεν.*

IBID.

*Irasci me tibi scito, quod non in plerisque ejusmodi scriptis mecum potissimum loquaris. An vereris, ne apud posteros infame tibi sit, quod videaris familiaris nobis esse?*

IBID.

*Pertulit ad me Dionysius libellum tuum; quem ego, ut accusem brevitate, d) quantuluscumque est, boni consulo. Vereri autem mihi videris, ne majores libelli tui sint, quam ipse es. Sed si tibi statura deest, corpusculum non deest. e) Itaque licebit in sextariolo scribas, cum circuitus voluminis tui sit ἐνωδία, sicut est ventriculi tui.*

IBID.

*Præterea sæpe eum (Horatium) inter alios jocos, purissimum penem, & homuncionem lepidissimum appellat.*

### XXIII. AD POMPEJUM MACRUM.

SVBT. CÆS. 56.

*Feruntur & à puero (C. Julio Cæsare) & ab adolescentulo quædam scripta, ut Laudes Herculis, Tragedia Oedipus, item Dicta collectanea, quos omnes libellos vetuit Augustus publicari in Epistola*

- e) Ita recte ab eruditissimis viris è libris manuscriptis emendatum est, cum antea ὑπερφρονῶμεθα vel ἀνθυπερφρονῶμεν monströse legeretur.
- d) Liber Puteani: *accusarem.* Sed Codex Regius ac Petri Nannii & Eliæ Vineti editio longe aliter: *Quem ego ut accusantem, quantuluscumque est, boni consulo.* Neuter, ut ego puto recte.
- e) Alii: *sed si tibi statura deest, unde est.* Ex quo ingeniosè Scriverius diductis vocibus *P. N. deest*, hoc est *Vinter non deest.* Nam If. Casauboni conjectura *venter abundo est;* longius a vulgata lectione abit, quam ut ego eam recipere auserim. *Rangerf.*

la, quam brevem admodum ac simplicem ad *Pompejum Macrum*, cui ordinandas Bibliothecas delegaverat, misit.

\* \* \* \*

PLINIUS IX. 5.

Et Divo Augusto legatus Gallia, complures in littore appare-  
re exanimas Nerèidas \*) scripsit.

INCERTA  
EX QVIBUS EPISTOLARUM  
LIBRIS.

PLIN. XVIII. 15.

Qvippe per eruum *D. Augustum* curatum *Epistolis* ipsius memoria  
exstat.

IBID. XXI. 3.

Apud nos exemplum licentiæ hujus non est aliud, quam filia  
*D. Augusti*, cujus luxuria noctibus coronatum Marsyam *Littera* illi-  
us *Dei* gemunt. f)

IDEM XVIII. 10.

Misit ex Byzacio Africae campo procurator ejus ex uno grano  
(tritici) vix credibile dictu, quadraginta paucis minus germina, ex-  
stantque de ea re *Epistolæ*.

FABIUS VIII. 3.

Messala primus reatum, *munerarium* Augustus primus dixere-  
runt.

SVETON. *de illustribus Grammaticis cap. 16.*

Q. Cæcilius Epirota, Tusculi natus, libertus Attici Satrii, Equitis  
Romani, ad quem sunt Ciceronis *Epistolæ*, cum filiam Patroni  
X nuptam

\*) Fingit inde Steph. Forcatulus lib. 2. p. 181. de prisca Celtopædia, Classi Gallicæ præ-  
fectam ab Augusto *Admirandum* sive *Admiralium* dictum fuisse.

f) Inepte nonnulli legunt *degemunt*. Quis enim tam in historia Romana hospes  
est, qui ignoret Augustum viventem etiamnum dedicatum ac inter Deos re-  
ceptum esse? *Rutgers.*



nuptram M. Agrippæ doceret, suspectus in ea, & ob hoc remotus, ad Cornelium Gallum se contulit, vixitque una familiarissime: quod ipsi Gallo inter gravissima crimina ab Augusto objicitur.

GELLIUS X. cap. II.

Illud vero Nigidianum rei atque verbi (*maturum*) temperamentum Divus Augustus duobus Græcis verbis elegantissime exprimebat. Namque & dicere in sermonibus, & scribere in *Epistolis* solitum esse ajunt, *σπευδε βραδέως*, g) per quod monebat, ut ad rem agendam simul adhiberetur & industriæ celeritas, & diligentia tarditas.

IBID. 24.

D. etiam Augustus linguæ Latinæ non nescius, munditiarum Patris sui in sermonibus sectator, in *Epistolis* plurifariam significatione ista dierum (*die quinti*, & similibus) non aliter usus est.

SVET. AUG. 67.

Thallo à manu, quod pro *Epistola* prodita denarios quingentos accepisset, crura effregit.

IBID. 87.

Quotidiano sermone quædam frequentius & notabiliter usurpasse cum *Litera* ipsius autographæ ostentant. In quibus identidem, cum aliquos numquam soluturos significare vult, *ad Kal. Græcas soluturos* ait. Et cum hortatur, ferenda esse præsentia, qualiacumque sint, *Contensi sumus hoc Catone*. Et ad exprimendam festinæ rei velocitatem, *Velocius quam asparagi coquantur*. Ponit assidue & pro stulto *Baccolum*, & pro pullo *Pulleiacum*, & pro cerito *Vacerrosus*, & *Vapide sese habere* pro malè, & *Betissare* pro languere, quod vulgo lachanillare dicitur. Item *Simus* pro sumus, & *domos* genitivo casu singulari pro *domus*. Nec unquam aliter hæc duo, ne quis mendam magis quam consuetudinem putet. Notavi & in chirographo ejus illa præcipue: non dividit verba, nec ab extrema parte versusum abundantes litteras in alteram transfert, sed ibidem statim subjicit, circumducitque.

MARRUS

g) Sveton. Aug. c. 25. & ibi Torrentius.

MARIUS VICTORINUS *de Orthographia* p. 2456.

Divus Augustus genitivo casu *hujus domos mea*, per o, non ut nos per u, litteras scripsit. Messala, Brutus, Agrippa, pro *sumus, simus*.

SVETON. AUG. *cap. 88.*

Orthographiam, id est formulam rationemque scribendi à Grammaticis institutam non adeo custodit: ac videtur eorum sequi potius opinionem, qui perinde scribendum ac loquamur existiment. Nam quòd sæpe non litteras modo sed syllabas aut permutat aut præterit, communis hominum error est. Nec ego id notare, nisi mihi mirum videretur, tradidisse aliquos, legato eum Consulari successorem dedisse, ut rudi & indocto, cujus manu *ixi* pro *ipsi* scriptum animadverterit.

QVINTILIANUS *lib. 1, cap. 7.*

Here nunc E littera terminamus: at veterum Comicorum adhuc libris invenio, *Heri ad me venit*. Quod idem in Epistolis Augusti quas sua manu scripsit h) aut emendavit, deprehenditur.

DIO *lib. LI. pag. 144.*

Καὶ τοσαύτῳ γε ἐπὶ πάντα καὶ τῷ Ἀγρίππᾳ καὶ τῷ Μαρκῆνᾳ ἐξουσίαν ἔδωκεν, ὡς σφᾶς καὶ τὰς ἐπιστολάς αὐτῶν τετῆ Βελῆ καὶ τοῖς ἄλλοις ἔγραφε, προαναγιώσκον, καὶ τὰς καὶ μεταγράφειν ὅσα ἐβέλοντο. καὶ διὰ τῆτο καὶ δακτύλιον ἐλαβον παρ' αὐτῶν, ἵνα ἐπισφραγίζεσθαι αὐτὰς ἐχῶσι. διπλὴν γὰρ δὴ σφραγίδα, ἢ μάλιστα τότε ἐχρῆτο, ἐποίησεν, Σφίγγα ἐν ἑκατέρᾳ ὁμοίαν ἔκτυπῶσας. ὕστερον γὰρ τὴν εἰκόνα

Tantam in omnibus rebus potestatem Agrippæ ac Mæcenati Cæsar tribuerat, ut litteras quoque ii quas ipse ad Senatum aliosve scribebat, antequam redderentur legerint ac quæ visum fuerit mutaverint, cujus rei causa annulum quoque ab eo acceperant, ut obsignare eas possent. Sigillum enim quatum maxime utebatur, duplex paraverat, Sphinge i) in utro-

X 2

τῶ

b) Illa ætate, autographa Augusti adhuc frequentia erant. Plinius XIII. 12. Jam vero Ciceronis ac Divi Augusti, Virgilii quoque manus sæpe numero videmus.

i) Vide supra p. 143.

τὴν αὐτῆς ἐγγλύψας, ἐκέλευε τὰ πάντα ἐσημαίνετο. καὶ αὐτῇ καὶ οἱ μετὰ ταῦτα αὐτοκράτορες, πλὴν Γάλβου ἐχρήσαντο.

que similiter expressa: nam ferius imaginem suam insculptam adhibuit ad omnes Epistolas obfignandas: quod omnes deinceps Imperatores imitati sunt, excepto Galba.

## II. CODICILLI AD LIVIAM.

SVETON, TIB. 51.

Instanti saepius (Liviae) ut civitate donatum in decurias allegeret, negavit (Tiberius) alia conditione allecturum, quam si pateretur ascribi albo, extortum id sibi à matre. At illa commota veteres quosdam ad se *Augusti Codicillos* de acerbitate & intolerantia morum ejus è sacrario protulit atque recitavit.

## CODICILLI AD k) POLLIONEM.

SENECA, Lib. IV. *Excerpt. Controvers. Praefat.*

Cum mortuo in Lycia l) C. Casare, per Codicillos questus esset D. Augustus, ut erat mos illi clementissimo viro, non civiliter tantum, sed etiam familiariter, quod in tam magno & recenti luctu suo homo carissimus sibi pleno convivio canasset; rescripsit Pollio, Eo die coenavi, quo Herium filium amisi.

## III. LIBELLI AD SENATUM.

SVET. AUG. 65.

De filia absens, ac libello per Quaestorem recitato notum Senatui fecit.

DIO

k) Aunium Pollionem intellige, de quo etiam Controv. 34. & Seneca filius lib. 3. de ira c. 22. *Nonquam Augustus cum hospite inimici sui (Timagenis) questus esset. Eos duntaxat Pollioni Asipio dixit: Ὀφιοειδής.* (Serpentem nutris.) Vedium quoque Pollionem, Equitem Romanum ex amicis Augusti fuisse referunt Plinius IX, 23. Dio p. 136. &c. Alius Pollio Romilius, quem centesimum annum excedentem Augustus hospes ejus interrogavit, quam maxime ratione vigorem illam animi corporisque custodisset, tulitque responsum, intus mallo, foris oleo. Plin. XXII, 24.

l) Syria.

## DIO LV. pag. 550.

Ταῦτα ἐν καὶ τὰλλα τότε ἐνομο-  
θῆτησεν, ἐς τε συνέδριον ἐν λευκάμα-  
σι γεγραμμένα προσέθηκε, πρὶν χρη-  
ματίσαι τι περὶ αὐτῶν, καὶ τοῖς βα-  
λευταῖς μεθ' ἑνὸς ἑτέρου εἰσελθῆσιν  
ἀναγνῶναι ἐπέτρεψεν, ἕπως ἂν τι  
μὴ δρέσῃ αὐτοῖς, ἢ καὶ ἑτερόν τι βέλ-  
τιον συμβαλεῦσαι δυνήσῳσιν, ἢ  
πῶσιν.

Hæc (de tempore Senatus ha-  
bendi & de iis quos in Senatum  
venire oporteret) & alia ante-  
quam referret Augustus ad Sena-  
tum, in tabulis perscripta in cu-  
ria proposuit, & Senatoribus bi-  
nis ingredientibus liberum fecit  
ut legerent: ac si quid displice-  
ret, aut melius eo aliquid inve-  
nirent, id ut exponerent.

## IDEM Lib. LVI. pag. 587.

Ὁ δὲ δὴ ΛΥΓΟΥΣΤΟΣ ἐπέεινον τε,  
ὡς καὶ ἐπὶ γήρωσιν ἂν τῇ βαλῇ, καὶ  
ταύτῳ τῷ Τιβερίῳ παρακατέθε-  
το. ἀνέγνω δὲ τὸ βιβλίον σὺν αὐτῷ  
(ἢ γὰρ οἷς τε ἐν γεγωνίσκειν) ἀλ-  
λά ὁ Γερμανικὸς, ὡς περ εἰώθει.

Augustus senectute jam gravis  
Germanicum Senatui, Sena-  
tum Tiberio, scripto commen-  
davit: quod ipse quidem, voce  
enim impediabatur, non reci-  
tavit, sed Germanicus, ut com-  
pseverat.

## DIO Lib. LIV. p. 539.

Συναγαγὼν δὲ ἐκ τῆς τὸ βα-  
λευτήριον, αὐτοῖς μὲν ἕδρην εἶπεν ὑπὸ  
βεσγῆς, τὸ δὲ δὴ βιβλίον τῷ τα-  
μαῖα ἀναγνῶναι δέξ. τὰ τε πεπεραγ-  
μένα οἱ κατηρμήσατο, καὶ διέτα-  
ξε τὰ τε ἔτη ὅσα οἱ πολῖται ἐρελεύ-  
σονται, ἢ τὰ χρήματα ὅσα παυσά-

Deinde convocato Senatu,  
ipse raucedine laborans nihillo-  
cutus, Quæstori m) libellum re-  
citandum dedit. Eo recensaban-  
tur res ab eo gestæ: anni mili-  
tiæ civibus n) determinaban-  
tur: quantumque ii pecuniæ o)

X 3

μενοι

- m) Solenne Imperatoribus Orationes suas vel libellos ad Senatum recitar. dos Quæstoribus dare. Vide Torrentium ad Svetonii Aug. c. 65. Dionem p. 587. C. 665. C.  
n) Legionarii.  
o) Sveton. August. c. 49. *Quicquid ubique militum esset, ad certam stipendiorum prætorumque formulam adstrinxit, definitis gradibus cuiusque, & temporibus militiæ & commodis missionum: ne aut avaritia aut inopia post missionem sollicitari ad res novas possent.* Apud Dionem ἔτη stipendia sunt, χρήματα πράσις, ut pulchre notatum Jo. Fridexico Gronovio lib. 3. de pecunia veteri c. 2. p. 127.

μενοι τῆς στρατείας ἀντὶ τῆς χάριτος ἢ αἰ ποτε ἦσαν, λήψοιντο. Ὅπως ἐπὶ ῥητοῖς ἐκάθην ἤδη καταλεγόμενοι μηδὲν τῶν γε ἕνεκα νεωτερίζωσιν. Ἦν δὲ ὁ, τε δεξιμὸς τῶν ἐτῶν τοῖς μὲν δορυφόροις δώδεκα, τοῖς δὲ ἄλλοις ἐκκαίδεκα. Καὶ τὸ μὲν δευτέρου, τοῖς μὲν ἑλαττον, τοῖς δὲ πλείον.

post emerita stipendia pro agris quos nunquam non petebant, essent accepturi: videlicet ut qui essent in numeris, p) constituto certo militiæ præmio, nullam tumultuandi causam haberent. Erant autem definiti prætorianis anni duodecim, q) aliis legionariis sedecim, pecuniæque etiam plus illis, his minus.

IDEM Lib. LVI. pag. 588.

Ἐπειτ' ἐπεὶ τῆ εἰκοσῆ πάντες ὡς εἰπῆν ἐβαρύνοντο, καὶ ἐδόκει τι νεωτερον εἶσεσθαι, ἐπέμψθη βιβλίον ἐς τὴν Βαβυλῶνα, κελεύων ἄλλας τινὰς αὐτῶν πόρις ἐπιζητῆσαι. Τῆτο δὲ ἐχ' ὡς καὶ ἐκείνο τὸ τέλος καταλύσαν ἐποίησεν, ἀλλ' ἵνα μηδενὸς ἄλλης αἰρετώτερη σφίσι φανέντ, καὶ ἄκοντες αὐτὸ ἀνευ τῆς ἑαυτῆ διαβολῆς βεβαιώσωσι

Quia vero vigesima r) pensio adeo omnibustere molesta erat, ut videretur aliquid novi motus excitatura: misso in Senatum libello, aliorum redituum excogitandorum negotium eis dedit, non ut abrogaret id tributi genus, sed ut nullum aliud eo probabilius ipsis invenientibus, id ipsum vel ab invitis absque sua invidia confirmaretur.

V. RESCRI-

p) Quos Dio hoc loco καταλεγόμενος, alibi ut p. 479. B. 165. A. 641. A. vocat τὰς ἐν τοῖς καταλόγοις, non tirones, non emeritos, non auxilarios, sed in legionibus Civium Romanorum stipendium merentes. De hisce καταλόγοις στρατιωτῶν νομζομένων quos memorat idem Dio in excerptis Peiresc. pag. 661. Henricus Valesius recte observat intelligenda illa Ulpiani l. 42. tit. I. de testamento militari lib. XXVIII. Digestor. *Qui nondum in numeris sunt, licet etiam loci tirones sint, et publicis expensis iter faciant, nondum milites sunt, debent enim in numeros referri.* Eodem sensu *numeros* Svetonius dixit ac sæpe Tacitus.

q) Postea prætorianis anni sedecim, aliis anni viginti militiæ definiti. Vide quæ viri docti ad Taciti lib. I. Annal. c. 17. Dionem p. 563. E. 503. P. 604. C. &c.

r) Vicesima hereditatum tributi genus ærario militari sustinendo ab Augusto excogitatum, de quo Dio lib. LV. p. 565.

## IV. LIBELLI, SEU EDICTA ET DECRETA.

AD POP. R.

SVETON. AUG. 28.

Quam voluntatem (reddendi Remp.) cum præ se identidem ferret, quodam etiam *Edicto* his verbis testatus est: *Ita mihi salvam ac sospitem Remp. sibi in sua sede liceat, atque ejus rei fructum percipere, quem peto, ut optimi status auctor dicar: Et moriens ut feram mecum spem, mansura in vestigio suo fundamenta, qua jecero.*

IBID. 31.

Statuas omnium (magnorum ducum) triumphali effigie in utraque Fori sui porticu dedicavit. Professus est *Edicto*, *commentum id se, ut illorum velut ad exemplar Et ipse, dum viveret, Et insequentium atavum Principes, exigerentur à civibus.*

IBID. 33.

Cum spectante eo ludos pronunciatum esset in mimo, *O dominum equum Et bonum!* & universi de ipso dictum comprobassent: & statim manu vultuque indecoras adulationes represit, & insequenti die gravissimo corripuit *Edicto*.

IBID. 89.

Etiam libros totos & Senatui recitavit, & populo notos per *Edictum* sæpe fecit.

DIO. LV. pag. 571.

Ἄλλα τῷ μὲν προτέρῳ ἔτι πάντας τὰς ἀρχοντας αὐτοῖς, ἰπειθήκερ ἑσασιάζετο, ἀπιδίχε. τῷ δὲ, καὶ τοῖς ἑπιτα, γράμματα τινὰ ἐκτιθῆς ἑωίση τῷ τε πλῆθει καὶ τῷ δήμῳ ἕως ἐσπύδαζε.

Priore quidem anno cum disfidium esset, ipse omnes Magistratum gesturos designaverat: Hoc autem & sequentibus annis per scripturas quasdam s) propositas eos quibus cupiebat plebi ac populo commendabat.

PLI-

s) Imitatus in hoc Cæsarem, de quo Sveton. cap. 41. *Edebat quos vellet per libellos circum tribus missos scriptura breviter: Cæsar Dictator illi tribui. Commendo vobis illum & illum, ut vestro suffragio suam dignitatem teneant.*

PLINIUS *lib. xviii. cap. ii.*

Exstatque Divi Augusti decretum, quo annua vicena millia Neapolitanis pro colle Leucogæo t) numerari iussit è fisco suo: Coloniam deducens Capuam. Adjecitque causam offerendi, quoniam negassent Campani, alicam confici sine eo metallo u) posse.

DIO *xliv. pag. 401.*

Τὴν τε ἐσθῆτα τὴν ἀλαργῆ μηδένα ἄλλον ἔξω τῶν βουλευτῶν ἐν ταῖς δεχοῖς ὄντων ἐνδύεσθαι ἐκέλευσεν. *Edixitque ne quisquam nisi Senator qui Magistratum gereret, purpura indueretur.*

### AD MILITES.

SVET. *c. 25.*

Neque post bella civilia aut in concione, aut per *Edictum* ullos militum *Commilitones* appellabat, sed *milites*.

### V. RESCRIPTA BRUTO DE CATONE.

SVETON. *AUG. 85.*

Multa varii generis prosa oratione composuit, ex quibus nonnulla in coetu familiarium, velut in auditorio recitavit: sicut *Rescripta Bruto De Catone. x)* Quæ volumina, cum jam senior  
ex

s) Ex quo cretam Campani petebant.

u) Sine creta.

x) Imitatus est Julium Cæsarem avunculum suum Augustus, sicut in rebus gestis, ita in scriptis quoque. Nam sicut Cæsar de rebus gestis suis commentarios scripserat, quos etiamnum habemus, (ἐφημερίδας vocat Servius ad Æneid XI, 743. & Plutarchus in Cæsare p. 718. ὑπομνήματα Strabo, IV, p. 177.) Sic Augustus composuit libros XIII. commentariorum de vita sua, de quibus infra num. XV. Similiter ut Cæsar Ciceronis libro de laudibus Catonis Uticensis (Gell, XIII, 19.) qui hodie nusquam exstat, opposuit Anticatones sive Orationes duas ἀντιγραφῆς πρὸς Κικέρωνα περὶ Κάτωνος, memoratas eidem Plutarcho p. 708. 733. & in vita Catonis minoris p. 764. & in Cicerone p. 880. ac Ciceroni ipsi in Topicis c. 25. Juvenali VI. 337. Plinio III. 12. Epist. Tacito IV. 34. Annal. Dion. XLIII. p. 219. Appiano z. Civil. pag. 490. Svetonio Cæsare c. 56. & Gellio IV. 16. Sic cum Brutus Cæsari pro Catone respondisset, rescripsit Augustus, Catonisque memoriam & laudes oppugnavit. Similiter librum contra Catonem probris refertum vulgavit etiam Métellus Scipio teste Plutarcho in Catone minore p. 787. Idem Augu-

ex magna parte legisset, fatigatus Tiberio tradidit persequenda.

## VI. HORTATIONES AD PHILOSOPHIAM.

SVET. AUG. 85.

Item (composuit) HORTATIONES γ) AD PHILOSOPHIAM.

## VII. ORATIONES.

## I. IN FUNERE AVIÆ.

SVETON. *Augusto cap. 8.*

Duodécimum annum agens aviam Juliam defunctam pro concione laudavit.

QUINTILIANUS XII. 6.

*Cum prætectatos quosdam egisse sit traditum, & Caesar Augustus duodecim natus annos aviam pro Roftris laudaverit. Confer Nicolai Damasceni locum supra, p. 3.*

## 2. IN FUNERE OCTAVIÆ SORORIS.

DIO Lib. LIV. pag. 546.

Τὴν Ὀκταβίαν τὴν ἀδελφὴν ἀποθανῆσαν προέθιτο ἐπὶ τῆ ἑκλῆσι ἡρώεω, παραπετάσματι καὶ τότε ἐπὶ τῆ νεκρῆ χρησάμενος. καὶ αὐτὸς τὴ ἐκῆ τὸν ἐπιτάφιον εἶπε.

Octaviam sororem vita defunctam in heroo Julio publice exposuit, cortinaque etiam tunc extensa pro cadavere, funebrem Orationem dixit.

## 3. IN FUNERE DRUSI PRIVIGNI.

DRUSUS apud OVIDIUM sive PEDONEM ALBINOVANUM

ad LIVIAM. v. 465.

Υ

Denique

Augustus tamen testimonium Catoni insigne perhibuit, cum Straboni de pervicacia ejus male existimanti dixit: *Quisquis presentem statum Civitatis commutari non volet, & civis & vir bonus est.* Macrob. II. 4. Saturnal.

γ) Has videtur composuisse Augustus imitatione Hortensii à Cicerone scripti, quo in libro universa Philosophia quantopere & expetenda esset & colenda, disputaverat, ut ipse refert III. 3. Tusc. & de Officiis II. 2. Augustum autem Philosophia non leviter tinctum studiosumque illius cultorem, & hæc ejus lucubratio, & veterum testimonia, & ipsius erga Philosophos, Doctores suos Arium, Sphærum, Athenodorum amor & observantia ostendant.



*Denique laudari sacro Caesaris ore  
Emerui, lacrimas elicuique Deo.*

IDEM PEDO v. 209.

*Et voce, et lacrymis laudasti Caesar alumnum,  
Tristia cum mediis rumperet orsu dolor.  
Tu letum optasti Diis averfantibus omen,  
Par tibi, si sinerent te tua fata mori.*

DIO LV. pag. 549.

Καὶ αὐτῆ (Δρῦσε) ἐν τῇ ἀγορᾷ *Cadavere (Drusi) in foro propo-*  
προτεθέντῳ, διπλῆς ὁ ἐπιτάφιῳ *to duplex funebris habita oratio est,*  
ἐλέχθη, ὃ, τε γὰρ Τιβέριῳ ἐν αὐ- *nam et Tiberius ibidem 2) cum lau-*  
θα αὐτὸν ἐπήνεσε, καὶ ὁ ἌΥΓΟΥ- *davit, et Augustus in Circo Flam-*  
ΣΤΟΣ ἐν τῷ φλαμινίῳ ἵπποδρόμῳ. *nio.*

SVET. CLAUD. I.

*Et defunctum (Drusum) ita pro concione laudaverit (Augu-*  
stus) ut deos precatus sit, *Similes ei Caesares suos facerent, sibi que tam bo-*  
nestum quandoque exitum darent, quam illi dedissent.

#### 4. IN FUNERE MARCELLI NEPOTIS.

DIO Lib. LIII. p. 517.

Ὁ δὲ δὴ Μάρκελλῳ νοσήσας καὶ *Evenit non diu post ut Mar-*  
πολλῷ ὕστερον, καὶ τὸν αὐτὸν ἐκείνον *cellus ægrotans eademque rati-*  
ὑπ' αὐτῆ τῆ μέσσα τρέπον θερραπε- *one ab eodem Musā curatus*  
νομένῳ, ἀπέθανε. Καὶ αὐτὸν ὁ *mortem obiret: quem funere*  
Ἄυγυς δημοσίᾳ τε ἐθαψεν ἘΠΑΙ- *publico elatum LAUDATUM que*  
ΝΕΣΑΣ ὡσαύτῃ ἐδίδο, καὶ ἐς τὸ μνη- *pro more, Augustus in sepul-*  
μῆριον *chrum quod sibi exstruebat,*  
*condidit, memoriaque theatri*

2) In foro pro rostris. Tacit. Annal. III. 5. *defectum in foro, laudatum pro rostris,*  
*ἐπιθῆτα ἢ παρρητίῳ κρηπίδα, αὐτῆ qua rostris invenierunt, cumulatam.*

μῆλον ὃ ἀποδομῆτο κατέθετο, τῆ τε  
μνήμη τῆ θεάτρας κ. τ. λ.

ejus quod ante coeptum ab Au-  
gusto Marcelli dictum est, ho-  
nestavit.

SERVIVS ad I. Aen. 716.

*Pestis devota futura.* Devota vero de Oratione translata est Augusti,  
quam habuit in translatione Funeris Marcelli, cum diceret illum im-  
mensura morti devotum fuisse.

### 5. IN FUNERE AGRIPPÆ.

DIO. LIV. pag. 541.

Πυθόμενος δὲ τῆτο ὁ Ἀυγῆτος,  
ἔτυχε δὲ ἐν τοῖς Παναθηναίοις ὁ-  
πλομαχίας ἀγῶνας τῶ τῶν παίδων  
ὀνόματι τιθῆς, ἐξωρμηθῆ. καὶ κα-  
ταλαβὼν αὐτὸν τεθνηκότα, ἐς τε  
τὸ ἄστυ τὸ σῶμα αὐτῆ ἐσεκόμισε, καὶ  
ἐν τῆ ἀγορᾷ πρόεθθη, τὸν τε λόγον  
τὸν ἐπ' αὐτῆ ἔπε, παραπετασμά-  
τι πρὸ τῆ νεκρῆ παρατίνας.

Augustus tum forte Quinqua-  
tribus munus gladiatorium filio-  
rum (Caji & Lucii) nomine exhi-  
bebat. Is simul ac de morbo  
Agrippa cognovit, properato ex  
Urbe profectus, mortuum cum  
invenit, ac in foro propositum  
funebri laudatione decoravit,  
cortina inter se & mortuum  
expansa.

### 6. AD ALEXANDRINOS.

DIO Lib. LI. pag. 454.

Τῶν δὲ Αἰγυπτίων τῶν τε Ἀλεξαν-  
δρείων πάντων ἐφείσατο, ὥστε μὴ διο-  
λέσαι τινά. Τὸ μὲν ἀληθές, ὅτι σὺν  
ἡξίωσε τοσούτους τε αὐτὰς ὄντας καὶ  
χρησιμωτάτους τοῖς Ῥωμαίοις ἐς  
πολλὰ ἀν γενομένους, ἀνήκεσόν τι  
δράσαι. Πρόφασιν δὲ ὁμῶς πρεβάλλ-  
λετο, τόντε Θεὸν τὸν Σάραπιν, καὶ

Ægyptiis Alexandrinisque u-  
niversis ignovit, ac nullum eo-  
rum perdidit: cujus rei causā  
vera fuit, quod nolebat tam  
multos illos, plurimisque in re-  
bus utilissimos Romanis gravio-  
ri malo afficere: pretegebatur  
autem huic suæ clementiæ causam  
Deum Serapin, a) Alexandrum-

Y 2

Ἀλέξαν-

a) Sarapidis non meminit Plutarchus, ubi argumentum Orationis Augusti ad Alexan-  
drinos

Ἀλέξανδρον τὸν οἰκιστὴν αὐτῶν. καὶ  
τρίτον Ἄρειον τὸν πολίτην, ὃς πρὸ φι-  
λοσοφῆνίς τε καὶ συνόντι οἱ ἐχρῆτο.  
καὶ τότε λόγον δι' ἐσυνέγνω σφί-  
σιν, ἑλληνιστῶν, ἕως συνῶσιν αὐτῶν,  
ἔπειτα.

que b) Urbis Conditorem: tertium Arium, c) Alexandrinum Civem, cujus olim in Philosophia opera & contubernio usus fuerat. Orationem autem qua causam veniæ ipsis datæ exponeret, Græce habuit, ut intelligi ab ipsis posset.

## PLUTAR-

drinos refert. Cæterum Sarapin non Alexandrini tantum ac cæteri Ægyptii singulari profecuti sunt veneratione, sed ab A. U. C. 696. etiam Romani cum Religiose colere cœperunt. Vide Lud. Carrionem libro & capite primo emendationum & Tristanum To. 2. pag. 189. Templum Sarapidis Alexandriae fuit usque ad Theodosii tempora, quibus dirutum illud narrat Rufinus lib. 2. Hist. Eccl. cap. 23 & indignatur Eunapius in Ædesio p. 64. Propter religionem Dei Sarapidis jucundam sibi fuisse peregrinationem Alexandrinam testatus est Severus Imp. teste Spartiano in ejus vita c. 17.

- b) Julianus Imp. Epist. 10. ad Alexandrinos (apud Socratem III. 3. Hist.) Alexandrum M. Alexandriae conditorem cum Sarapi conjungit: *εἰ μὴ τὸν Ἀλέξανδρον τὸν οἰκιστὴν καὶ πρότερον τῶν Θεῶν μέγαν Σάραπιν αἰδεῖσθαι* De originibus nobilissimæ hujus Ægypti urbis ab Alexandro conditæ, viri docti ad Curtium IV. 8.
- c) Arius sive Areus Alexandrinus, Philosophus Stoicus Augusto ac Mæcenati per dilectus, cum quo Augustus etiam colloquens & manu eum tenens eodem curru Alexandriae victor invecus fuit, ut testatur Plutarchus in Antonio p. 952. Vide etiam Dionem LII p. 491. Ælianum XII. 25. Var. & quæ viri docti ad Sveton. August. cap. 89. ubi Augustum Arei filiorumque ejus Dionysii & Nicanonis contubernium refert iniisse. Gratiæ singularis qua Arens hic apud Augustum valeuit, frequentem mentionem facit Themistius in Oratt. ad Theodosium pag. 63. 109. 130. 141. 173. edit. Harduinianæ.
- d) Assentior viris doctis, qui hanc Orationem, quam Latine ipse conceperit, putant Græce conversam ab Ario atque ita ab Augusto habitam fuisse. Nam licet Dio XLV. p. 271. testatur curante Julio Cæsare illum operam dedisse non Latinæ tantum sed & Græcæ eloquentiæ, *λόγοις τε γὰρ ῥητορικαῖς, ἔχ' ὅτι τῆ τῶν Λατίνων. ἀλλὰ καὶ τῆ δε τῆ γλαττῆ ησκέτο*. Licet etiam non pauca existant eruditionis ejus, quantum in Græcis profecerit documenta, de quibus V. C. Jo. Guilielmus Bergerus in Specimine Rhetorices Augustæ p. 65. sq. tamen disertum est Svetonii testimonium cap. 89. ut ut præfati *quod ne Græcarum quidem disciplinarum leviori studio tenebatur, in quibus et ipsis, præstabat largiter, magistro dicendi usus Apollodoro Pergameno, quem jam grandem natu Apolloniam quoque secum ab urbe juvenis adhuc eduxerat: deinde etiam eruditione varia repletus Sphæri, et*

PLUTARCHUS *in Antonio pag. 952.*

Εἰς δὲ τὸ γυμνάσιον εἰσελθὼν, καὶ ἀναβὰς ἐπὶ βῆμα τι πεποιημένον, ἐκπεπληγμένων ὑπὸ δέας τῶν ἀνθρώπων καὶ προσπιπτόντων, ἀναστῆναι κελεύσας, εἶπε πάσης ἀτίας τὸν δῆμον ἀφίεναι, πρῶτον μὲν διὰ τὸν κίρην Ἀλέξανδρον, δεύτερον δὲ τῆς πόλεως θουμάζων τὸ μέγεθος, τρίτον δὲ Ἀρείῳ τῷ ἐταίρῳ χαρίζομενος.

Ingressus Gymnasium Cæsar, conscenso tribunali quod erectum erat, consternatos metu cives & humi se abjicientes exsurgere jussit, atque populum se omni noxa liberare, primum Alexandri causa Conditoris, deinde Urbis tam pulchræ miraculo ductum, tertio amici gratia Arii.

7. *AD EXERCITUM*, ante pugnam Actiæam.

DIO *lib. I. p. 433. seq.*

Hæc quoniam est prolixior, neque verba Augusti sed sententiam utcumque Græce expressam exhibet, sicut etiam tres proximæ Orationes, apud Dionem rectius legendæ, præsentī loco à me omituntur.

8. *AD SENATUM*, DE DEPONENDO IMPERIO.

DIO *Lib. LIII. pag. 497. seq.*

9. *AD SENATUM* de dividendis Provinciis

DIO *LIII. p. 507. seq. (Vide etiam p. 503. sq.)*

10. *AD POPULUM* de maritantis Ordinibus & prole augenda.

DIO *Lib. LVI. pag. 573. 574. seq.*

T. *LIVII Epitome lib. LIX.*

Q. Metellus Censor censuit ut omnes cogerentur ducere uxores, liberorum creandorum causa. Exstat Oratio ejus, e) quam

Y 3

Augu-

*Aræ Philosophi filiorumque ejus Dionysii & Nicanoris contubernio usus: subjungit enim; non tamen ut aut loqueretur expedite, aut componere aliquid auderet. Nam si quid res exigeret, Latine formabat, vertendum que aliis debet.*

e) Ex hac Oratione Q. Metelli Numidici dicta A. U. C. 623, nonnulla Gellius lib. 1. c. 6.

Augustus Cæsar, cum de maritandis Ordinibus ageret, velut in hæc tempora scriptam in Senatu recitavit.

SVETON. AUG. cap. 89.

In evolvendis utriusque linguæ auctoribus nihil æque sectabatur quam præcepta & exempla publicæ vel privatim salubria: eaque ad verbum excerpta, aut ad domesticos aut ad exercituum Provinciarumque rectores, aut ad Urbis magistratus plerumque mittebat, prout quique monitione indigerent. Etiam libros totos & Senatui recitavit, & populo notos per edictum sæpe fecit, ut Orationes *Q. Metelli* de prole augenda & *Rutilii* f) de modo ædificiorum, quo magis persuaderet utramque rem non à se primo animadvertam, sed antiquis jam tunc curæ fuisse.

\* \* \* \*

DECLAMANDI consuetudinem ne Mutinensi quidem bello omisisse Augustum, refert *Svetonius de claris Rbetoribus cap. 1.* Ut nullus ne in procinctu quidem laberetur dies, quin, legeret, scriberet, declamaret. *Victor Epitome de Caesaribus.*

Longum esset referre Orationes ad milites, vel è rostris ad populum habitas, quarum apud Scriptores mentio, ut apud *Sveton. Augusto c. 25.* Neque post bella Civilia aut in Concione aut per Edictum ullos militum Commilitones appellabat, sed milites.

DIO XLVI. pag. 321.

Πρώτη τῶν δεξιουρεσιῶν ἐς τὸ πεδῖον τὸ ἄρειον ἐσελθὼν γυῖπας ἕξ, καὶ μετὰ ταῦτα δημηγορῶν τι πρὸς τὰς στρατιώτας, ἄλλης δώδεκα ἔδε. *Prima Comitiorum die* (Primo Consulatu augurium capiens, *Sveton. c. 95. Appian. 3. Civil. p. 586.*) in *Campum Martium* progressus, sex vultures: ac post Concionem ad milites habens, alios duodecim vidit. Paullo aliter *Julius Obsequens cap. 129. Casari, cum in Campum Martium exercitum deduceret, sex Vultures apparuerunt. Conscendenti deinde rostra creato Consuli, iterum sex Vultures conspecti, veluti Romuli auspiciis novam Urbem condituro signum dederunt.*

DIO XLIX. pag. 401.

Ἐπεὶ δὲ καὶ αὐτὸς ἀφίκετο, καὶ σφᾶς συναγαγὼν ἕξα τῶν πωμηγῶν κατὰ τὰ

f) P. Rutilii Rufi, qui Consul fuit A. U. C. 649. cum Cn. Mallio Maximo.

τὰ πάτρια, τὰ τε πεπραγμένα οἱ ἀπελογήσατο, καὶ τῶν ψηφιοθέντων τινὰ παρήκατο, τότε Φίρον τὸν ἐκ τῶν ἀπογραφῶν κ. τ. λ. *Posteaquam vero ipse Caesar (post devictum Sex. Pompejum) ad Urbem venit, & advocato in Concionem extra pomerium g) populo, sicut moris erat Romani, res gestas a se exposuit, eorum quae in honorem ejus à Senatu decreta erant, quaedam recusavit, h) tributum ex censu impostum aliaque remisit &c. Confer Appianum V. Civil. p. 745. 687. 697. 698. 702. &c.*

II. *SERMO* cum *LIVIA* habitus

De condonandis potius quam atrocius vindicandis injuriis.

*SVETON. cap. 48.*

*SERMONES* quoque cum singulis, etiam cum Livia sua graviores non nisi in scriptis & e libello habebat, ne plus minusve loqueretur ex tempore.

*DIO lib. LV. pag. 557. seq.*

Πρόσονται δὲ αὐτῷ ταῦτα ἐπέβλευσαν ἄλλοι τε καὶ Γνώσι Κορηλίῳ, θυγατρὸς τῆ μεγάλης Πομπηίου ὧν. ὥστε ἐν μεγάλῃ αὐτὸν ἀμηχανίᾳ χρόνον τινὰ γενέσθαι, μή τε ἀποκτείνουσθαι (ὅτι ἔδεν πλέον πρὸς ἀσφάλειαν ἐκ τῶν ἀπολλυμένων ἕως οἱ γιγνώμενον) μήτ' ἀπολύσθαι (μὴ καὶ ἑτέρουσ ἐκ τούτων ἐφ' ἑαυτὸν ἐπιστάσθαι) ἐθέλοντα. ἀποροῦντί τε οὖν αὐτῷ ὁ, τι πράξῃ, καὶ οὔτε μεθ' ἡμέραν ἀφροντισεῖν, ἔτ' αὐνύκτωρ ἀτρέμεϊν δυνάμενον, εἶφη ποτὲ ἡ Λιβία. Τί ἐστὶ τάτο, ὦ ἀνερ, διὰ τί οὐκαθεύδεις;

Interim insidiis impetitus, quarum praecipuus autor erat inter alios Cn. Cornelius Cinna Magnus, filia Pompeji Magni natus, aliquamdiu consilii inops fuit, quum neque necare eos vellet, quia nihilo tutior editis caedibus fiebat, neque dimittere impunes, ne alios quoque contra se incitaret. Dubium quid statueret, ac neque dies neque noctes sine cura, ac cum quiete agentem, Livia aliquando percontata est, quidnam reieum a somno detineret?

Καὶ ὁ Αὐγούστῳ, καὶ τίς αὖν, εἶπεν, ὦ γυνὴ, καὶν ἐλάχιστον

*Quis vero, inquit Augustus, vel minimum temporis à curis vacet, qui tot*

*ἀπο-*

- g) Exercitum ducentibus Urbem intrare legibus Romanis non licebat, ut constat ex Plutarchi Pompejo p. 650. & Dione p. 120, 144, 153, 160, 394, 508, 553, &c.  
h) Conferendus Appianus V. Civil, p. 745. seq.

ἀπομερμερίσειε, τοσούτους τε αἰεὶ ἐχθρούς ἔχων, καὶ συνεχῶς οὕτως ἄλλοτε ὑπ' ἄλλων ἐπιβλεπούμενος; ἢ οὐχ ὄρεται ὅσοι καὶ ἐμοὶ καὶ τῇ δεξιῇ ἡμῶν ἐπιτίθενται; καὶ αὐτοὺς οὐδὲ αἰτιμασίᾳ τῶν δικαιουμένων ἀνατέλλουσιν, ἀλλὰ καὶ πᾶν τούναντίον, ὥσπερ ἐπ' ἀγαθόν τι ἐπειγόμενοι, σπαυδουσι καὶ οἱ λοιποὶ προσαπολύθαι.

Ἀκούσασα δὴ τούτων ἡ Λιβία, τὸ μὲν ἐπιβουλεύεσθαι σε, εἶπεν, οὔτε θαυμαστόν, οὔτε ἔξω τῆ ἀνθρωπείου τρόπου ἐστὶ. καὶ γὰρ πρόσθετος πολλὰ, ἅτε καὶ τηλικαύτῳ δεξιῶν ἔχων, καὶ λυπῆς, ὥσπερ ἴσως, συχνούς. οὐ γάρ που καὶ πᾶσιν οἷόν τε τὸν ἄρχοντα τινῶν ἀρεσκῆναι, ἀλλὰ καὶ ἀπεχθάνεσθαι πολλοῖς καὶ τὸν πᾶν ὄρεσθαι βασιλεύοντα ἀνάγκη. πολλῶν τε γὰρ πλείους τῶν δίκαιόν τι πράττοντων οἱ ἀδικῶν ἐθέλοντες εἰσιν. ὧν ἀδιώκτον ἐστὶ τὰς ἐπιθυμίας ἀποπιμπλάναν. καὶ αὐτῶν τῶν δεξιῶν τινὰ ἔχοντων, οἱ μὲν καὶ πολλῶν καὶ μεγάλων, ὧν ἔδιώκονται τυχεῖν, ἐπορεύονται, οἱ δὲ καὶ ἐτέρων ἐλαττωθέντες ἀχθονται. καὶ οὕτως ἀμφοτέροι τὸν κρατούντα αἰτιῶνται. ὥστε ἐκ τε τούτων μὴ εἶναι κακοῦ ἀμαρτάνειν, καὶ προσέτι καὶ ἐκ τῶν ἐπιτιθεμένων, οὐτι γὰρ καὶ σοὶ, ἀλλὰ καὶ τῇ ἡγεμονίᾳ. σὲ μὲν γὰρ ἰδιωτευόντα ἔδιδ' ἀνθὶς ἐθέλοντες κακόν τι, μηδὲν γὰρ

*inimicos semper habeat, aliisque super alias insidiis petatur? an vero non certis quam multi et mihi et imperio nostro periculum struant? quos ne supplicia quidem coercent, quin contra ceteri punitorum exemplo, quasi vero hi aliquid egregii egissent, perire studeant.*

Quo sermone Augusti audito Livia: Perniciem, ait, tibi creari, neque mirum est, neque ab humana sorte alienum, multa, ut in tanto imperio, agenti, multosque offendenti. Nimirum fieri non potest ut princeps omnibus placeat, ac non vel iustissime regens, per multorum in odia incurrat. Major enim pars hominum injusta justis potiora ducunt: quorum expleri cupiditates nequeunt. Jam virtuosorum quoque alii magnas ac multas res expetunt, quas consequi non possunt: alii aliis posthabitos se indignantur: itaque utrique culpant principem: quapropter certum ab his malum impendet, ex iisq; deinde qui insidias struunt, non quidem tibi, sed principatui. Etenim privato nemo tibi mali quicquam nisi à te accepta injuria, fecisse voluit: principatum

προσα-

προπαθῶν, ἐποίησε. τῆς δὲ δὴ δέχῃς καὶ τῶν ἀγαθῶν τῶν ἐν αὐτῇ πάντες καὶ οἱ γε ἐν διωάμει τινὶ ὄντες, πολὺ μᾶλλον τῶν ὑποδεεσέρων ὀργνῶνται. τῆτο γὰρ ἐστὶ μὲν ἀδίκων ἀνθρώπων, καὶ ἥκιστα νοῦν ἐχόντων, ποιεῖν. ἢ μὲν ἀλλ' ἐν τε τῇ φύσει αὐτῶν καθάπερ τι καὶ ἄλλο ἐνεσι, καὶ ἐχ οἶόν τε ἐστὶ, τὰ τοιαῦτα ἕτε πείθοντα ἕτ' ἀναγκάζοντα, ἐξελέσθαι τινῶν. εἰδὲς γὰρ οὔτε νέμῳ οὔτε φόβῳ κρείττων τῶν φύσει πεφυκότων γίγνεται. ταῦτ' ἐνω λογζόμενῳ, τὰς μὲν τῶν ἄλλων ἀμαρτίας μὴ δυσχεραίνει. φυλακὴν δὲ ἀκρεβῆ καὶ σεαυτῆ καὶ τῆς μοναρχίας ποιεῖ, ἵνα αὐτῷ μὴ ἐκ τῆ σφόδρα κολάζειν τινὰς, ἀλλ' ἐκ τῆ σφόδρα φυλάσσειν, ἀσφαλῶς ἐχωμεν.

Πρὸς ἔν ταῦτα ὁ Αὐγούστῳ, ἀλλ' οἶδα μὲν καὶ ἐγὼ, ὡ γυνὴ, ὅτι ἕτ' ἄλλο τι τῶν μεγάλων ἐξω φθόνου καὶ ἐπιβουλῆς καθέστηκεν, ἥκιστα δὲ αὐταρχία. καὶ γὰρ ἀν καὶ ἰσόθεοι ἡμεν, εἰ μὴ καὶ πρᾶγμα καὶ φροντίδας καὶ φόβου ὑπὲρ πάντας τοὺς ἰδιώτεροντας ἔχομεν. ἐμὲ δὲ δὴ καὶ αὐτὸ τῆτο λυπεῖ, ὅτι καὶ ἀναγκασθὸν ἐστὶ ταῦτ' ἕτε γίγνεσθαι, καὶ ἀδιώατον, θρασυπείαν τινὰ αὐτῶν εὐρεθῆναι. Ἄλλ' ἐπειδὴ γε τινὲς τοιαῦτοι εἰσὶν οἷσι πάντως ἀδικεῖν ἐθέλειν (εἶπεν ἡ Λιουία) ἡμεῖς γε αὐτοὺς φυλατῶμεθα. ἐχωμεν δὲ καὶ στρατιώτας πολλοὺς, (ὧν οἱ μὲν, πρὸς τοὺς πολεμίους ἀντίτε

ejusque bona potens quisque etiam infirmioribus promptius appetit. Id etsi est injustorum hominum, ac minime prudentium, tamen a natura inter alia vitia iis inest, ac neque monitis, neque vi eximi potest quod nulla vis, nullus metus eis quæ natura in sunt plus valet. Hæc tu tecum reputans, aliorum peccatis minus succense, tui autem ac regni custodiam exquisitam institue, ut id non precis irrogandis, sed summopere custodiendo tutum servemus.

Ad hæc Augustus, *Sane, inquit, cognitum habeo mulier, cum alia magna ab invidia et insidiis tutam non esse, tum vero in primis summum imperium: Destum certe immortalium, princeps esset similis, nisi majoribus quam privati curis, occupationibus, ac sollicitudinibus teneretur. Me vero hoc ipsum potissimum angit, quod hæc ita fieri necessum est, neque ullum contra ea remedium excogitari potest. Quum sint omnino, respondit Livia, qui inique agere velint, ab iis ergo caveamus. Sunt nobis multi milites, quorum alii hostibus opponantur, alii*

Z

τα.



ταγμένοι, οἱ δὲ, καὶ περὶ σε ὄντες, Φρουροῦσιν ἡμᾶς) καὶ θρασυταίαν πολλῶν, ὥστε καὶ οἴκοι καὶ ἐξω ἀσφαλῶς δι' αὐτὰς ζῆν.

Ἦ πολυβίων ἔω ὁ Ἀυγούστου, ὅτι μὲν πολλοὶ πολλάκις καὶ ὑπὸ αὐτῶν τῶν σωίντων ἐφθάρησαν, ἐδὲν θεομῆ λέγειν. πρὸς γὰρ τοῖς ἄλλοις καὶ τῆτ' ἐν ταῖς μοναρχίαι χαλεπώτατον ἔστιν, ὅτι μὴ μένον τοὺς πολεμίους, ὥσπερ οἱ ἄλλοι, ἀλλὰ καὶ τὰς Φίλους φοβούμεθα. καὶ πολὺ γε πλείους ὑπὸ τῶν τοιούτων (ἀτε καὶ αἰὶ καὶ μεθ' ἡμέραν καὶ νύκτωρ, καὶ γυμνεμένοι σφίσι καὶ καθεύδουσι, σιτία τε καὶ ποτὰ ὑπὸ αὐτῶν παρεσκευασμένα λαμβάνουσι συγγιγνομένων) ἐπεβλήθησαν, ἢ ὑπὸ τῶν μηδὲν προσηκόντων. τάτε γὰρ ἄλλα, καὶ πρὸς μὲν ἐκείνους ἐστὶ τούτους ἀντιτάξαι, πρὸς δὲ τούτους αὐτοὺς οὐκ ἔστιν ἄλλω τινὶ συμμαχῶν χρησασθαι. ὡς δ' ἡμῖν διὰ πάντων, θεῶν μὲν τῶν ἐρημίων, θεῶν δὲ καὶ τὸ πλῆθος καὶ φοβερὸν μὲν τῶν ἀφυλαξίαν, φοβερωτάτης δὲ αὐτοὺς τὰς φύλακας, καὶ χαλεπούς μὲν τοὺς ἐχθρούς, χαλεπωτέρους δὲ τοὺς φίλους εἶναι. φίλους γὰρ ἀνάγκη πάντας σφᾶς, καὶ μὴ ὡσι, καλεῖσθαι. εἰ δὲ ἔω τις καὶ χρησῶν αὐτῶν τύχοι, ἀλλ' οὐτι γὰρ οὕτω πισεύσεται ἀνσφίσιν, ὥστε καὶ καθαρὰ καὶ ἀφροντίστῳ καὶ ἀνυπόπτῳ τῇ ψυχῇ προσομιλεῖν. τάτε τε ἔω καὶ τὸ τοὺς ἄλλους τὰς ἐ-

te stipent, ac nos custodiant, ac domi forisque securitatem nobis praestent.

Tum Augustus, Multos saepe numero à suis interfectos esse, verbis opus non habet. Nam inter caetera hoc difficillimum est in imperio, quod non reliquorum more tantum ab hostibus nobis, sed ab amicis quoque timemus, quodque multo plures ab his quam ab alienis perniciem inveniunt. Dies enim noctesque adsunt, nudis etiam ac dormientibus: Et cibum potumque à se paratum ministrant: contra hostes quidem, amicos opponere licet, contra hos ipsos nullum est auxilium. Ita semper nobis et solitudo est gravis, et hominum frequentia: vacare custodia periculosum, periculossimum esse inter stipatores: hostes molesti, molestiores amici, (hoc enim eos, etiam minime dignos, nomine appellare oportet) quos ut etiam bonos quis nauicatur, nunquam tamen tantum eis fidei tribuere potest, ut cum iis puro curisque et suspicionibus vacuo corde conuersetur. Porro autem id gravis-

πιβελεύοντας ἀναγκάϊον εἶναι ἀμύ-  
νκθαι, πάνθεν ἐσι. Τὸ γὰρ τοι  
τιμωρεῖσθαι τε ἢ κολάζειν αἰετίναις  
ἀναγκάζεσθαι, μεγάλῳ ἀχθῆσθαι  
τοῖς γε ἀγαθῶσι ἀνδράσι φέρεται, κ.τ.λ.

*sumum est, necessitatem imponendi in-*  
*sidiatoribus supplicii incumbere : quod*  
*agerrime bonus quisque facit.*

Recte tu quidem hæc, inquit Livia. Ego autem habeo quod tibi dem consilium, (modo ne id repudies, aut indigne feras, me, mulier quum sim, tibi consulere ausam) cujusmodi nemo etiam summus amicus tibi dare possit: non quia scientia, sed quia deest audacia. Jussa deinde quid id esset proferre, Dicam, inquit, libere, tecum videlicet bonorum ac malorum particeps: te incolumi ipsa quoque hodie regnans, eademque una si quid (quod abominor) durius accidat, peritura.

Homines quosdam ipsa ad peccandum impellit natura, e-  
jusque cupiditas coerceri difficulter potest. Jam, ut plerorum-  
que de malitia nihil dicam, multos omnino opinio boni ad de-  
linquendum movet: multos generis splendor, divitiarum fastus,  
honoris magnitudo, ac fortitudinis comes audacia, & potentiae  
moles, ut a recto cursu exorbitent, facit. At neque nobilitatem  
in obscuritatem, neque fortitudinem in ignaviam, neque pru-  
dentiam in stupiditatem mutare licet, neque fortunas hominum  
accidere, aut spiritus dejicere insontium decet. Quod ut injustum  
est, ita sumpta de noxiis hominibus vindicta offensas ac infami-  
am parit. Agedum alia via insistamus, ac venia eos prosequa-  
mur. Ego enim ita judico, plus clementiam quam sævitiam pro-  
ficere. Nam misericordes non ii tantum quibus delicti gratia facta  
est, charos habent, ac gratiam referre student: sed reliqui etiam  
omnes reverentur ac colunt, ita ut nemo eos deinde lædere ausit.  
At eos qui ira inexorabili utuntur, non modò eos odio habent  
ii qui sibi metuunt, sed cæteri quoque infensi, insidiis structis suam  
perniciem evitare statuunt. Vident ut medici rarissime sectiones & i-  
gnēs adhibeant, ne ipsa videlicet vitia corporis magis exasperent: ple-  
raque autem gestationibus lenibusque corporis exercitiis, & mitibus  
medicamentis molliunt ac sanant? Neque enim putandum est, quod  
hæc corporum, illa animorum sunt vitia, ideo esse inter se diffi-  
milia.

milia. Etenim etsi animi hominum incorporei sunt, tamen multa habent cum corporum natura convenientia: contrahuntur metu, turgent ita, dolore minuuntur, audacia inflantur, ut non multum à corporum natura differant, atque eandem fere sanationem requirant. Nam sermo lenis ad aliquem habitus, omnem fremitum laxat, contra asper remissum etiam ad iram concitat: venia data ferocem etiam quenque placat, supplicium vel mitissimos animos exasperat: violentæ enim actiones; ut sint omnino iustissimæ, irritant, mansuetæ placant: ideoque facilius persuadendo quispiam quam cogendo eo adducitur ut vel gravissima subeat. Quod adeo est natura comparatum, ut brutorum quoque animantium multa robustissima alioquin & ferissima, blandiendo cicurentur, inescandoque perdomentur, alia timidissima atque imbellissima male habita ac territa ad iram concitentur.

Neque ego omnibus ex æquo noxiis parcendum esse dico, sed audaces, inquietos, malitiosos ac sinistri consilii homines, immedicabilique & continuæ malitiæ adætos, excindere te jubeo, exemplo earum corporis partium, quæ medicinam non patiuntur: reliquos, qui propter ætatem, imperitiam, imprudentiam, aut alio casu quodam vel volentes vel inuiti peccant, verbis castigare, minis corrigere, aliave tolerabili ratione tractare: utque in aliis rebus modo graviores, modo mediocres pœnæ irrogantur, sic in hac quoque re citra periculum exiliis alios, alios ignominia, vel pecunia multare, aut in diversa loca urbesve relegare licet. Inveni nimirum sunt qui quum spes ac cupiditates eorum irritæ factæ fuissent, ad sanitatem redierint: alios in confesso locus in honestus, aut stationes probrosæ, doloresque & terrores ante oblatis emenda-verunt, pro quibus homo nobis ac fortis mortem sibi optaverit. Quo intelligitur, pœnas non faciliores, sed graviores etiam futuras, quum nos inculpati interim tuto vivere possimus, qui nunc multos invidia, avaritia, metuve fortitudinis aut nobilitatis necare existimamur. Haud enim facile creditur, eum qui in tanta potentia ac licentia vivit, ab inermi homine privatoque insidiis peti posse: ideo alii hos de nobis rumores divulgant, alii falsis delationibus nos fidem habere dicunt, quum exploratores auscultatoresque

emissarii

emissarii nostri, odio irave, aut ab inimicis eorum quos accusant accepta pecunia, negatave ab his indignatione adducti multis infontibus perniciem struant, non modo quod egerint, agendumve sibi proposuerint quicquam, sed quod etiam certi quippiam dixerint, auditove tacuerint, risuque aut lacrymis dictum exceperint. Possum infinita id genus referre, quæ si maxime vera sint, tamen ea te apud liberos homines perscrutari, eaque tibi annuntiari indecorum est, quum, si te lateant, damni nihil adferant, relata vel invito (quod cum aliis tum vero principe indignum est) stomachum moveant: at multi plurimos indicta causa, iudiciove subdole parato injuste exitium reperisse autumant: neque testimonia, quæstiones, aut alia contra illos usurpata pro veris habent.

Hæc etsi nonnunquam injuste, tamen de omnibus ita capitali supplicio affectis vulgo memorantur: tuum autem Auguste est, non modo ab injustitia, sed ab opinione quoque ejus abesse: quorum alterum in privato, alterum in principe requiritur. Hominibus enim non belluis imperas: eaque est unica benevolentia ipsorum veræ consequendæ ratio, si hoc ipsis persuasum efficias, neque à volente, neque ab invito te quenquam eorum lædi. Cogi quidem ad metuendum aliquem homo potest, ad amandum autem persuasionem opus est: ea beneficiis in euna collocatis, quæque aliis videat tribui, paratur. At qui injuste alium morte affectum suspicatur, eandem sibi fortunam metuens, cædis autorem ut odio habeat impellitur. Porro autem invisum esse subditis, neque honestum est, & minime expedit. Hæc est quippe hominum sententia, privato omnes injurias esse persequendas, ne vel contemptui inde habeatur, vel opprimatur: principem vero debere ea quæ in publicam rem peccantur, ulcisci, privatim in se admissa tolerare, quum qui ita deliquerint, neque ex contemptu, neque ex incursum possint ipsum tanta septu custodia damno afficere. Quæ ego audiens, ac in ea intuens, parum absum quin tibi suadeam ut neminem omnino ob hujusmodi causam vita spolies. Nam in hoc principatus instituti sunt ut saluti subditorum consulatur, ne invicem aut ab exteris ii injurias accipiant: non profecto ut si quid principem offenderint, ab eo interimantur. Ac legibus quidem, beneficiis &

admonitionibus eos princeps instituere debet, ut in officio manent: vitiosis mederi quodam modo, ac sanare, ne profus percant. Est vero magni animi, eximia que naturæ, vulgi peccata ferre: quæ si quis omnia punienda cogitet, imprudens plerosque hominum occidet.

Proinde id tibi consulo ne quem post hac talis facinoris alicujus causa capite plectas, sed alio quodam modo castiges, ne quid in posterum gravius admittere possit: Quid enim mali tibi inferat in insulam quandam deportatus, aut in villa, vel oppido non modo absque pecuniæ & servitorum copia, sed etiam in custodia positus, sicubi res id requirat: Nam agentibus in vicinia hostibus, marive ab alienato, aut si in ipsa Italia urbes muris & armis munitæ essent, quo perfugere fontes possent, iisve occupatis terrorem nobis incutere, alia ratio ineunda fuisset: nunc quum omnia armis & munitionibus bellicis vacent, ac longissime absint hostes, tot maribus, terris, montibus ac fluminibus inviis interjectis, quis hunc vel illum hominem metuat nudum, privatum, hic in medio tui imperii, ac intra tua arma inclusum? Ipsa sane neque cogitaturum tale quid ullum, neque si omnino ita insaniat, agere posse censeo. Ergo ab his qui nunc sunt rei insidiarum apud te facti, periculum facere incipiamus, fortassis & hi mutabunt sententiam, & alios meliores facient. Vides Cornelium & nobilem & fama clarum esse, humaniter etiam peccatum ejus expendi par fortassis sit. Non omnia gladius conficit (magnum enim bonum is esset, si emendare homines, ac persuadere valeret, & ad suscipiendum sincerum amorem adigere) sed ut corpus abolere alicujus potest, ita cæterorum animos à cædis autore avertit, qui non propter supplicium sumptum vindicem amare, sed ob metum mali odisse solent. Contra quibus delicti venia est donata, pœnitundine ducti benefactorem lædere in posterum verentur, sed spe consequendi majora præmia eum suis officiis colunt: videlicet qui injuria affectus, salutem eam inferenti concesserit, cum omnes putant beneficia summopere compensaturum. Morem itaque, mi vir gere mihi, propositumque muta, consecuturus hoc quoque, ut cætera à te gravius facta, necessitatem tibi extorsisse judicetur, quia tantam urbem

Civitatem ex populari forma reipublicæ in unius hominis potestatem redigere sine sanguine impossibile est : quod si in coepta ratione perseveraveris, videre hæc quoque duriora sponte fecisse.

His Liviæ verbis adductus Augustus, omnes reos verbis castigatos indemnes demisit, Cornelio etiam consulatu donato: eoque factò ita sibi omnium animos devinxit, ut non modo insidiæ contra ipsum nullæ deinde componerentur, sed opinio quoque omnis earum intercideret.

12. SERMO CUM CN. CORNELIO CINNA,  
conjuratiōis reo.

SENECA lib. I. de clementia cap. 9.

Divus Augustus fuit mitis princeps si quis illum à principatu suo æstimare incipiat: in comūni quidem Rep. gladium movit. Cum hoc ætatis esset, quod tu nunc es, duodevicesimum egressus annum, jam pugiones in sinum amicorum absconderat, jam insidiis M. Antonii consulis latus petierat, jam fuerat collega proscriptiōis: sed cum annum quadragesimum transisset, & in Gallia moraretur, delatum est ad eum iudicium, L. Cinnam stolidi ingenii virum insidias ei struere. Dictum est & ubi, & quando & quemadmodum aggredi vellet. Unus ex consciis deferebat. Constituit se ab eo vindicare. Consilium amicorum advocari iussit. Nox, illi inquieta erat cum cogitaret adolescentem nobilem, hoc detracto integrum, Cn. Pompeji nepotem, damnandum. Jam unam hominem occidere non poterat: cum M. Antonio proscriptiōis edictum inter cœnam dicitur. Gemens subinde voces emittebat varias, & inter se contrarias; *Quid ergo? ego percussorem meum securum ambulare patiar, me sollicito? Ergo non dabit pœnas, qui tot civilibus bellis frustra peti- tum caput, tot navalibus, tot pedestribus praliis incolume, postquam terra marique pax parata est, non occidere constituit, sed immolare?* Nam sacrificantem placuerat adoriri. Rursus silentio interposito, majore multo voce, sibi, quam Cinnæ irascēbatur. *Quid vivis, si perire te tam multorum interest? Quis finis erit suppliciorum? Quis sanguinis? Ego sum nobilibus adolescentulis expositum caput, in quod mucrones acuunt? Non est tanti vita, sicut, ut ego non peream, tam multa perdenda sunt.*

Inter-

Interpellavit tandem illum Livia uxor: Et admittis, inquit, muliebri consilium? Fac quod medici solent: qui ubi visitata remedia non procedunt, tentant contraria. Severitate nihil adhuc profecisti: Salvidienum Lepidus secutus est, Lepidum Muræna, Murænam Cæpio, Cæpionem Egnatius, ut alios taceam, quostantum ausos pudet: nunc tenta, quomodo tibi cedat clementia. Ignosce L. Cinnæ, deprehensus est. Jam nocere tibi non potest, prodesse famæ tuæ potest.

Gavifus sibi, quod advocatum invenerat, uxori quidem gratias egit: renūtiari autem extemplo amicis quos in consilium rogaverat, imperavit, & Cinnam unum ad se accersit: dimissisque omnibus è cubiculo, cum alteram Cinnæ poni cathedram iussisset: *Hoc, inquit, primum à te peto ne me loquentem interpelles, ne meo sermone medio proclames: dabitur tibi loquendi liberum tempus. Ego te, Cinna, cum in hostium castris invenissem, non factum tantum mihi inimicum, sed natum servavi, patrimonium tibi omne concessi. Hodie tam felix es, & tam dives, ut victo victores invideant. Sacerdotium tibi petenti, præteritis compluribus, quorum parentes mecum militaverant, dedi. Cum scire de te meruerim, occidere me constituisti. Cum ad hanc vocem exclamasset, procul hanc ab se abesse demētiam; Non præstas, inquit, fidem, Cinna: convenerat, ne interloquereris. Occidere, inquam, me paras, adjecit locum, socios, diem, ordinem insidiarum, cui commissum esset ferrum. Et cum defixum videret, nec ex conventionem jam, sed ex conscientia, tacentem: Quo, inquit, hoc animo facis? Ut ipse sis princeps? Male mehercule cum Republica agitur, si tibi ad imperandum nihil præter me obstat. Domum tuam non potes. Nuper libertini hominis gratia, in privato judicio superatus es. Adeo nihil facilius potes, quam contra Casarem advocare? Cedo, si spes tuas solus impedio, Paulus ne te, & Fabius Maximus, & Cossus, & Servilius ferent, tantumque agmen nobilium, non inania nomina præferentium, sed eorum qui imaginibus suis decore sunt? Ne totam ejus orationem repetendo, magnam partem voluminis occupem: diutius enim quam duabus horis locuturum esse constat, cum hanc poenam, qua sola erat contentus futurus, extenderet: Vitam tibi, inquit, Cinna, iterum do, prius hosti, nunc insidiatori ac parricida. Ex hodierno die, inter nos amicitia incipiat. Concedamus, utrum ego meliore fide vitam tibi dederim, an tu debeas. Post hæc*

detulit ultro consulatum, questus, quod non auderet petere. Amicissimum fidelissimumque habuit, heres solus fuit illi. Nullis amplius insidiis ab ullo petitus est.

\* \* \* \*

PLINIUS VIII. 42.

Fecit & Divus Augustus Equæ tumulum, de quo Germanici Cæsaris carmen est.

### VIII. C A R M I N A.

#### SICILIA.

SVET. AUG. 85.

Unus liber exstat ab eo scriptus hexametris versibus, cujus & argumentum, & titulus, est *Sicilia*.

### IX. AJAX TRAGOEDIA.

SVET. AUG. 85.

Nam Tragœdiam magno impetu exorsus, non succedente stylo, abolevit; quærentibusque amicis, quidnam *Ajax* ageret, respondit; *Ajacem suum in spongiam incubuisse*.

MACROBIUS *Lib. 2. Saturnal. cap. 4.*

Ajacem Tragœdiam Augustus scripserat, eandemque quod sibi displicuisset, deleverat. Postea Lucius, gravis Tragœdiarum scriptor interrogavit eum quid ageret Ajax suus, & ille, *in spongiam*, inquit, *incubuit*.

### ACHILLES TRAGOEDIA.

SVIDAS, *Ἀχιλλεύς*.

*Καὶ τραγωδίαν Ἀϊαντός τε ἔχ' ἈΧΙΛΛΕΪΩΣ.*

Hoc Svidæ fide retuli. Neque enim ullus, quod ego sciam, veterum ejus Tragœdiæ mentionem fecit. Ac (licet Achillis exemplo moveri solitum Augustum ex Appiano annotat laudatus Bergerus de eloquentia Augusti pag. 62.) fieri potest, ut Suidas intel-



tellegerit non duas, verum unam Ajacis ab eo scriptam Tragoediam, ideoque quod is heros ob denegata Achillis arma seipsum interfecerat, hæc verba κρη) Ἀχιλλέως addat: non quod ejus Tragoediam scripserit, sed quod Achillis arma mortis Ajaci causa fuerint.

### X. FESCENNINI IN POLLIONEM.

MACROB. Sat. II. 4.

Temporibus triumviralibus Pollio, i) cum Fescenninos in eum Augustus scripsisset, ait; *At ego taceo. Non est enim facile in eum scribere, qui potest proscribere.*

### XI. EPIGRAMMATUM LIBER.

De Augusti Epigrammatis Suetonius in ejus vita, capite LXXXV. *Exstat alter aequè modicus EPIGRAMMATUM (liber) quæ serè tempore balnei meditabatur.* Plinius libro v. Epistola III. quo loco lasciviam suorum Epigrammatum excusat: *An ego vercar, ne me non satis deceat, quod decuit M. Tullium, C. Calvum, Asinium Pollionem, M. Messallam, Q. Hortensium, M. Brutum, L. Sullam, Q. Catulum, Q. Scævolum, Ser. Sulpicium, Varronem, Torquatum, imò Torquatos, C. Memmium, Lentulum, Gatulicum k) An. Senecam, Luccium l) & proximè Virginium Rufum? Et, si non sufficiunt exempla privata, D. Julium, D. AUGUSTUM, D. Nervam, Tib. Caesarem? Neronem enim transeo.* Sed è tanto Carminum numero quæ cum Principem fecisse constat, nullum exstat, nisi id, quod è Martialis libro XI, hic subjeci impudicum illud quidem, ac nihil minus quàm Romani Principis majestate dignum; verùm ea Latini sermonis castitate, tam simplici ac inaffectedata venustate, ut è tanto carminum numero, quæ cum Principem fecisse constat, hoc solum nobis relictum esse videatur, quo desiderium amissorum excitaret. Sane non est quidem illud tam obscurum, ut explicationis egeat; illud solum quæri solet, quisnam Manius ille, aut quænam Glaphyra fuerit? Ac video eruditissimis hominibus placuisse, ut hoc qui-

i) Asinius Pollio, de quo supra, p. 164.

k) al. Lentulum Gatulicum.

l) al. Lucanum,

quidem nomen ab elegantia ac venustate fictum sit; illud autem ita accipiendum esse, ut in illo Persii, VI. 56.

-- -- *præsto est mihi Manius bares.*

Ego neutrum verum esse existimo, sed Augustum ex ipsa historia fide petita nomina usurpasse. Glaphyram enim illam esse, de qua Dio libro XLIX, p. 411. Ὁ δὲ Ἀρχελάω ἐστὶ πρὸς μὲν πατρὸς ἢ τῶν Ἀρχελάων ἐκείνων τῶν τοῖς Ῥωμαίοις ἀντιπολεμησάντων ἡ. ἢ δὲ μητρὸς ἑταίρας Γλαφύρας ἐγγεγένητο. Manium autem eum, cuius Appianus libro v. Bellorum Civilium p. 683, 710. meminit, hominem improbum, ac tam infesto erga Augustum animo, ut ejus solius suafu Fulvia in eum concitata sit; quo nomine ab Antonio interfectus, stoliditatis ac vœcordiæ suæ poenas luit. *Rutgersf.*

MARTIAL. Lib. XI. Ep. 21.

*Ad Lectorem gravem.*

Cæsaris Augusti lascivos, livide, versus  
 Sex lege, qui tristis verba Latina legis.  
*Quod fuit Glaphyren Antonius, hanc mihi penam  
 Fulvia constituit, se quoque uti futuam.  
 Fulviam ego ut futuam? quid si se Manius oret  
 Padicem; faciam? non puto, si sapiam.  
 Aut futue, aut pugnemus, ait. Quid, si mihi vita  
 Carior est ipsa mentula? signa canant.  
 Absolvit lepidos nimirum Auguste, libellos,  
 Qui scis Romana simplicitate loqui.*

VERSUS IN ÆNEIDEM VIRGILIANAM quos à Veteri Scholastico sub nomine AUGUSTI compositos viri docti judicant.

*Ergone supremis m) potuit vox improba verbis  
 Tam dirum mandare n) nefas? Ergo ibit in ignes?*

A a - 2

*Magna-*

m) Primostres versus laudans Ti. Donatus in Virgilio vita: *Exstant & Augusti de ipsa eadem re versus plures & clarissimi, quorum imitum ita est: Ergone &c.*

n) Gellius XVII, 10, P. Virgilius quum morbo oppressus adventare mortem videret, pe-

ssivis

*Magnaue doctiloqui morietur musa Maronis?*  
 Ah scelus indignum. Solvetur litera dives?  
 Et poterunt spectare oculi? nec parcere honori  
 Flamma suo? dignumque operi servare decorem?  
 Noster o) Apollo veta! Musæ prohibete Latinæ!  
 Liber & alma Ceres succurrite! Vester in armis  
 Miles erat: vester docilis per rura colonus.  
 Nam docuit, quid ver ageret, quid cogeret æstas:  
 Quid daret p) autumnus, quid bruma novissima ferret.  
 Arva reformavit: q) fociavit vitibus ulmos:  
 Curavit pecudes: apibus sua castra dicavit.  
 Hæc dedit, ut pereant? ipsum si dicere fas est.  
*Sed legum servandu fides. r) Suprema voluntas*  
*Quod mandat fierique jubet, parere necesse est.*  
*Frangatur potius s) legum veneranda t) potestas,*  
*Quam tot congestos noctesque diesque labores*  
*Hauferit una dies, supremaque iussa u) parentis*  
 Amittant vigilasse suum. Si forte furenti x)

Erra-

*enit oravitque à suis amicissimis impense ut Æneida, quam non dum satis elimavisset adolerent. Macrobius lib. I. Saturn. cap. 24. qui moriens poema suum legavit igni &c.*

- o) Frid. Lindenbrogii Codex vetus: *Pulcher Apollo veta.*  
 p) al. *Quid Pater autumnus.*  
 q) V.C. *Arva formavit.*  
 r) Etiam hocce quatuor versus cum quinto dimidio laudat in Poëtæ vita Ti. Donatus.  
 s) Plin. Hist. VII. 30. *Divus Augustus carmina Virgilio cremari contra testamenti ejus verocundiam vesuit, majusque ita vati testimonium contigit, quam si ipse sua probavisset.* C. Sulpicius Apollinaris apud Ti. Donatum:  
*Fusserat hac rapidis aboleri carmina flammis*  
*Virgilius, Phrygium qua cecidere duces.*  
*Tucca vesat, Varinsque simul, Tu maxime Caesar*  
*Non finis, & Latia consulis historia.*  
 t) al. *reverenda potestas.*  
 u) al. *verba.*  
 x) al. *supremum.* Aut utitur colore quo solentii qui se injuste exheredatos cassantur. Justinianus tit. de inoffic. testam. *Queruntur aut inique se exheredatos, aut inique prateritos, hoc colore, quasi non sana mentis fuerint cum testamentum ordinarent.* Lindebrog.

Erravit in morte dolor : y) si lingua locuta est  
 Nescio quid titubante animo, non sponte, sed altis  
 Expugnata malis, odio languoris iniqui:  
 Si mens cœca fuit: iterum sentire ruinas z)  
 Troja suas, iterum cogetur reddere voces?  
 Ardebit miseræ post vulnera vulnus Elisæ?  
 Hoc opus æternum ruet? a) ac tot bella, tot enses  
 In cineres dabit hora nocens, & perfidus error?  
 Huc huc Pierides nemorum per lustra loquaces b)  
 Tendite, & ardentis ignes fluvialibus undis  
 Mergite: ne pereat tam clari Musæ poëtæ,  
 Flammaque vanescat. Vivat Maro clarus in orbe  
 Ingratusque sibi. Sed quod male jusserat ipse,  
 Sit vetuisse meum. Sacer est post tempora vitæ.  
 Sicque erit æternum tota resonante Camœna  
 Carmen, & imperii divi sub nomine vivat.  
 Laudetur, placeat, vigeat, relegatur, ametur.

## XII. XIII. ELOGIUM DRUSI.

SVET. TIBER. cap. I.

Nec contentus (Augustus) *Elogium* tumulo ejus *Verfibus* à se  
 compositis insculpsisse, etiam vitæ memoriam prosa Oratione  
 composuit.

## XIV. VERSUS GRÆCI.

SVET. AUG. 98.

Vicinam Capreis insulam Ἀπρεργόπολιν appellabat, à desidia  
 fecedentium illuc è comitatu suo. Sed ex dilectis unum, Mas-  
 gabam nomine, quasi conditorem insulæ, κλιττω vocare con-  
 sueverat. Hujus Masgabæ, ante annum defuncti, tumulum  
 cum ex triclinio animadvertisset magna turba, multisque lumi-  
 nibus

A a 3

y) V. C. piger.

z) Sulpicius Apollinar.

*Infelix gemino cecidit prope Pergamos igni,  
 Et pæne est alio Troja cremata rogo.*

a) V. C. Jam sacrum solvetur opus? tot.

b) id, dat. lumina cuncta sorores.

nibus frequentari , versum compositum ex tempore clarè pronuntiavit,

Κλίτη δὲ τύμβον εἰσορῶ πυράμενον.

conversusque ad Thrasyllum, Tiberii comitem, contra accubantem, & ignarum rei, interrogavit, cujusnam poetæ putaret esse; quo hæsitante subjecit alium,

Ὅρᾶς Φάεσι Μασγάβαν ἱμῶμενον.

De hoc quoque consuluit. Cùm ille nihil aliud responderet, quam cujuscumque essent, optimos esse; cachinum sustulit, atque in jocos effusus est.

PLIN. XXXV. 10.

Venerem è mari exeuntem c) D. Augustus dicavit in delubro patris Cæsaris, quæ Anadyomene vocatur, versibus Græcis, d) tali opere, dum laudatur, victo, sed illustrato.

MACROB. lib. II. Sat. 4.

Solebat descendenti à palatio Cæsari honorificum aliquod Epigramma porrigere Græculus. Id cùm frustra sæpè fecisset, rursumque eum idem facturum vidisset Augustus, brevi sua manu in charta exaravit Græcum Epigramma, pergenti deinde ad se obviam misit. Ille legendo laudare, mirari tam voce, quam vultu &c.

## XV. DE VITA SUA d) LIBRI XIII.

SUIDAS

Ἀυγύστος Καῖσαρ Ὀκταυιανὸς ὁ καὶ Σεβαστὸς ἐπικληθεὶς, περὶ τῆ ἰδίας βίης καὶ τῶν πράξεων βιβλία γύ.

Et aliqua ( volumina scripsit) *De vita sua*, quam XIII. libris, Can-

c) Pictam ab Apelle.

d) Nullum Augusti, sed Antipatri Sidonii, Archiæ, Democriti, Juliani & Leonidæ Epigrammata in hanc Venerem leguntur in Anthologia Planudæ lib. 4. cap. 12. p. 465. Primum Latine expressit Auloni, Epigr. 106. Hugonis Grotii metaphrasin omnium quinque dedit Joannes Harduinus ad Plinium.

e) Ab hoc opere longe diversum, aliisque ab auctoribus digestum fuit de quo Plinius VII, 13, Mist, in *ACTIS TEMPORUM DIVI AUGUSTI invenitur, duo deoimo Confu-*

late

Cantabrico tenus bello , f) nec ultra , exposuit.

## LIBER I.

SUETON. AUG. cap. 2.

Ipse Augustus nihil amplius , quàm *Equestri familia ortum se scribit veteri ac locuplete , & in qua primus Senator pater suus fuerit.*

## LIBER II.

PLIN. *Histor.* II. 25.

Cometes in uno totius orbis loco colitur in templo Romæ, admodum faustus divo Augusto iudicatus ab ipso : qui incipiente eo g) apparuit ludis quos faciebat Veneri Genetrici, non multo post obitum Patris Cæsaris , in Collegio ab eo instituto. Namque his verbis id gaudium prodidit:

*Is ipsis ludorum meorum diebus sidus crinitum per septem dies in regione cæli, quæ sub septentrionibus est, conspectum. Id oriebatur circa undecimam horam diei, clarumque, & omnibus terrenis conspicuum fuit. Eo signo significari vulgus credidit, Cæsaris animam inter Deorum immortalium numina receptam, quo nomine id insigne simulacro capitis ejus. quod mox in foro consecravimus. adiectum est. Hæc ille in publicum, interiore gaudio sibi illum natum, seque in eo nasci interpretatus est: & si verum fatemur, salutare id terris fuit.*

SERVIVS ad Eclogen Virgilii IX. vers. 47. *Ecce Dionæi processit Cæsaris astrum.*

Cum Augustus Cæsar patri ludos funebres celebraret, die medio

*latu ejus, Lucioque Sylla Collega, a. d. III. Idus April. C. Crispinum Hilarum ex ingenua plebe Fesulana, cum liberis novem, (in quo numero filia dua fuerunt) nepotibus XXVII, pronepotibus XXIX, neptibus VIII, prolata pompa, cum omnibus his in Capitolio immolasse. Dio ad A. U. C. 727. lib. LIII. p. 509. & disertè Suetonius c. 36, notant Augustum Acta Senatus publicari vetuisse.*

f) Ad annum sextum Imperii : supra p. 41. Libros XIII. hujus operis fuisse Suidas etiam testis est, ut omnino fallatur Torrentius qui in Suetonio XXX. reposuit, nescio cujus Codicis fidem secutus : nam aliter vest. editiones & MSS, Voss. p. 87. de Hist. Lat. Fallitur etiam vir doctus qui ad lib. 48. Digest. tit. 24. l. 1. annotat decem libros commentariorum de vita sua ab Augusto scriptos fuisse.

g) Primo Consulatu Augusti hunc Cometem conspectum ex eodem Plinio colligitur. Meminit & Suetonius in Julio Cæsare cap. 88. Seneca VII. 17. nat. qu. Dio XLV. p. 273.

medio stella apparuit : ille eam confirmavit parentis sui esse. Unde sunt versus isti compositi. *Dionæi* autem, longè repetitum est, à matre Veneris Dionæ. Sanè astrum græce dixit : nam stellam debuit dicere. Bæbius Macer circa horam octavam, stellam amplissimam quasi lemniscatis coronatam ortam dicit, quam quidam ad inlustrandam gloriam Cæsaris juvenis, pertinere existimabant. Ipse animam patris sui esse voluit, eique in Capitolio statuam, super caput auream stellam habentem, posuit : Inscriptum in basi fuit, *Καῖσαρι ἡμιθεῖω*. Sed Vulcanius aruspex in concionem dixit cometen esse, qui significaret exitum novi sæculi, & ingressum decimi : sed quod invitis Diis secreta rerum pronunciaret, statim se esse moriturum, & nondum finita oratione, in ipsa concione concidit : Hoc etiam *Augustus in libro secundo memoria vita sua* complexus est, & hæc Mœris non ut sua, sed Virgilio refert in honorem Augusti composita.

*Lege I. Lib. XLVIII. Digest. tit. 24. De cadaveribus damnatorum, ex Ulpiani lib. IX. de Officio Proc.*

Corpora eorum, qui capite damnantur, cognatis ipsorum neganda non sunt. Et id se observasse etiam D. Augustus libro x. *De vita sua* scribit.

## INCERTA EX QVO LIBRO

### COMMENTARIORUM DE VITA SUA, AD AGRIPPAM ET MÆCENATEM.

PLUTARCHUS *Parallel. Cicronis & Demosth. p. 887.*

*Valuit sane juxta uterque dicendi & Reip. gerenda peritia, ut etiam qui castris & exercitibus præessent, Demosthenis opera Chares, Diophites, Leosthenes : Κικέρωνος δὲ (δείδω) Πομπηίου καὶ Καίσαρα τὸν νέον, ἃς αὐτὸς ὁ Καῖσαρ ἐν τοῖς πρὸς Ἀγρίππαν καὶ Μαικλώαν ὑπομνήμασιν εἰρηκεν. Cicronis indiguerunt Pompejus & Cæsar Octavius, quod ipse in commentariis ad Agrippam & Mæcenatem commemoravit Cæsar.*

APPIAN. IV. ἐμφυλ. παρ. 653.

Ἀρξάμενοι δὲ ἅπαξ ἕως, καὶ τῷ Καίσαρι τὸν νεώτερον, Πταγμίνω μάλιστα.

λίσα κατὰ σφᾶς, ἐπέδραμον, καὶ τρέψαντες ἐδίωκον, μέχρι καὶ τὸς ἐρηλο-  
πεδον ἐξῆλον, ὁκοινὸν ἦν Ἀντωνίῳ τε καὶ Καίσαρι, Καίσαρ δὲ ἐνύ-  
πιον ἔδον σὺν ὄντῳ, ἀλλὰ φυλαξαμένους τῶν ἡμέρων, ὡς αὐτὸς ἐν τοῖς  
ΥΠΟΜΝΗΜΑΣΙΝ ἔγραψεν. *Commisso semel praelio, mox se vertterunt ad  
oppositum sibi Caesaris aciem, coactamque terga vertere, persecuti etiam castris  
potiti sunt, quae illi communia fuere cum Antonio: Casare tum absente propter  
somnia, & eam diem cavente, ut ipse scriptum reliquit in suis Commentariis.*

IDEM ILLTR. pag. 762.

Ἐν δὲ τοῖς ΥΠΟΜΝΗΜΑΣΙ Τῆ δευτέρῃ τῆ Καίσαρ, τῆ κληθέντῃ  
καὶ Σεβασῆ, παλαιότερον μὲν εἶδέν, εἶδ' ἐν τοῖςδε περὶ Παγόνων εὐρον. &c. In  
Caesaris vero Commentariis, ejus qui Augustus cognominatus est, nihil antiqui-  
us de eorum gente perscriptum legi. Aliam quoque Illyriorum gentem, pra-  
ter eam (Pannoniorum) quam vetuli, Romanis paruisse mihi visum est: ve-  
rum quae ea sit, haud intelligo. Non enim alienas res Augustus sed proprias  
conscriptit, quemadmodum ab imperio deficientes ad tributa redegit, & alias  
sub propriis legibus degentes bello superavit: postremo reliquas omnes qua sum-  
mitates Alpium incolunt, barbaras bellicosasque nationes per vim subdidit, quae  
finitima Italiam furtim praeantur - - At vero Caesar Augustus universa  
adeptus &c.

SUETON. AUG. cap. 2.

Et Q. Gallium Praetorem in officio salutationis tabulas dupli-  
ces veste tectas tenentem suspicatus gladium oculere: nec quic-  
quam statim, ne aliud inveniretur, ausus inquirere, paullo post  
per Centuriones, & milites raptum è tribunali servilem in mo-  
dum torfit; ac fatentem nihil, jusfit occidi, prius oculis ejus sua  
manu effosis. Quem tamen scribit, *Colloquio petito infidiatum sibi,  
conjectumque à se in custodiam, deinde urbe interdicta dimissum, naufrago,  
vel latronum infidiis periisse.*

IBID. 42.

Ut tandem annona convaluit, impetum se cepisse scribit, frumen-  
tationes publicas in perpetuum abolendi. quod earum fiducia cultura agrorum  
cessaret; neque tamen perseverasse, quia certum haberet, posse per ambitio-  
nem quandoque restitui.

Bb

IBID.



IBID. 43.

*Fecisse ludos se ait suo nomine quater ; pro aliis magistratibus , qui abessent , aut non sufficerent , sex vicies.*

DIO XLIV. p. 258.

Καὶ προσέτι καὶ δωρεὰς ἄλλοις καὶ ἡ πόλει τέσσα κήπους ἕως παρὰ τὸν Τίβερα καὶ δραχμὰς , ὡς μὲν αὐτὸς ὁ Οὐλιανὸς γράφει , τετρακόντα , ὡς δὲ ἕτεροι , πέντε καὶ ἑβδομήκοντα ἐκάστω δοθῆναι κεκελευεν. Julius Cæsar legata aliis & populo hortos ad Tiberim , & viritim numos sestertios dari præcepit, ut Octavius ipse scribit, centum & viginti, ut alii trecentenos.

IBID. 62.

Cum hac etiam (Scribonia) divortium fecit, *peratus*, ut scribit, *morum perversitatem ejus.*

IBID. 74.

Ipse scribit, *invitasse se quendam , in cujus villa maneret , qui speculator suus olim fuisset.*

SERVIVS ad illud VIII. *Æneid. Regina in mediis , Sc:*  
ad v. 696.

AUGUSTUS in *Commemoratione VITÆ suæ refert*, Antonium jussisse, ut legiones suæ apud Cleopatram excubarent, ejusque nutu & jussu parerent.

PLINIUS lib. 2. *Hist. cap. 7.*

D. Augustus lævum prodidit sibi calceum h) præpostere inductum, quo die seditione militari prope afflictus est.

PLUTARCHUS ANTONIO pag. 925.

Ὡς δὲ αὐτὸς (Καῖσαρ ὁ Σεβαστὸς) ἐν τοῖς ἸΠΘΜΝΗΜΑΣΙ γράφει, τῶν φίλων τινὸς ὄναρ ἰδοῦσθαι, ἀνεχώρησε πρὸ τῆς μάχης. Ut vero in *commentariis ipse prodidit Cæsar, quum oblatum cuidam ejus amico fuisset somnium, recepit se ante consuetum.*

IDEM

h) Svetonius Augusto cap. 92. *Auspicia quadam Sc omnia pro certissimis observata si mane sibi calcens perperam, ad sinistram pro dextero induceretur, ut dirum.*

## IDEM ANTONIO p. 946.

Καὶ νεκροὶ μὲν ἑπτακισχίλιων, εἰλώσαν δὲ τριακόν-  
σια νῆες, ὡς αὐτὸς ἀν' ἔγραψε Καῖσαρ. In pugna ad Actium non plus  
*quinque millia cecidere: naves captae trecentae, ut ipse tradidit Caesar.*

## ID. BRUTO p. 996.

Τὸν μὲν Ἀντώνιον, πέμπων, εἰς Φιλίας προκαλεῖτο, τὰς δὲ δυνάμεις  
τῆ πόλει περισήσας Ἰπατεῖαν ἔλαβεν ἔπω πάνυ μειράκιον ὄν, ἀλλ' εἰκο-  
σὸν ἄγων ἔτ'Ⓞ, ὡς αὐτὸς ἐν τοῖς ἸΠΟΜΝΗΜΑΣΙΝ εἴρηκεν. Antonium per  
*legatos invitavit ad reconciliationem, circumfusoque Urbi exercitu, Consula-  
tum accepit vix dum adolescens ἔ' vigesimum annum agens, ut in Commenta-  
riis ipse retulit.*

## IDEM IN BRUTO p. 1003.

Καὶ Καῖσαρ μὲν, ὡς αὐτὸς ἐν τοῖς ἸΠΟΜΝΗΜΑΣΙΝ ἰσορεῖ, τῶν Φι-  
λων τινὸς Ἀρτωρίου Μάρκῃ καθ' ὕπνον ἰδόντ'Ⓞ ὕψιν κελεύσασαν ἐκστῆναι  
Καῖσαρα καὶ μετελθῆν ἐκ τῆ χάρακ'Ⓞ, ἐφθασε μικρὸν ὑπεκκομιθεῖς.  
*Ac Caesar, ut ipse in Commentariis prodidit, quum quidam amicus ejus M.  
Artorius visionem in somno vidisset, qua se juberet secedere ἔ' facessere ex ca-  
stris, paullo ante exportatus fuerat. Similia de hoc M. Artorii, Medici  
somnia quod ante pugnam in castris ad Philippos contra Cassi-  
um & Brutum ineundam somniavit, referunt Vellejus lib. 2. c. 71.  
Valerius Max. lib. 7. c. 1. Dio XLVII. p. 351. Tertullianus de anima  
c. 46. Lactantius lib. 2. c. 7. &c.*

## IDEM MARCELLO pag. 316.

*Inhumatum jacuisse Marcellum Cornelius Nepos ἔ' Valerius Maximus me-  
moriam prodidere: Λιβί'Ⓞ δὲ καὶ Καῖσαρ ὁ Σεβαστὸς κομιθεῖναι τὴν ὑδρίαν  
πρὸς τὸν υἱὸν εἰρήκασιν, ταφῆναι λαμπρῶς. Livius ἔ' Caesar Augustus \*)  
deletam ad filium urnam fuisse, ἔ' elatum magnifico funere, auctores sunt.*

## IDEM pag. 317.

*Annibalem Marcellus, ut Polybius auctor est, ne semet quidem fudit, sed in-  
victum apparet ad Scipionem usque permansisse. Ἡμεῖς δὲ Λιβίῳ, Καῖσαρι καὶ  
Νέπωτι καὶ τῶν Ἑλληνικῶν τῶ βασιλεῖ Ἰόβα πιστεύομεν, ἥτις τις τινὰς καὶ τροπὰς  
B b 2 ὑπὸ*

\*) Edidit hoc Augustus tradere oratione dicta in Marcelli nepotis funere.

ὑπὸ Μαρκελλῶ τῶν σὺν Ἀννίβᾳ γενέσθαι, μεγάλην δὲ αὐταὶ ροπὴν μηδεμίαν ἐποίησαν. Nos Livio, Casari, Cornelio Nepoti & inter Græcos Regi Juba credimus, fusum fugatumque aliquot pugnis à Marcello Annibalis exercitum: sed partem profecerunt illa victoria ad summam.

DIO lib. XLVIII. pag. 384.

Συνοικοῦσα δὲ ἡ γυνὴ τῷ Καίσαρι τίπτει Κλαύδιον Δρῦσον Νέρονα, ἃ αὐτὸν ἐ Καῖσαρ ἀνέλετο, ἃ τῷ πατρὶ ἐπεμψεν. αὐτὸ τῆτο εἰς τὰ ΤΠΟΜΝΗΜΑΤΑ ἐγγράψας, ὅτι Καῖσαρ τὸ γεννηθὲν Λιβία τῇ ἐαυτῆ γυναικὶ παιδίον Νέρονι τῷ πατρὶ ἀπέδωκε. Livia cum Cæsare agens, Claudium Drusum Neronem peperit, eumque Cæsar tollens, patri ipsius (Tiberii Druso Neroni) misit, ac id ipsum in Commentarios suos ita retulit: Cæsar filiolum quem sua Conjux Livia peperit, Neroni patri reddidit.

PLINIUS VALERIANUS Lib. 1. de re Medica  
cap. 18.

Ad caligines oculorum & ad vitia vetustissima, & ad scabritudines & obscuritatem, & ad eos qui jam propè nihil vident, & quibus medicamentorum præsidia nulla inveniri possunt. Hoc remedium expertum usitabis, & efficies ut videant clarissime, sine omni vetusto vitio. Piperis albi denarios duos, croci duos, balsami duos, fellis vituli seu vulturis sive pulli pugnacis duos, mellis Attici uncias duas, vini veteris boni cyathos tres, succi sceniculi unum, & ita compones. Piper & crocum teres diligentissime, ut bene leve sit, deinde vinum admiscebis & succum sceniculi per partes dimidias, & quicquid superaverit iterum fundes: quum ita feceris, iterum teres bene, deinde si quid vini aut succi superaverit, adjicies & teres diutissime, quumque totum medicamentum tritum & levigatum fuerit ut collyrium, oportet transponi illud in pyxide Cyprina, & repositum servabis. Quumque volueris uti, ex eo unges & invenies esse potentissimum remedium, quo multi luminibus de obscuritate restituti sunt: Hæc compositio ex commentariis Cæsaris Augusti descripta est, qua & libentissime utebatur, & omnibus illam laudabat. Si cui autem acrior esse videatur, collyrium lenè admisceat, & non nocbit.

SCRI-

SCRIBONIUS LARGUS *Secl.* 31.

Bene facit & hoc medicamentum (ad palpebras perungendas) quo Augustus usus est, & recipit hæc: Aluminis fissi Pond. XL. Thuris candidi P. X. Aloës P. XV. Croci P. XV. Opii P. II. Gallæ P. X. Rosæ foliorum aridorum P. X. Plantaginis Succivæ vel feminis P. X. Vino Falernoteruntur: quum levia facta sunt & spissitudinem mellis habent, adjicitur passus sextarius aut hemina, aut rursus commiscetur. Reponitur vase stagneo vel argenteo.

IDEM *Secl.* 177.

Antidotus Marciani Medici, cui quia nihil deest, *τελεία* dicitur Græce, id est perfecta. Facit ad omnia vitia ad quæ superiores antidoti omnes. Hoc Augusto Cæsari componebatur, Cinnami P. VIII. Amomi P. VI. Calisæ nigrae P. XXV. Croci P. XVI. Scaeni P. V. Thuris P. V. Piperis albi P. II. Myrrhae P. X. Piperis longi P. X. Nardi Indicae P. X. S. Nardi Celticae P. XVI. Rosæ aridae P. VI. Costi albi P. duum. Opobalsami P. III. Laseric Cyrenaici, victoriati pondus, vel Syriaci P. I. Stoechados P. VI. Gentianæ P. V. Trifolii acuti rad. P. III. vel ejusdem Sem. P. III. Scordii P. X. Polii P. V. Asari P. II. Acori P. III. Phu P. III. Misy P. II. Dictamni P. XII. Ammoniæ guttae P. trium. Agarici P. duum semis. Balsami feminis grana P. III. Petroselinii P. VI. & victoriati. Rutæ silvaticæ P. III. semis. Foeniculi feminis P. trium semis. Dauci Cretici P. III. Anisi P. duum. Cumini Æthiopici P. duum. Rapæ feminis P. V. & victoriati. Napi silvatici feminis P. trium. Anatis foeminæ recentis P. II. Anatis masculi sanguinis aridi Pond. III. Hædi masculi sanguinis aridi P. III. Testudinis marinæ sanguinis aridi P. VI. semis. Anseris masculi sanguinis aridi P. III. Mellis Attici quod satis erit. Facit ad omnia.

APULEJUS *de herbis c.* 128. *sive ult. ubi de herba Basilica.*

Hac utebatur Imp. Augustus, Stomachi dolorem compefcit, nec jecoris aut splenis nec renum nec cordis doloribus obnoxium esse sinit &c.

## XVI. LEGES, CONSTITUTIONES &amp;c.

HORATIUS *Lib. IV. Oda 15. de AUGUSTO:*

- - - Ordinem  
 Rectum evaganti frena licentiæ  
 Injecit, emovitque culpas,  
 Et veteres revocavit artes.  
 Non qui profundum Danubium bibunt,  
*Edicta* rumpent *Julia*, non Getæ  
 Non Seres, infidive Persæ,  
 Non Tanaim prope flumen orti.

DIO *lib. LIV. pag. 528.*

Ἐψηφισάμενοι δὲ ταῦτα, διορθῶν  
 τε πάντα αὐτὰ καὶ νομοθετεῖν, ὅσα  
 βέλαιτο, ἤξιεν, καὶ τὰς ΝΟΜΟΥΣ  
 τὰς γραφισομένους ὑπ' αὐτῆ, ἄγρό-  
 στούς ἐκείθεν ἤδη προσηγόρευον, καὶ  
 ἀμμένην σφίσιν ὁμόσαι ἤθελον.

Hæc cum decrevissent, con-  
 tenderunt ab ipso ut emendaret  
 omnia suo arbitrio, ac LEGES  
 quas vellet ferret, easque AU-  
 GUSTAS ab eo appellarunt, &  
 obtemperaturos se illis, jurare i)  
 voluerunt.

## 1. Lex Julia, MAJESTATIS.

De qua Lib. IV. Instit. tit. ult. §. 3. Lib. XLVIII. Digestor. tit. 4. col-  
 lato Cod. Justiniano lib. IX. tit. 7. & 8. Julius Paulus lib. V.  
 sententiar. tit. 29.

E recentioribus Franciscus Balduinus, Paris. 1563. 8. Antonius Con-  
 tius, Spiræ 1594. 8. Hieronymus Gigas ibid. 1598. 8. & in tra-  
 ctatu tractatum tomo XI. & Scipio Gentilis lib. 1. de Conjura-  
 tionibus, Hanov. 1602, 8. Albericus Gentilis, Hanov. 1607. 8.  
 Antonius de Feloaga, Pampilonensis, Pincia 1649. 4. Jac.  
 Gothofredi discursus historicus, Genev. 1639. 4.

Dissertatio Eliæ Rhewaldi. Basil. 1619. 4. &c.

## 2. Lex de PRÆSIDIBUS PROVINCICIARUM.

Dio lib. LIII. p. 506. ἐκείνα δὲ ἐπὶ πᾶσιν ὁμοίως ἐνομοθετήθη, Has leges  
 ad omnes ex æquo Provinciarum Administratores valere  
 jussit

i) Addit Dio juramentum hoc eis ab Augusto remissum,

jussit, *Ne quem delectum militum agerent, ne pecuniam præter eam qua constituta erant, exigerent, Senatus, Imperatorisve injussu. Cui successor missus esset, is ut statim ex Provincia abiret, ac ne in redeundo domum tempus tereret, sed intra tertium mensem Romam reverteretur.*

\* \* \* \*

PLINIUS *lib. x. Epist. 83.*

Sequitum est deinde edictum Divi Augusti, quo permittit minores magistratus ab annis duobus & viginti capere. - - Capita Legis Pompejæ tum edictum Augusti, litteris subjeci.

\* \* \* \*

IDEM PLIN. *lib. x. Epist. 7.*

Recitatur apud me edictum quod dicebatur Divi Augusti, ad An-niam pertinens.

### 3. Lex Julia PECULATUS, & DE SACRILEGIIS.

Post legem latam à Julio Cæsare.

Julii Pauli sententiar. lib. V. tit. 19. 27.

Lib. XLVIII. Digest. tit. 13. Cod. Lib. IX, tit. 28. Instit. Lib. IV. tit. ult. §. 9.

Basilica T. VI. p. 768. sq.

### 4. Lex Julia REPETUNDARUM.

Post legem à L. Pisone & Julio Cæsare latam, (de qua Antonius Augustinus p. 1217. T. 2. thesauri Græviani, Cujacius Observ. VI. 13. VII. 9.)

Julius Paulus sententiar. lib. V. tit. 28.

Digestor. lib. XLVIII. tit. 11. Cod. Lib. IX. tit. 27. Instit. lib. IV. tit. ult. §. 11.

Basilica T. II. p. 552. 554. T. VI. p. 761. seq. T. VII. p. 11.

Lex DE RESIDUIS. *Instit. lib. IV. tit. ult. §. 11.*

### 5. Lex DE AMBITU.

Inter leges de integro sancitas ab Augusto hæc memoratur à Sve-tonio c. 34. Vide sis & Dionem Lib. LIV. p. 531. & Julium Paulum lib. V. sententiar. c. 30. Di-

Digest. lib. XLVIII. tit. 14. de lege Julia Ambitus. Cod. lib. IX. tit. 26. Instit. lib. IV. tit. ult. § 11.

Et recentioribus Mentetus Kerwig lib. de ambitu antiquo & hodierno p. 54 sq. Bremæ 1695. 8.

6. Legis Juliae THEATRALIS emendatio.

Svetonius cap. 40.

\* \* \* \*

Ne quis Senator vel Senatoris filius gladiatorio munere depugnaret. Dio p. 383, 460, 522.

7. Lex AUGUSTI DE JUDICIIS, sive PUBLICORUM JUDICIORUM.

Svetonius Augusto c. 32.

Post leges Pompejam, Aureliam & Juliam de quibus Asconius Pedianus & viri docti ad Ciceronis Philippicam 1. cap. 8. & Carolus Sigonius lib. II. de antiquo jure Civium Rom. cap. 18.

ὁ περὶ πρυθλίμων ἐλέλινο νόμου. Basilica T. II. p. 546.

Si quis reus vel accusator domum judicis ingrediatur, per legem Juliam Judiciariam in legem ambitus committit, id est aureorum centum fisco inferre jubetur. lib. XLVIII. Digest. tit. 14. lib. 1. Lege Julia judiciorum publicorum id. XXII. tit. 4. l. 4. Lex Julia Judiciorum. D. lib. V. tit. 2. leg. 2. Ad eandem legem refert Antonius Augustinus locum lib. IV. Digestor. tit. 4. l. 41.

Ex edicto Augusti trium dierum feriae Saturnalibus addictae, teste Macrobio lib. 1. Saturnal. c. 10.

Antiquitus constitutum erat ut essent qui jura publice interpretarentur: quibus à Cæsare jus respondendi datum est, qui Jurisconsulti appellabantur, quorum omnium sententiae & opiniones eam auctoritatem tenebant, ut Judici recedere à responsis eorum non liceret. Institus. lib. 1. tit. 2. §. 8.

8. Lex JULIA DE SUMTIBUS.

Svetonius Augusto cap. 34. Leges retraxit, & quasdam ex integro sanxit, ut sumtuariam. Adeundus Gellius lib. 2. c. 24. Mentio & apud Tacitum III. 55. Annal.

9. DE

## 9. DE MANUMISSIONIBUS.

Manumittendi modum terminavit; teste Svetonio c. 40. Confer Dionem LV. pag. 557. 591. ac Paulum Manutium & Antonium Augustinum ubi de Lege Fufia Caninia & Lege Ælia Sentia. D. Christiani Thomassii diff. de impedimentis manumissionis Halæ 1712.

Digestor. lib. XL. tit. 1. l. 14. *Imperator cum servum manumittit, non vindictam imponit, sed cum voluit, fit liber is qui manumittitur, lege Augusti.* Et tit. 2. l. 21. *Apud Præfectum Egypti possum servum manumittere ex Constitutione Divi Augusti.* Et tit. 12. l. 23. *Augustus dixit (si mater & filius de libertate litigant) ante de matre constare oportere, sic dein de filio cognosci.* Vide & Cod. Lib. VII. tit. 11. Basilica T. VI. pag. 518.

## 10. DE CESSIONE BONORUM.

Cod. Theodos. lib. IV. tit. 19. *Qui bonis ex lege Julia cedere possunt.* Basilica T. II. pag. 636. Lib. VII. Codicis Justiniani tit. 71. l. 4. *Legis Julia de bonis cedendis beneficium &c.* Vide Alciatum lib. 2. parerg. cap. 4.

## 11. DE FIDEI COMMISSIS.

Divus Augustus primus, semel iterumque gratia personarum motus; vel quia per ipsius Salutem rogatus quis diceretur, aut ob insignem perfidiam, jussit Consulibus autoritatem suam (fidei commissis) interponere. Lib. 2. Instit. tit. 23. §. 1. Et quia prima fideicommissorum cunabula a fide heredum pendunt, & tam nomen quàm substantiam acceperunt, ideo Divus Augustus ad necessitatem juris ea retraxit. id. § 12.

## 12. LEGIS RHODIÆ Confirmatio.

Antoninus Imp. apud Volusum Macianum lib. XIV. Digestor. tit. 2. de lege Rhodia l. 9. ἀξίωσις.

Ἐγὼ μὲν τῆ κόσμου κύριος, ὁ δὲ νόμος τῆς θαλάσσης ἴω νόμος τῶν Ῥοδίων κερνέω ἴω ναυικῶ, ἐν ᾧ μή τις ἴων ἡμετέρων ἐναντιᾷται νόμων.

Ego quidem Mundi Dominus, Lex vero maris lege Rhodiorum nautica judicetur, ubi nulla nostrarum legum ei adver-

C c

T 50



Τὴτο δὲ αὐτὸ καὶ ὁ θεοτάτης Ἀυ-  
γούστου ἐκέλευεν. satur. Hoc ipsum quoque di-  
vinissimus Augustus sanxit.

### 13. Lex Julia DE DELICTIS, & quidem DE ADUL- TERIIS ET STUPRO.

Sueton. Aug. c. 34. *Lex de adulteriis.* Horatius IV. 5. 21. *Nullis polluitur casta domus stupris, mos & lex maculosum edomuit nefas &c.*  
De eadem lege revocata per Domitianum Martialis VI. 7.

*Julia lex populis ex quo, Faustine, renata est  
Atque intrare domos iussa pudicitia &c.*

Julius Paulus lib. 2. sententiar. tit. 26. & ibi amplissimus Anton-  
Schultingius.

Codex Justinianus lib. IX. tit. IX. Instit. Lib. IV. tit. ult. §. 4. Digest.  
Lib. XLVIII. tit. 5.

Basilica T. II. p. 605. T. VI. p. 556. 643. 657. 665. 667.

Est lex Julia de adulteriis, quæ adulterii damnatam testem pro-  
duci vel dicere testimonium vetat. *lib. XXVIII. Digest. tit. 1.  
l. 20. §. 6.*

Julius Paulus lib. 2. sentent. tit. 19. *Si vel cognatam contra interdictum  
duxerit, remisso mulieri juris errore, ipse penam adulterii legis Julia  
patitur, non etiam ducta.* Idem tit. 21. B. *lege Julia de adulteriis ca-  
vetur, ne dotale prædium maritus invitâ uxore alienet.* Adde lib.  
XXIII. Digest. tit. 5. DE FUNDO DOTALI. & Institutt. lib. 2.  
tit. 8. Basilica Tom. IV. pag. 717. 719. 720. 722. 725. VI. pag.  
123. Liber *Salvii Juliani* de dotali prædio intercidit. DE DO-  
TALI SERVO vide Basilica T. 4. p. 407. 408. lex Julia qua re-  
rum dotalium alienatio prohibetur. id. T. 4. p. 707.

E recentioribus adeundi Antonius Augustinus de legibus Rom.  
T. 2. thesauri Græv. p. 1207. sq.

Cujacius lib. XXI. Observatt. c. 17. 18. & Barnabas Brissonius ad  
legem Juliam de adulteriis.

### 14. DE PUDICITIA.

Sueton. c. 34. Codex Justinianus, IX. tit. 9. l. 8. & 9.

15. Lex

## 15. Lex Julia DE VI PUBLICA ET PRIVATA.

Lib. IV. Instit. tit. 15. §. 6. & tit. ult. §. 8. Digestor. lib. XLVIII.  
tit. 6. & 7. Cod. Lib. IX. tit. 12.

Julius Paulus lib. V. sententiar. tit. 26.

Basilica T. II. p. 59. 544. 547. 552. T. VI. p. 403. 414. 444. 445. 446.  
447. 511. 556. 563. 922.

E recentioribus Antonius August. p. 1222. sq. Ludov. a Schwartzenau  
commentar. ad tit. Cod. de vi publ. & privata, Ingolst. 1699. 4.

De jure virgarum sive coërcitione in histiones magistratibus  
adempta ab Augusto, viri docti ad Suetonium c. 45. Tacitum  
lib. 1. Annal. c. 77.

## 16. DE QUÆSTIONIBUS.

Edictum D. Augusti, quod proposuit Vibio Avito & L. Aponiano  
COSS. k) in hunc modum extat: *Quæstiones l) neque semper in  
omni causa & persona desiderari debere arbitror, & cum capitalia & a-  
trociora maleficia non aliter explorari & investigari possunt, quam per  
servorum quæstiones, efficacissimas eas adquirendam veritatem existi-  
mo, & habendas censeo.* Lib. XLVIII. Digest. tit. 18. l. 8.

17. Lex Julia & ab hac in pluribus diversa Papia Poppæa,  
DE MARITANDIS ORDINIBUS.

Sveton: Augusto c. 34. seq. Dio LIV. pag. 531. sq. LV. p. 549. & LVI.  
p. 573. seq. Basilica T. VI. p. 135.

Hanc celebratissimam Legem ex antiquis J Consultis illustraverant  
quorum sola fragmenta in Pandectis exstant Terentius Clemens  
libris XX. Junius Mauricianus libris VI. Ulpius Marcellus libris  
VI. Cajus libris XV. Domitius Ulpianus libris XX. Julius  
Paulus libris X. atque si Gvil. Grotium audimus etiam Ossa-  
venus: nec non Celsus libro Digestorum XXX. seq.

Ex recentioribus post Lipsium excursu C. ad Taciti III. Annal. Antoni-  
um Augustinum de Legibus Rom. & Lavium Torrentium ad calcem  
Horatii p. 755. sqq. singularibusque commentariis Franciscum  
Balduinum, Joannem de Parcia & Ramefium del Manzano: atque  
Cc 2 Barnab.

k) A. U. C. 761.

l) Τὰς ἐμβασάνους ἐρωτήσεις πάντοτε ἔτε ἐπι πάσης υποθέσεως ἔτε ἐπι παντὸς προ-  
σώπῃ δὲ γινώσκαι. Scholia Basilicor., Lib. LX, T. 7. p. 814.

*Barnab. Brissonium* de jure Connubiorum, *Ferdinandum Paez* de numero liberorum excusante à muneribus publicis, & *Vertranium Maurum* de jure liberorum, prioribusque accuratiorem *Jacobum Gothofredum* in fontibus Juris Civilis. Genev. 1616. 4.

Diligentissime atque divite eruditionis apparatu historiam legis exposuit, fragmenta m) digessit & capita singula docte interpretatus est *Jo. Gottlieb Heineccius* in Commentario ad legem Julianam & Papiam Poppæam Amst. 1726. 4. ex quo historiam illius legis Chronologico ordine p. 51. succincte traditam mutuari liceat:

A. V. C. 1000XXXVI. Cn. Cornelio & P. Cornelio Lentulo. Coss. Augustus de LEGE JULIA ferenda ad Senatum retulit, & ægre obtinuit SC. cujus Horatius n) in Carmine sæculari facit mentionem.

A. V. C. 1000XXXVII. C. Furnio & C. Silano Coss. ante messem ludi sæculares facti, quo tempore nondum perlata fuerat lex Julia, sed jam tum, uti videtur, promulgata.

Sub finem hujus anni rogata lex, sed antiquata.

A. V. C. 1000LVII. Sexto Ælio Cato & C. Sentio Saturnino, Coss. perfertur lex Julia, sed detracta parte poenarum, auctis præmiis, & vacatione data triennii.

A. V. C. 1000LX. Q. Cæcilio Metello Cretico Silano, & A. Licinio Nerva Siliano Coss. nova biennii vacatio data est, circumacto priore triennio.

A. V. C. 1000LXI. Q. Sulpitio Camerino & C. Poppæo Sabino Coss. equites abrogationem legis, ineunte anno, frustra urgent, Augustus denuo anni vacationem concedit.

Sub finem anni M. Papii Mutilo Q. Poppæo Secundo Coss. suffectis, fertur lex PAPIA POPPÆA.

#### 18. NE UXOR PRO MARITO.

Edicto Augusti interdictum ne fœminæ pro viris suis intercederent. *Digest. lib. XVI. tit. 1. ad SCtum Vellejanum l. 2. Confer Basilica T. 3. p. 540.*

Dio

m) Gothofredus capita XXVIII. Heineccius p. 79-102. Capita XLIV.

n) Jo. Masson in vita Horatii p. 317.

## 19. Lex JULIA DE ANNONA.

Diolib. LIV. p. 532.

Digestor. lib. XLVIII. tit. 12. Instit. lib. IV. tit. fin. § 11?

Basilica T. VII. p. 767. & p. 549.

E recentioribus, Jo. Henricus Bœclerus diss. de annonâ sub Imp. Romanis, Argentor. 1662.

## 20. Lex Julia DE TESTAMENTIS.

*Julius Paulus Lib. 5. sententiar. tit. 4. B. de institutione heredum n. 10.*

Filius familias si militet, ut paganus nominatim à patre aut heres scribi aut exheredari debet: jam sublato edicto Divi Augusti, quo cautum fuerat *ne pater filium militem exheredet.*

*Justinianus Imp. Institutionum lib. 2. tit. 12. pr. quibus non est permillum facere Testamentum.*

Quod quidem jus initio tantum militantibus datum est, o) tam ex auctoritate D. Augusti, quam Neronis, nec non optimi Imperatoris Trajani: postea vero subscriptione D. Hadriani etiam dimissis à militia, id est veteranis concessum est.

*Ulpianus tit. XX. de Testamentis n. 10.*

Filius familiae testamentum facere non potest, quoniam nihil suum habet ut testari de eo possit. Sed D. Augustus & Marcus constituit ut filius familiae miles de eo peculio, quod in castris adquisivit, testamentum facere possit.

De jure Codicillorum, suâsu Trebatii per Augustum sancito vide *Institut. lib. 2. tit. 25. pr.*

De vicesima hereditatum Dio LV. p. 563. Cujacius Observat. V. 16. & XI. 24. Salmasius de modo usurar. c. 19. Antonius Schultingius ad Julium Paulum lib. IV. sententiar. tit. 6. & Petrus Burmannus de vectigalibus Populi Rom. capite XI.

## 21. DE TUTORIBUS.

Institut. lib. 1. tit. 20. Valesius ad excerpta Peiresc. p. 61.

C c 3

22. DE

o) Juvenal. XVI. 51.

## 22. DE DÉPORTATIONE.

Dio Lib. LVI. p. 587.

## 23. CONSTITUTIONES MILITARES.

FL. VEGETIUS *Lib. I. de re militari c. 8.*

Hæc necessitas compulit evolutis auctoribus, ea me in hoc opusculo fidelissime dicere, quæ Cato ille Censorius de disciplina militari scripsit: quæ Cornelius Celsus, quæ Frontinus perstringenda duxerunt, quæ Paternus diligentissimus juris militaris assertor in libros redegit: quæ AUGUSTI & Trajani Hadrianiq; constitutionibus cauta sunt.

MACER *lib. I. de re militari. (lib. XLIX. Digest. tit. 16. l. 12.)*

In disciplina Augusti ita cavetur: *Et si scio, fabrilibus operibus exerceri milites non esse alienum: vereor tamen, si quicquam permisero quod in usum meum aut tuum fiat, ne modus in eâ re non adhibeatur, qui mihi sit tolerandus.*

## XVII. DESCRIPTIO ORBIS TERRARUM.

PLINIUS *lib. III. cap. 2.*

Agrippam quidem in tanta Viri diligentia, præterque in hoc opere cura, Orbem cum terrarum spectandum propositurus esset errasse quis credat, & cum eo Divum Augustum? Is namque complexam eum p) porticum ex destinatione & commentariis M. Agrippæ à sorore ejus inchoatam peregit.

Itinerarii Fragmentum sub ANTONINI PII nomine editum cum Æthico à Josia Simlero Basil. 1575. 12. p. 295.

Divus Augustus quamvis totum terrarum orbem rectè dividerit, ubi ait, *Orbis totus dividitur in partes tres, Europam, Africam & Asiam, quæ ferè est dupla ad quamlibet duarum*: in descriptione tamen locorum Orbis multa memoratu digna siluit, quæve in præcipuis itineribus oppida & urbes occurrant, quæ maximè tum militibus,

p) Ita leg. non *eam*, refertur enim ad Orbem terrarum. Idem Plinius in Indice scriptorum quibus ad librum quartum est usus, Agrippam quoque & Divum Augustum commemorat.

tum peregrinantibus, tum historicis non parum proficiunt, neglexit. Ea nos suo nunc ordine percurrere instituimus.

PLINIUS *lib. III. cap. 2.*

Qua in re præfari necesse est, auctorem nos Divum Augustum secuturos, descriptionemque ab eo factam Italiæ totius in regiones XI. sed ordine eo qui littorum tractu fiet, urbium quidem vicinities oratione utique præpropere servari non posse: itaque interiori in parte digestionem in litteras ejusdem nos secuturos, coloniarum mentione signata quas ille in eo prodidit numero.

IDEM *ibid. ubi de ora Ligustica:*

Hæc regio ex descriptione Augusti, *nona* est - - Adnectitur *septima*, in qua Hetruria est. - - Navigatio à Circejis duodecoginta millia passuum patet. Regio ea a Tiberi *prima* Italiæ servatur, ex descriptione Augusti. Cap. XI. Opido Metaponto, *tertia* Italiæ regio finitur - - *Secunda* regio amplexa Hirpinos, Calabriam, Apuliam, Salentinos. - - Cap. 12. Sequitur regio *quarta*, gentium vel fortissimarum Italiæ, Ferentanorum &c. - - Cap. 13. *Quinta* regio Picenum est - - Cap. 14. *Sexta* regio Umbriam complexa - - Cap. 15. *Octava* regio determinatur Arimino, Pado, Apennino. - - Cap. 17. Transpadana appellatur ab eo regio *undecima*. - - Cap. 18. *Decima* Adriatico mari apposita.

IDEM *lib. VI. cap. 27.*

Hoc in loco (*Charace opido Persici sinus intimo*) genitum esse Dionysium, terrarum Orbis situs recentissimum auctorem constat, quem ad commentanda omnia in Orientem præmisit Divus Augustus, ituro in Armeniam ad Parthicas Arabicasque res majore filio. (Cajo.)

STRABO *lib. IV. pag. 177.*

Ὁ δὲ Σεβαστὸς καὶ Καῖσαρ (τὴν Γαλατικὴν) τετραχῆ διελὼν τὰς μὲν Κέλτας τῆς Ναρβωνίτιδος ἐπαρχίας ἀπέφηνεν, Ἀκυτότανος δ' ὡσπερ καὶ

Augustus Cæsar in quatuor partes q) Galliam divisit, ita ut Celtas Narbonensi provinciæ attribueret, Aquitanos eosdem

q) Hanc divisionem Ptolemæus sequitur,

καὶνⓄ. προσέθηκα δὲ Ἰεσσαρακαίδε-  
κα εἶδη τῶν μεταξύ τῆ Γαρυῆ καὶ  
τῆ ΛίγυρⓄ ποταμῶ νεμομένων.  
Τὴν δὲ λοιπὴν διελὼν δίχα, τῶ μὲν  
Λουγδῶνῳ προσώρισε μέχρι τῶν  
ἀνω μερῶν τῆ Ῥήνης, τῶ δὲ τοῖς  
Βέλγαις.

quos Julius Cæsar r) esse pate-  
retur, iisque gentes alias quatu-  
ordecim adderet intra Garum-  
nam & Ligerim habitantes: Re-  
liquum in duas partes tribueret,  
unam Lugduno adjungens us-  
que ad superiora Rheni, alte-  
ram Belgis.

ISIDORUS *Hisp. libro V. Orig. cap. 36.*

Æra singulorum annorum constituta est à Cæsare Augusto, quando primum Censum exegit, ac Romanum Orbem descripsit. Dicta autem Æra ex eo, quod omnis Orbis æs reddere professus est Republicæ.

ÆTHICUS *Proæmio Cosmographia.*

Itaque Julius Cæsar bissextilis rationis inventor, divinis humanisque rebus singulariter instructus, cum consulatus sui fasces erigeret, ex senatus consulto censuit omnem orbem jam Romani nominis admetiri per prudentissimos viros, & omni Philosophiæ munere decoratos. Ergo à Julio Cæsare & M. Antonio COSS. orbis terrarum metiri cœpit, id est, à consulatu superscripto usque ad consulatum Augusti tertium & Crassi, annis XXI. mensibus V. diebus VIIII. Zenodoto omnis Oriens dimensus est, sicut inferius demonstratur. A consulatu item Julii Cæsaris & M. Antonii usque in consulatum Augusti decimum annis XXIX. mensibus VIII. diebus X. à Theodoto septentrionalis pars dimensa est, ut evidenter ostenditur. A consulatu similiter Julii Cæsaris usque in consulatum Saturni & Cinnæ à Polyclito meridiana pars dimensa est annis XXXI. mense I. diebus sicut definita monstratur. Ac sic omnis orbis terræ intra annos XXXI. à dimensoribus peragratus est, & de omni ejus continentia perlatum est ad Senatum.

DIO

r) Cæsar lib. 7. de bello Gallico cap. 1. *Aquitania à Garumna flumine ad Pyrenæos montes & eam partem Oceani qua ad Hispaniam pertinet, spectat inter occasum solis & Septentriones.*

DIO Lib. LIII. p. 496. ad A. U. C. 726.

Ἐν δ' ἐν ἧ τότε παρὶντι ἰά τε ἄλ- Tunc & cætera pro more fe-  
λα ὡσπερ ἕθιστο ἐπραξε, καὶ (τιμητέυ- cit, & (Censur cum Agrippa)  
σας σὺν τῷ Ἀγρίππῳ p. 494.) τὰς censum peregit.

ἀπογραφὰς ἐξετέλεσε.

IDEM Lib. LIV. pag. 545. ad A. U. C. 743.

Ἐν ᾧ δ' ἐν ἐκείνῃ ἐγένετο, Ἄου- Censum egit Augustus, om-  
γες αὖ ἀπογραφὰς τε εἰ) ἐποίησα- niaque bona sua, perinde ac  
το, πάντα τὰ ὑπάρχοντά οἱ, κα- si esset privatus homo, profes-  
θάπερ τις ιδιώτης, ἀπογραφά- sus descripsit.

μεν αὖ.

IDEM Lib. LV. p. 557. ad A. U. C. 757.

Ἄυτὸς δὲ ἀπογραφὰς τῶν ἐν τῇ Ipse reconfionem eorum qui  
Ἰταλία κατοικόντων καὶ μὴ ἐλάττω in Italia habitarent, ac ad ducen-  
πέντε μυριάδων εἰ) ἕσταν κακτημέ- ta tertertia possiderent, inivit:  
νων ἐποίησατο. Τὴς γὰρ ἀδνεαδί- pauperioribus ac iis qui extra  
ρως, τὴς τε ἐξω τῆς Ἰταλίας οἰκῶντας Italiam colerent ad censum non  
ὄκ ἠνάγκαθεν ἀπογραψάσθαι, δέ- coactis, veritus ne quid turba-  
σας μὴ νεωτερίσωσι τι ταραχθέν- rum darent. Id ne cenfor face-  
τες. Καὶ ὅπως γε μὴ δόξῃεν ὡς τι- re videretur, cujus rei causa  
μητὴς αὐτὸ ποιεῖν, δι' ὅπερ εἰπον πρό- supra a me est indicata, ad finem  
τερον υ) ἀνθύπατον ἐξέστειν πρὸς ἡ censum cum lustrale sacrum fa-  
τὸ τέλῃ τῶν ἀπογραφῶν καὶ πρὸς ceret, proconsulare Imperium  
τῶν τῶ καθαρσίῃ ποιήσιν προσέ- proposuit.

θετο. x)

DIO Lib. LIII. pag. 512. ad A. U. C. 727.

Ἐς δὲ δὴ τὰς Γαλατίας ἐλθὼν - - Postquam venit in Gallias, - - -  
καὶ αὐτῶν καὶ ἀπογραφὰς ἐποίησα- Gallorum agendo censui, vitæque  
το, καὶ τὸν βίον, τῶν τε πολιτείαν διε- Rep. formanda aliquid temporis ex-  
κρίσθησε. traxit. Epitome Livii lib. cxxxiv.

D d

Cum

ε) Ita legendum pro ὑπογραφὰς. Vide Grotium ad Luc. II, 1.

ε) Subintellige δραχμῶν.

υ) Dio p. 521. C. ubi Censuris perpetui nomen recusasse Augustum annotat.

χ) Ut non Censuris, sed Proconsularis Imperii auctoritate illum Censum extra Ur-  
bem fecisse videretur. Confer illustrem Virum Ezech. Spanhemium de usu nu-  
mismatum To. II. pag. 472.



*Cum Augustus Conventum Narbone ageret, census à tribus Galliis, quas pater Cæsar vicerat, actus. Et Lib. CXXXVII. Tumultus qui ob censum exortus in Gallia erat, compositus. Mentio ejusdem rei apud Tacitum Annal. l. 31. & l. 6. & in Oratione Claudii Imp. apud Gruterum p. DII. Inscript.*

Divinus scriptor Lucas Cap. II.

Ἐξῆλθε δόγμα γ) παρὰ Καίσαρος Αὐγύστου, ἀπογραφῆσαι πᾶσαν οἰκισμένην. Ζ) αὐτῇ ἡ ἀπογραφὴ πρώτη ἐγένετο ἡγεμονεύοντος τῆς Συρίας Κυρηναίου. καὶ ἐπορεύοντο πάντες ἀπογραφῆσαι, ἕκαστος εἰς τὴν ἰδίαν πόλιν.

*Publicatum est decretum à Cæsare Augusto jubens censeri universum Orbem (Romanum.) Primus hic Censura qui Imperium gerente in Syria Cyrenio contigit. Itaque omnes adibant suam quisque civitatem, nomen ibi suum professurus.*

LEO

- γ) Helych. δόγματα, προσέγματα. Actor. XVII. 7. ἔς ὑποδέδεκται ἀπέναντι τῶν δογμάτων Καίσαρος πραττεσι. Apud Polybium & Dionem non infrequenter δόγμα de Scto, & apud Herodianum VII. 10.
- α) Censum hunc A. U. C. 754. habitum fuisse cum Ordinarius Syriæ Præfes esset Sentius Saturninus: (Tertull. IV. 19. contra Marcion.) & P. Sulpicius Quirinus extra ordinem cum Imperio ad Censum agendum missus esset. Justin. 1. Apolog. p. 75. Norisius Cenotaph. Pisana p. 321. Hunc inquam censum haud fuisse τῶν ἑσίων ἀπογραφῆσιν nec censum patrimonii ac facultatum ut Romæ & quadantenus in Italia; sed tantum ἀνθρώπων ἀπογραφῆν sive descriptionem capitum qua populorum ævitates, suboles, familiæ, per dignitatis, ætatis, artium officiorumque discrimina in tabulas referebantur, bene videtur demonstrasse V. C. Jac. Perizonius diss. de Angustea Orbis terrarum descriptione. Eidem assentior πᾶσαν οἰκισμένην non de sola intelligenti Judæa, sed de toto Orbe Romano, verum eo, ut recte Grævius & in diss. de Jano referato p. 274. sq. Clariss. Massonus, non peracto simul uno eodemque tempore, sed cum Augustus omnem vim Imperii sui pernosse vellet, per omnia regna & provincias constituit censum agi, modo hic scilicet, modo illuc ut commodum erat: ideoque ut Dio quoque auctor est, ἐπεμψεν ἀλλοις ἀλλῆ. ἵνα τε τῶν ἰδιωτῶν, καὶ τὰ τῶν πόλεων ἀπογραφῆσιν. Tres vero Censūs de quibus marmor Ancyræ & Svetonius cap. 27. ad Romam Urbem non ad Orbem Romanum pertinent. Idem Sveton. c. 40. *Populi censum vicatim egit.*
- α) Secundi census (qui etiam ad patrimonium & pecunias pertinebat) mentio Actor. V. 37. & apud Josephum XVII. ult. & XVIII. 1 ubi Cyrenius sive P. Sulpicius Quirinus, vir Consulæ, iterum à Cæsare in Syriam missus traditur ut antea hominum, sic nunc τιμητῆς τῶν ἑσίων γενεσόμενος. A. U. C. 760. Confer Petrum Allixium diatriba de anno & mense natali Jesu Christi, & de Quirinio illustris Norisii Cenotaphia Pisana p. 313. seq. Ac Rev. D. Christiani Frid. Bœrneri diss. de claris Quirinis p. 27. seq. Lipsiæ 1709.

LEO ET ALEXANDER in Novella T. I. Juris Græco  
Rom. pag. 102.

Πᾶσα κήνσευσις ἀπὸ 'Αυγύστου  
Καίσαρος ἐκτεθέσθαι ὑποβλήσιν πάν-  
τας τὰς ὁμογενεῖς παρεσκευασεν,  
ἕθεν καὶ τὰ δημόσια τέλη ἀνεφύη-  
σαν.

Omnis censitio ab Augusto  
Cæsare facta universos ejusdem  
generis homines tributarios  
reddidit. Hinc & tributa publi-  
ca nata sunt.

## RATIONES ET BREVIARIUM IMPERII.

DIO Lib. LIII. pag. 517. ad A. U. C. 731.

Ὁ δ' Ἀύγουστος ἐνδέκατον μετὰ  
Καλπυρνίου Πείσωνος ἄρχας, ἠεὶ ἠώ-  
σησεν αὐτοῖς, ὥστε μηδεμίαν ἐλπίδα  
σωτηρίας ἔχειν, Πάντα γὰρ ὡς καὶ  
τελευτήσων διέθετο, καὶ τάσγε δε-  
χάς, τὰς τε ἄλλας τὰς πρώτας καὶ  
τῶν βουλευτῶν καὶ τῶν ἰππέων ἀθροί-  
σας, διαδόχον μὲν ἑδνεῖα ἀπέδειξε, καί-  
τοι τὸν Μάρκελλον πάντων προκριθῆ-  
σεσθαι ἐς τὴν προσδοκόντων. Δια-  
λεχθεὶς δὲ τινα αὐτοῖς περὶ τῶν δη-  
μοσίων πραγμάτων, τῷ μὲν Πείσωνι  
τὰς τε δυνάμεις καὶ τὰς προσόδους τὰς  
κοινὰς ἐς βιβλίον ἐσγράψας ἔδωκε,  
τῷ δ' Ἀγρίππᾳ τὸν δακτύλιον ἐνε-  
χείρησε.

Augustus undecimum Consul cum  
Calpurnio Pisone, adeo gravi morbo  
decubuit, ut nulla salutis spes adesset:  
itaque omnibus ut fato concessurus dis-  
positis, Magistratibus & Senatorum  
Equitumque primoribus ad se convo-  
cutis, nemine sibi successore constituto  
cum omnes putarent Marcellum ad hoc  
ab eo destinatum iri: postquam non-  
nulla iis de publicis negotiis exposuis-  
set, Pisoni libellum, in quem exerci-  
tuum & reddituum publicorum indi-  
cem conscripserat, Agrippæ annulum  
tradidit. Ad hoc tempus perti-

net quod est apud Sveton. cap. 28. Magistratibus ac Senatu domum ac-  
citis RATIONARIUM IMPERII tradidit. Sæpiusque hoc ab Augusto  
factum ac singulis annis, colligas ex Svetonii Caligula cap. 16.  
RATIONES IMPERII b) ab Augusto PROPONI SOLITAS sed à Tiberio in-  
termittas publicavit. His non dissimile BREVIARIUM IMPERII,  
quod post Augusti obitum in Senatu recitatum narrant Svetoni-  
us Augusto cap. 101. Tercio (volumine) BREVIARIUM TOTIUS

D d 2

IMPE-

b) Laudant ex merito hoc Augusti institutum Lambecius lib. 2. de Bibl. Vindob. pag.  
71. seq. & Jo. Christianus Neu, diss. de breviazio Augusti Imp. Tubing. 1709. 4.

**IMPERII** (complexus est:) *Quantum militum sub signis ubique esset, quantum pecunia in aerario & fisci, & vectigaliorum residuis. Adiecit & libertorum servorumque nomina, à quibus ratio exigi posset.* Corn. Tacitus l. Ann. cap. xi. *Cum proferri libellum, recitarique iussit (Tiberius:) Opes publica continebantur, quantum civium sociorumque in armis; quot classes, regna, provinciae, tributa, aut vectigalia, & necessitates, ac largitiones. Quae cuncta sua manu perscripserat AUGUSTUS, addideratque consilium coercendi intra terminos imperii, incertum metu, an per invidiam.* Dio libro LVI, p. 591. *Τὸ τρίτον (βιβλίον) τὰ τε τῶν στρατιῶν καὶ τὰ τῶν προσοδῶν, τῶν τε ἀναλωμάτων τῶν δημοσίων, τό τε πλῆθος τῶν ἐν ταῖς θησαυροῖς χρημάτων, ἃ ὅσα ἄλλα τοιαύτοτροπα ἐς τὴν ἡγεμονίαν φερέντα ἔω, εἶχε.* *Tertius liber summam militum, reddituum, impendiorum publicorum, pecunia in aerario & fisci, aliaque id genus ad Imperium pertinentia indicabat.* Etiam **ORDINATIO COMITIORUM** quam manu sua scriptam Augustus reliquerat, memoratur à Vellejo lib. 2. c. 124.

*E libro MSto in Bibl. Regia, cujus titulus:*

*Παλαιὰ λογαρικὴ Ἀυγύστου Καίσαρος,*  
Antiquum Rationarium c) Augusti Cæsaris.

*Λογαριάζειν δὲ (ὀφείλεις) δωδέκα μιλλιάρια τῷ νομισματι. ἤτοι μιλλιάριον ἔχειν Φόλλεις καὶ κατὰ τὴν παλαιὰν παράδοσιν τῆ ἈΥΓΟΥΣΤΟΥ ΤΟΥ ΚΑΙΣΑΡΟΣ.* *Duodecim milliarenisia pro nomine computabis. Milliarense quippe viginti quatuor follibus aequivalet, ex antiqua Augusti Cæsaris traditione.*

## XVIII. INDEX RERUM A SE GESTARUM.

SVET. AUG. cap. 101.

Altero (volumine) Indicem rerum à se gestarum (complexus est) quem vellet incidi æneis tabulis, quæ ante Mausoleum statuerentur.

Dio

- e) *Prodiit deinde Græce & Latine in tomo quarto monumentorum Cotelerii, sive Analectis Græcis, Monachorum Benedictinorum Paris, 1638. 4. cum versione V. C. Bernardi de Montfaucon, pag. 325. & emendatius cum versione Viri eruditiss. Joann. Friderici Gronovii ad calcem ejus librorum de sestertiis pag. 712. Lugd. Batav, 1691. 4.*

DIO *Lib. LVI, pag. 591.*

Ἐν δὲ τῷ δευτέρῳ τὰ ἔργα ἀεὶ  
πραξε πάντα, ἀ καὶ ἐς χαλκᾶς στή-  
λας πρὸς τῷ ἡρώϊ αὐτῆ σαθείσας  
ἀναγεγραφήναι ἐκέλευσε.

Altero enumeratio rerum à se gestarum, quas incidi in columnas æneas ac statui ante forum sacrarium jubebat.

VELLEIUS *Lib. II, cap. 39.*

D. Augustus præter Hispanias aliasque gentes quarum titulis forum ejus prænitet, pæne idem, facta Ægypto stipendiaria, quantum pater ejus Gallia, in ærarium reditus contulit.

### ANCYRÆ IN SUBURBIIS.

AUGERIUS GISLENIUS BUSBEQUIUS *Epist. 1. Legationis Turcica pag. 86. A. C. clō lō LIV.*

Ancyram venimus, mansione à CPoli XIX. Est id opidum Galatiæ, Gallorum aliquando sedes Tectosagum Plinio & Straboni non ignotum: quanquam illud fortasse, quod nunc existat, veteris opidi pars tantummodo fuerit. Canonès Anquiram vocant. Hic pulcherrimam vidimus Inscriptionem, & tabularum illarum quibus, indicem rerum à se gestarum complexus est Augustus, exemplum. Id quatenus legi potuit, per nostros homines transcribendum curavimus. Existat incisum ædificii, quod olim fortasse Prætorium fuerat, diruti & tecto carentis, marmoreis parietibus, ita ut dimidia pars intrantibus ad dextram, dimidia ad sinistram occurrat. Suprema capita fere integra sunt, media lacunis laborare incipiunt: infima vero clavarum & securium ictibus ita lacerata, ut legi non possint. Quod sane rei litterariæ non mediocre damnum est à doctis merito deplorandum: idque eo magis, quod Urbem illam ab Asiæ Communitate Augusto dicatam constet.

CAROLUS CLUSIUS *Epistola ad Andream Schottum.*

Antonii Verantii, Archiepiscopi Strigoniensis exemplar (quod, dum Casarei Legati munere apud Turc. Imp. fungeretur descripsit) sequutus sum, uti ab ejus nepote Fausto Verantio (qui nunc supremus Ungariæ Secretarius est) accipiam anno 1576, propterea versuum in singulis paginis numerum, characterum

formam, vocabulorum divisiones, atque interdum repetitiones, ut in ipsius exemplari erant, observavi, existimans expressum esse ad normam Tabularum qua Ancyra sunt. Verum alterum exemplar quod apud D. I. Sambucum postea vidi, nullum versuum numerum, nihil quidquam simile observatum habere deprehendi. Anno autem 1584. proficiscenti Constantinopolim, V. C. Leuvenclavio cum Mag. D. Henrico de Lichtenstain Casareo Legato, Verantii exemplar dedi, ipsum pro nostra amicitia obnixè orans, ut si per occasionem Ancyram proficisceretur, diligenter cum Tabulis illis conferret, & an per omnia responderent, observaret. Ille quidem, ob gravem Legati morbum, quo etiam istic extinctus est, id prestare non potuit: sed binos Nobiles Germanos Byzantii invenit, qui superiore hyeme Ancyra fuerant, & qua in Tabulis incisa, diligenter exceperant. Cum iis contulit Verantianum exemplar, per omnia respondere deprehendit, nisi quod pro collega. serie secunda versu 3. conlega habuerunt, & in continuatione 1. series opposito latere versu 10. quotiescumque pro quociescumque. Alioqui eorum exemplar minus integrum fuit Verantiano: corrumpuntur enim quotidie Tabularum characteres Turcarum militum insolentia; praesertim cum Christianos eas inscriptiones excipere conspiciunt, quod binis illis nobilibus Germanis describentibus accidit.

Cum illustris Heros Augerius Busbequius Vienna ageret, meo rogatu omnes schedarum fasciculos evoluit, ut Ancyranarum Tabularum exemplar ab ipso, dum Cas. Legatus ad Turc. Imp. esset, exceptum, inveniret, quod mihi traderet, sed frustra: postea enim succurrit, id alicui, cujus nomen excidisset, mutuo datum, & non restitutum. Illius sane exemplar eo libentius habuissem, quoniam minus mendosum existimassem quam reliqua,

JO. LEUNCLAVIUS in Pandectis Hist. Turcica pag. 204.

Quodam in historiae Graecae libro, cujus quia perierat initium, ne quidem auctoris sciri nomen poterat, legere memini, de Ancyranum municipii conditore Augusto. Verbis ea referuntur huiusmodi: κτίσας δὲ πόλεις, μίαν ἐν τῷ Πόντῳ, καὶ ἄλλην ἐν τῇ Ἀραβίᾳ, καὶ ἑτέραν ἐν Συρίᾳ δ) καταπεσῆσαν ὑπὸ Θεομηρίας, ὀνόματι Σαλαμῶν, ἀνεγειρεῖς ἐκάλεσε τὴν μὲν, Ἀγκυραν, διὰ τὸ μέγαν αὐτῆν εἶναι τῶν δύο θαλασσῶν, τῆς τε Ποτικῆς καὶ τῆς Ἀσιανῆς. τὴν δὲ, Βόσραν, εἰς ὄνομα τῆς κτίσαντος αὐτῆν στρατηγῆς Βόστρου. τὴν δὲ, μετ᾽ ὀνόματι Διόσπολιν. Quorum hic sensus est: Quum condidisset Augustus urbes, unam in Ponto, al-

δ) Κύπρον.

teram in Arabia; tertiam in Syria, e) vi numinis irati collapsam, nomine Salaminen, restituisset: primam adpellavit Ancyram, hoc est ancoram, propterea quod esset medio sita loco inter duo maria, Ponticum & Asianum: alteram Bostram, a pratore Bostro, quem structura præfecerat: tertia nomen in Diospolim mutavit. BUSBEQUIUS, vir illustris, in itinerario meminit; hanc urbem ab Asiæ communitate (τὸ κοινὸν τῆς Ἀσίας dixere Græci) Augusto fuisse dicatam. Merito quidem id factum, si vel conditor, vel instaurator ejus erat Augustus. Ideoque non abs re voluit idem Augustus rerum ab se gestarum, quas incidi Romæ duabus in aeneis pilis iusserat, exemplar heic exstare. Conspiciuntur autem qualesquales hujus reliquiæ marmoreis in sculptæ parietibus ædificii veteris, quod ædem Apollinis fuisse putant aliqui, Busbequius prætorium. Id vero tam insigne monumentum antiquitatis Romanæ, quia lector existimare facile potest, a xxxi i i. & amplius annis admodum esse deformatum, & ab infestis omni Græcæ Romanæque elegantia barbaris cottidie magis etiam lacerari ac dirui: placet eorum causâ, qui antiquitatum vere magni æstimandarum studiosi sunt, sic expressum hoc loco subjicere; quemadmodum id temporis legatus Cæsaris Ferdinandi, maximæ vir dignitatis, ANTONIUS VERANTIUS Episcopus Agriensis, per suos transcribi curavit. Mecum vero communicabat ante profectioem ad Turcos nostram, vir nobilis, & antiqua virtute ac fide, KARULUS CLUSIUS Atrebas, acceptum ab Antonii præfulis nepote, Fausto Verantio: quorum omnium sane mentionem fieri, visum fuit æquissimum, uti conservatorum fragmenti penitus aurei, quod cæli ac Turcorum injuriis expositum, ne ceteroqui nobis Ancyrae prorsus, ac brevi, quidem pereat, haud absque causâ metuendum. Sed reliquas tandem le naufragio tam præclari tabulas operis lector accipiat, ita dictis in parietibus exstantes: ut dimidia pars intrantibus ædificium ad dextram, altera semet ad sinistram offerat.

JOSEPHUS SCALIGER *Lib. V. de emendat. temporum*  
pag. 444. seq.

Extat Index rerum ab Augusto gestarum Ancyrae Galatiæ in lapides stelis incisum: quem tumen in æneis tabulis ipse Augustus incidi

e) *Cypro.*

incidi voluit, quæ ante Mausoleum statuerentur, teste Suetonio, ut ipse eum scripserat paulo ante excessum suum, duobus Sextis, Apulejo, & Pompejo COSS. Post ejus decessum incisus est in duabus aheneis pilis Romæ, cujus exemplar Roma Ancyram f) translatum: quod is locus communi totius Asiæ delectus, in quo ad aram Genii Augusti publice sacrificaretur, ut in quibusdam locis Galliæ fiebat, puta Lugduni, & Narbone. In Edicto Augusti pro Judæis apud Josephum, libro x. ita legimus: τὸ, τὸ ψήφισμα τὸ δοθέν μοι ὑπὸ αὐτῶν ὑπὲρ τῆς ἐμῆς εὐσεβείας, ἧς ἔχω πρὸς πάντας ἀνθρώπους, καὶ ὑπὲρ Γαίης Μαρκίῳ Κεσσωρίῳ, καὶ τῆτο τὸ διάταγμα κελεύει ἀνατεθῆναι ἐν ἐπισημοτάτῳ τόπῳ g) γενηθέντι μοι ὑπὸ τῆ κοινῆ τῆς Ἀσίας ἐν Ἀγκύρῃ (male vulgo δεγγύρη) εἰὰν δὲ τις παραβῆ τὶ τῶν προσημειῶν, δώσει δίκην ἑ' μετρίων. ἐσηλογραφήθη ἐν τῷ Καίσαρῳ ναῶ. Extant igitur aliquot paginæ marmoreæ illius Indicis Ancyræ, quarum exemplar beneficio clarissimi viri Augerii Busbekii huc delatum, diligentia Andreæ Schotti h) publicatum est primum. Deinde duo literarum nostri seculi lumina Justus Lipsius, i) & Isacius Casaubonus k) illius defectus multos supplerunt, menda indicarunt, & sustulerunt.

## PITTO

- f) Gothica direptione Urbis Romæ, alio translata (atque ita perlata Ancyram) opinatur Andreas Schottus. Credibilis autem Ancyranos qui Augusti numen vivi colebant, mox post ejus obitum petiisse & impetrasse à Senatu facultatem describendi hunc indicem sculptum in Mausoleo Romano, ejusque exemplum ante fores heroi Augusto Ancyræ consecrati dedicandi, quod manu Græcorum linguæ Latinæ parum peritorum vel Romæ descriptum vel postea sculptum Casaubonus monuit. Nec aheneis pilis ut Romæ, sed saxi insculptum.
- g) Casaub. ἀνατεθέντι.
- h) A. Schottus ad Caput primum Aurelii Victoris de Cæsaribus, Antwerp. apud Plantin, 1579. 8. Inde in editione Victoris Lugd. Batav. 1670. 8. & additis Lipsii & Casauboni notis curante Sam. Pitisco, Trajecti ad Rhen. 1696. 8. Post Schottum Joannes Leunclavius ex apographo quod ab Antonio Verantio acceperat, vulgavit in pandectis historiæ Turcicæ p. 205, seq. Francof. 1588. 4.
- i) Lipsius in auctario ad Martini Smetii συναγωγήν Inscriptionum antiquarum, Lugd. Batav. apud Raphelengium A. 1588. fol. atque post Lipsium Janus Gruterus in thesauro Inscript. Vett. p. CCXXX. Heidelb. A. 1633. fol. Janus Ruisersius in Variis Lect. p. 163. Lugd. Batav. 1612. 4.
- k) Casaubonus ad Suetonium Paris. 1606. 4. 1610. fol. & Argentor. 1647. 4. pag. 334. inde in editionibus Suetonii Grævianis & Pitiscianis. Post hosce viros doctos im-

illustran-

PITTO TURNEFORTIUS *itinere in Orientem, Gallice edito Epistola XXI,*  
T. 2. pag. 178.

L'Empereur Auguste avoit sans doute embelli Ancyre, puis-  
que *Tzetzes* l'en appelle le fondateur, & ce fut apparamment par  
reconnoissance que les habitans lui consacrerent le plus grand  
monument qui soit encore en Asie. Vous jugerez, Monseigneur,  
de la beauté de cet édifice par le dessein que vous m'avez ordon-  
né d'en faire graver. Il étoit tout de marbre blanc à gros quar-  
tiers, & les encoigneures du Vestibule qui subsiste encore, sont  
alternativement d'une seule piece à angle rentrant en manière  
d'équerre, dont les côtez ont trois ou quatre pieds de long. Ces  
pierres d'ailleurs sont attachées ensemble par des crampons de  
cuivre, comme il paroît par les trous où ils étoient enchassés ;  
les maitresses murailles ont encore 30. ou 35. pieds de haut. Pour  
E e la

illustrando hoc monumento præcipuum fuit studium V. C. *Jacobi Gronovii* qui  
nactus egregii hominis *Danielis Cossonii* apographum diu in Oriente versati &  
A. C. 1689. in vicinia Smyrnæ a piratis Algeritanis interfecti, non modo illud  
publicavit in memoria Cossoniana Lugd. Bat. 1695. 4. sed etiam suas divina-  
tiones notasque præclaras addidit. Ex hac Gronoviana editione emendationes  
pleræque adscriptæ in Opere *inscriptionum Græcarum* recuso Amst. 1707 fol.  
*Joannes* quoque *Guilelmus Baierus*, hodie Altdorfinae Academiæ gloria & decus,  
historiæ marmoris Ancyranæ quam Jenæ 1703. admodum juvenis edidit, & Busbe-  
quianum & Cossonianum exemplar integrum subjunxit. *Paulus præterea Lucas*  
itineribus in Orientem celebris marmor Ancyranum A, 1705. à se lustratum de-  
scriptumque edidit cap. 16. T. 2. hodoeporici in Græciam, Asiam minorem,  
Macedoniam & Africam, vulgato Gallice Paris, atque inde Amst. 1714 12. p. 119  
Denique *Pittonis Turnefortii* apographum audio vulgandum à nobilissimo viro  
*Edmundo Chisbullo* in Antiquitatum Asiaticarum reliquiis, quas post Inscriptionis  
Sigeæ insigne specimen erudito orbi propediem est exhibiturus. Ejusdem Tur-  
nefortiani apographi meminit his verbis illustris Baro *Ezech. Spanhemius* dissert.  
XII. de præstantia numismatum edit. Amst. 1717. fol. T. 2. p. 361. *Opportuno*  
*contigit, ut haud ita pridem copia mihi sit in Anglia metropoli facta à viro eruditis-*  
*simo Monumenti Ancyranæ, accurato denno ac attente ad ipsum Marmor à celeberrimo*  
*mo Gallo medico, ac Botanicorum non tantum hac arte, quod vel ex editis ejus in ea*  
*scientia commentationibus constat, principe, sed earum quoque litterarum, quibus*  
*vulgo eruditi censentur, peritia haud vulgariter instructo, rogatum Tourneboëusii*  
*descripsi, atque eidem Smyrnae tum agenti, quo illud aliquando publici juris ab eo fr-*  
*eres, exhibiti. Quod dum brevis facturus est vir eximius, una cum pluribus in-*  
*editis Græcis Inscriptionibus, quibus nova ES insignis appendix fiet Marmorum Oxoni-*  
*ensium &c.*



la facade elle est entierement détruite , il ne reste plus que la porte par où l'on entroit du Vestibule dans la maison. Cette porte qui est quarrée , a 24. pieds de haut sur 9. pieds 2. pouces de largeur , & ses montans qui sont chacun d'une seule piece , sont épais de 2-pieds 3. pouces. C'est à côté de cette porte qui est toute chargée d'ornemens , que l'on grava il y a plus de dix-sept cens ans , la vie d'Auguste en beau latin , & en beaux caractères. L'inscription est à trois colonnes à droite & à gauche ; mais outre les lettres effacées , tout est plein de grands trous semblables à ceux qu'auroient pû faire des boulets de canon ; & ces trous que les Payfans ont fait pour arracher les crampons , ont emporté la moitié des caractères. Les paremens de pierres sont des quarez barlongs fort propres , & d'un pouce de saillie. Sans compter le Vestibule , cet édifice est dans œuvre de 52. pieds de long , sur 36. pieds & demi de large. Il y reste encore trois fenêtres grillées , de marbre à grands carreaux semblables à ceux de nos fenêtres. Je ne sçai pas de quelle matiere ces carreaux étoient garnis , si c'étoit de pierre transparente ou de verre.

### NONUMENTUM ANCYRANUM

quod brevi ante mortem poni fecit AUGUSTUS :

*Ad fidem utriusque exemplaris*

BUSBEQUIANI ET COSSONIANI

*restitutum*

V. C. JACOBO GRONOVIO.

PILÆ PRIORIS TABULA PRIMA.

Rerum. gestarum. Divi. Augusti. quibus. orbem. terrarum. imperio. Romano. subjecit. &. impensarum. quas. in. rempublicam. populumque. Romanum. fecit. incisarum. in. duabus. aheneis. pilis. quæ. sunt. Romæ. positæ. exemplar. subjectum.

Annos. undeviginti. natus. exercitum. privato. consilio. &. privata. impensa. comparavi. per. quem. rempublicam. dominatio-

natione. l) factionis. oppressam. in. libertatem vindicavi-  
ornatus. decretis. honorificis. m) *ab senatu.* in. ordinem. sum  
n) *adlectus. sed.* consulibus. *mortuis. in. vacantem.* locum. *exerci-*  
*tus. imperium. mihi. dedit. ac. mox. turbata.* respublica. *Ventidio*  
prætori. simul. cum. *Carrinate.* consulibus. o) *factis. antea.* au-  
tem. eodem. anno. *me. solutum. legibus.* p) consulem. cum. *fe-*  
*cisset. &* triumvirum. reipublicæ. *constituenda.* . . .

Qui *in. parentem. conjurationis. socii. fuerant.* in. exilium. expuli.  
judiciis. legitimis. q) *veteri. jure.* postea. *mecum.* inferentis.  
reipublicæ. . . .

Arma. terra. marique. *Romana.* signaque toto. r) orbe. terrarum.  
*circumtuli.* victorque. omnibus. *superstitibus.* s) civibus. *peperci.*  
*etiam. ex. illustribus.* gentes. quibus. *tuto. licebat.* servari. quam.  
excidere. t) *malui.* milia. civium. *Romanorum. adacta.* sacra-  
mento. meo. fuerunt. circiter. *quingenta.* ex. quibus. *deduxi.*  
*in. colonias.* aut. remisi. in. municipia. sua. *stipendiis. solutis.* mi-  
lia. aliquanto. *plura. quam.* trecenta. u) iis omnibus. agro. *ad-*  
*signato.* aut. pecuniam. *propriam.* dedi. naves. cepi. *sescentas.*  
*rostratas.* siquæ. *minores.* triremes. fuerunt.

E e 2

Bit.

l) Vellej. II. 60. *Aparte deinde Antonii ac Dolabella Consulium ad nefandam domina-*  
*tionum erupit furor.* . . . *Torpebat oppressa dominatione Antonii Civitas.* GRO-  
NOV.

m) Ea sunt quæ refert Dio p. 310. D.

n) Paulus Lucas : . . . *eis in ordinem suum* . . . *o Consulibus* . . . .

o) A. U. C. 711. Apud Lucam est *Consulibus ir* . . . .

p) Intellige de lege annali ætati Consulium præstituta. Nam cæteris omnibus le-  
gibus primum solutus fuit A. U. C. 730. *Gronov.* Vide Dionem p. 320. sq. 518.

q) Sueton. August. c. 10. *Constitimus Apollonia rediit. Brutum Cassiumque & vi nec*  
*opinantes. & quia provisum periculum subterfugerant. legibus aggredi reosque*  
*cadis absentes deferre statuit.* De veteri jure consules dicta ad Cœlii Episto-  
lam inter Ciceronianas lib. VIII. 8. *Gronov.* Paulus Lucas habet : *Judicis legi-*  
*simis ultus ostiabilium inferentis Reipublica. Ubi ultus rectum videtur. & inferen-*  
*tis pro inferentis exitium.*

r) Idem Lucas : *lia terra* . . . *mar* . . . *tato in orbe terrarum* . . . .

s) Lucas : *omnibus.*

t) id. *occidere.*

u) Lucas : *& iis.*

*Bis. ovans. triumphavi. x) tris. egi. curulis. triumphos. & appellatus. vicies. & semel. y) imperator. cum. pluris. triumphos. mihi. Senatus. decrevisset. semper. tantum. laurus. deposui. in. Capitulo. . . . voque bello. nunciato. . . . tis. ob. res. amplas. per. duces. ac. legatos. auspiciis. meis. terra. marique. prospere. gestas. quinquagies. et. quinquens. decrevit. senatus. supplicationes. . . . dum. esse. z) . . . . quo. senatu. consulto. publicatum. a) est. fuere.*

### PILÆ PRIORIS TABULA SECUNDA.

Patriciorum. numerum. auxi. consul. quintum. b) iussu. populi. &. senatus. senatum. ter. legi. c) &. in. consulatu. sexto. d) censum. populi. conlega. M. Agrippa. egi. Lustrum. post. annum. alteram. &. quadragesimum. e) feci. lege. f) quo. lustro. civium. Romanorum. censita. g) sunt. capita. quadragiens. h) centum. milia. &. sexaginta. tria. milia. *Alterum. Consulari. cum. imperio. lustrum. i) solus. feci. Censorino. &. Asi-*

- x) Sueton. Augusto c. 21. Loquitur ita etiam Vellejus l. 1. 122. *ordinatisque ritibus Orientis, ovans triumphare debuerit.* Et Valerius Max. II. 8. *Neg. aut ovans aut curru triumphavit.* Gronov.
- y) Tacitus lib. 1. Annal. de Augusto: *Numerus Consulatum celebratur quo Valerium Corvinum & C. Marium simul aquiverat: Continuat per septem & triginta annos Tribunitia potestas: nomen Imperatoris semel atque vicies partum.* Numus apud Mediobarbum p. 42. IMP. CÆSAR. DIVI F. AUGUSTUS IMP. XXI. PONTIF. MAXIM. TRIBUN. POTEST. XXXVII.
- z) Paulus Lucas: *Supplicandum esse Diis immortalibus . . . .*
- a) *id. supplicatum est. Sequitur ibi: inde . . . . ve . . . . um voc . . . . ant r . . . . am . . . . ter deciens . . . . a potes . . . . meia . . . .*
- b) U. C. 725. Vide quæ viri docti ad Tacitum XI. Annal. 25.
- c) U. C. 726. 736. 741. Sueton c. 35.
- d) U. C. 726. Euseb. Chron. ad num. MDCCCCLXXXIX. *Censu Roma agitato inventa sunt Civium Romanorum XLI. centena & LXIV. milia.*
- e) Tot anni sunt à novissimis Censoribus Cn. Centulo & L. Gellio A. U. C. 684. Confer Lipsium lib. 1. elect. cap. 27.
- f) Ita Gronovius Pater ad Livii lib. 1. 44. *pro legi.* Apud Paulum Lucam plane omititur.
- g) *id. censu.*
- h) *Pro quadragies, ut supra, quinquiens, atque inferius miliens pro millies, sexcentiens, vicies, quinquens.*
- i) A. U. C. 746. Vide tamen quæ notat V. C. Jo. Masson in Jano referat p. 280. sq.

℞. Asinio. cos. quo. lustro. censâ. sunt. civium. Romano-  
 norum. capita. quadragens. centum. milia. &. ducenta. tri-  
 ginta. tria. millia. Tertium. item. consulari. cum. imperio lu-  
 strum. k) conlega. Tib. Cæsare. feci. Sex. Pompejo. &. Sex.  
 Appulejo. Cos. quo. lustro. etiam. censâ sunt. Romanorum.  
 capitum. quadragens. centum. milia ℞. septuaginta. & se-  
 ptem. milia. l) Legibus. novis. latis. exempla majorum. exo-  
 lescen-

E e 3

E) U. C. 767. Sveton. c. 97.

- 1) Hunc vero numerum tertii census quum edere videatur ipse Augustus, idque paulo post eum peractum, atque etiam potuerint diu eruditi eum legere in ahencis pilis Romæ positis, tamen variant ac mutant mirifice posteri. Tractavit frater meus Laur. Theodorus Gronovius in Bibliotheca Medicæa volumen, in quo erant aliqua Flori Annæi, ita ut post bellum Gallogræcum sequeretur contracta in brevissimum epitome rerum deinde gestarum, tandem hisverbis sequentibus: *Censum Roma cum Tiberio agens invenit hominum nonagies trecenta LXX, milia, omniumque orbem venientis ihu Xpi notum pacatum censeri præcepit.* Quod notabile, idem hic fere numerus, qui exstat apud Eusebium in Chronicis, ubi inventa dicuntur supra nonagies sexcenta & septuaginta hominum millia; sic scriptum in optimis & antiquissimis libris invenire se testante Vossio Isaaco de magnitudine veteris Romæ pag. 30. quum Scaliger edat, *hominum nonagieses trecentena milia*, quem numerum immanissimum vocant & Scaliger & Casaubonus; in Pignianis falsis ex eodem Eusebio nonagies ter centena & septuaginta millia. Sed id prorsus in Vossiano incredibile, in censu non accurate expressum fuisse numerum, quam potius supra certum numerum homines inventos esse. Utique probabile non est ab Eusebio ita scriptum, apud quem toties ante velut per formulam *descriptione Romæ factâ inventa 301 milia non inventa supra 301 milia*, quod foret incertum. Deinde idem iste numerus ad veritatem exactus vix dici aut credi potest, quum ipse Princeps Augustus, quo præside collecta est summa, certum & alium proferat, cui parem scripsit Suidas ab eodem Vossio allegatus, *Αυγῆς Καῖσαρ δόξαν αὐτῶ πάντας τῆς οἰκῆτορας τῶν Ῥωμαίων κατὰ πρόσωπον ἀριθμῆναι, εὐρίσκονται οἱ τὴν Ῥωμαίων οἰκῆντες τετρακδσῖαι δέκα μυριάδες καὶ χίλιοι δεκαεπτὰ ἄνδρες.* Hunc numerum sic Latine effert Vossius, *undecim milia & septendecim supra quadragies censena hominum milia, sive, ut ipse Suidas loquitur, myriades CCCCX, & insuper MXI.* An in Anglia, ubi hæc edidit, sic rationes duci audierit nescio. Certe ego illa postrema millia undecim expedire ex istis Græcis nequeo. Certe Suidæ numerus colligit quadragies semel centena & unum millia & septendecim, non quadragies centena & undecim millia ac septendecim, ut Vossianus prior; non quadragies semel centena & junum millia ac undecim, ut posterior. Et cur non advocat etiam illos *δεκαεπτὰ*? Quin etiam, ne quid huc pertinens omittatur, Scaliger ad Eusebii Chronica num. MMXXVIII, ita citat obiter supplens partim ex se, partim ex Lipsio. *cum non peritimus.*

lescentia. fam. ex nostro, usu. etiam, privatim. avitarum. m) rerum, exempla. n) imitanda. proposui. \*)

### PILÆ PRIORIS TABULA TERTIA.

- - - Cajum, & Lucium. filios. meos. honoris. mei. causa. senatus, populusque. Romanus. annum. quintum. & decimum

*perrime. Iustrum, egi, collega. Tiberio, Sexto, Pompejo, & Sexto, Apulejo. eos, quo, Iustro, Rom. capitum, quadragies, centum, milia, triginta, & septem, censa, sunt, concipitque in numerales notas 4137000. Primum has ipsas miror: nam certe, qui numeros noverunt, dicunt mihi oportuisse in hunc modum concipi 4037000. Deinde ex hac Saligeri citatione patet, unde Casaubonus & repleat triginta & pronuntiaverit 70 millia post vocem septem vacare, non enim solere addi a Latine loquentibus: etsi mox se quodammodo inhibeat. Triginta autem cum reponunt, nequeo vitio vertere, quum tot dictaverit, vulgatum . . . . iginta. Sed quum prius I non agnoscat a Cossioniano, accessi ad septuaginta Eusebii & voluminis MSti, quod citavi etiam metuens ne adhuc numerus exciderit, Gronovius.*

m) Paulus Lucas: *multarum.*

n) Sveton. c. 31. 89. Horatius IV, 15.

*Et veteres revocavit artes*

*Per quas Latinum nomen, & Italia*

*Crevere vires, fama que & Imperii*

*Porrecta majestas ad ortum*

*Solis, ab Hesperio cubili.*

\*) Hoc loco plura longe apud Paulum Lucam sequuntur, à cæteris omissa, per versus XXXI. in quibus singulis prior dimidia pars deest, hunc in modum: - - - ntes & Sacerdotes . . . . u, tis . . . . efec . . . . quat-  
tupr amplissima Colle . . . . mpeiam & mandipi . . . . m. uni  
- - - - apud omnia putvinaria provala . . . . usum est in Salivro  
carmen & Sacrosan . . . . vo . . . . tra . . . . tribunicia potestas  
mibi . . . . mus . . . . nsterem in . . . . dotium differente mi-  
bi quod pater meus . . . . sacerdotium aliquot post annos eo mor . . .  
- - - curaverat cum jam ex Italia . . . . ndin quanta Roma nun . . .  
- - - Sulpicio & Valgio Consulibus . . . . dis honoris & virtutis ad  
potam . . . . natus consecravit, in qua ponit . . . . anniver-  
sarium sacrificium facere . . . . r . . . . s . . . . in urbem ex . . .  
- - - avit . . . . pars . . . . & prim . . . . a mibi . . .  
- - - onos . . . . va . . . . nia Gal . . . . ovincis Pros  
- - - nep. qu. . . . aram . . . . reditu meo consecrandam  
ad cam . . . . magistratus & S. C. . . . inuni C. P. . . . casu-  
sum

num. agentis. o) consulis. designavit. ut. eum. magistratum. inirent. post. quinquennium. &. ex. eo. die. quo. deducti. e-  
runt. p) in. forum. ut. interessent. consiliis. publicis. decre-  
vit. senatus. equites. autem. Romani. universi. Principem.  
juventutis. utrumque. eorum. q) parmis. et. hastis argente-  
is. r) donatum. appellaverunt.

Plebei. Romanæ. viritim HS. trecenos. s) numeravi. ex. testamento.  
patris. mei. &. nomine. meo. quadringenos. \*) ex. bello-  
rum. manibus. t) consul. quintum. u) dedi. Iterum. autem.  
in. consulatu. decimo. x) ex. patrimonio. meo. iis. y) qua-  
dringenos. congiari. viritim. ter. numeravi. z) &. consul  
undecimum. a) duodecim. frumentationes. frumento. pri-  
vatim. coempto. emensus. sum. &. tribunicia. potestate. duode-  
cimum. b) quadringenos. nummos. tertium. viritim. dedi. quæ.  
mea. congiaria. pervenerunt. c) *ad. festerium*. d) milia. nun-  
quam

*sum eff . . . . . er totum i . . . . . populi Roman . . . . . ax  
cum pi . . . . . nas ces . . . . . bis omnino clausum . . . . . se pro-  
datur m . . . . . prater me principem . . . . . ledendum esse . . . . . meos quo . .  
. juv. . . . . mibi eripuit eorum Cajum & Lucium Casares*

- o) U. C. 749. 752. Conferendus eminentiss. Norisus ad Cenotaphia Pisana.  
p) Paul. Lucas; *sunt*.  
q) Tristan. T. I. p. 139. & Ezech. Spanhem. T. 2. numism. p. 361. sq. ubi refellit Cos-  
sonium qui supplevit: *Principum Juventutis Romanorum*.  
r) Numismata Ducis Croyiaci Tab. XII. n. 2.  
s) Sveton. Cæsare c. 83. Augusto c. 41.  
\*) Dio, κατ' ἐμαυτὸν δραχμαίς.  
t) Sic exemplar nostrum & infra sæpius, quoniam vulgo manibus. Etiam *simus* Angu-  
stus ponebat in scribendo pro *sumus*, teste Svetonio c. 87. Etiam Achilles Statius  
ad Svetonii claros Rhetoras sic notat *contibernali* ex veteri monumento *Gronov.*  
u) U. C. 729. x) U. C. 730.  
y) Præcessit. *Plebi Romana*. Similis syllepsis numeri infra, *plebi, qua acceperunt*. Pro  
*quadringenis*, Paulus Lucas semper habet *quadringenos*.  
z) V. C. Jacobus Perizonius diss. de morte Judæ p. 84. legit. *Pernumeravi*. Atque  
sic etiam exhibet Paulus Lucas, a) U. C. 742.  
b) U. C. 731. Sveton. c. 41.  
c) *Pervenire* proprium apud Romanos de computo rationum, quo alludere videtur Pe-  
tronus cap. 40. *si ad trecenies HS. saluus pervenero*, Gronov.  
d) Paulus Lucas discrete habet *ium*, unde nec Gronovii *nummum* locum habet, nec Pe-  
rizonii & Ondanii *hominum*.

quam. minus. quinquaginta. &. ducenta. Tribunitiæ. potestatis. duodevigesimum. e) congiari. trecentis. &. vinginti. milibus. plebis. urbanæ. sexagenos. denarios. viritim. dedi & *civis*. f) militum. meorum. ex manibiis. consul. quintum. viritim. millia. nummum. singula. dedi. Acceperunt. id. triumphale. congiarium. g) in. coloniis. hominum. circiter. centum. &. viginti. millia. Consul. tertium. decimum. h) sexagenos. denarios. plebei. quæ. tum. frumentum. publicum. acceperunt. i) dedi. Ea. milia. hominum. paulo. plura. quam. ducenta. fuerunt.

Pecunia. *quam. pro. agris*, quos. in. consulatu. meo. quarto. k) & postea. consulibus. M. Crasso. U. Cn. Lentulo. Augure. l) adsignavi. militibus. solvi. municipiis. *passo sestertium*. circiter. miliens. m) fuit. *quam. pro. agris*. Romanis. prædicatoribus. numeravi. ea. circiter. bis. miliens. &. fescentiens. quod. pro. agris. provincialibus. solvi. id. primus. &. solus. n) omnium. qui. deduxerunt.

Co-

- e) U. C. 750. Tribunitiæ potestatis numerus signatur illis tantum annis in quibus Consul Augustus non fuit. Paulus Lucas : *duod. vicinissimum*.
- f) Legebatur antea *quinis*, pro quo corrupto haud dubie, Casaubonus *quinguaquaginta milibus*. Viro docto in Bibl. selectæ To. VIII, pag. 331. placet *Veteravis militum meorum*.
- g) Nota congiarium dici etiam de eo quod tribuitur militibus, ut apud Curtium VI. 2 10. Gronov.
- h) U. C. 752.
- i) τὸ σιτοδοταμένον πληθῶν Dio p. 554. Syllepsis numeri, cujus plura exempla dat Gronovius pater de pecunia veteri lib. 2. cap. 4.
- k) U. C. 724. Sveton. cap. 17.
- l) U. C. 740. Dio p. 138. de Augusto: πολλὰ μὲν ἀναλώσας ὡς ἐπαύσης, πολλὰ δὲ καὶ παρ' ἑτέρον λαβῶν δεσ.
- m) Paulus Lucas. *Sexagesiens. miliens* . . . . *quam colla* . . . . *prad* . . . . *nummivani*.
- n) Jocus Luciani To. I pag. 1009. ὅτι μόνῳ καὶ πρώτῳ αὐτὸς ἐστὶ τῶν Διαλεκτικῶν ἔφη, καὶ μὴν εἰ μὲν πρώτος, ἢ μόνῳ. εἰ δὲ μόνῳ, ἢ πρώτῳ. Ita tamen loquuntur scriptores, ut Dio LIII pag. 517. πρώτοι μὲν δὲ Ῥωμαίων ἔσσι, νομίζω δὲ ὅτι καὶ μόνου. Inscriptio Atheniensis in Itinerario Sponii: Μασκῶ Τυλάῳ Ἀπαμεύς τῆς Βαδυνίας Ἀθηναῖῳ Καρινθῖῳ Συμμεταῖῳ μόνῳ καὶ πρώτῳ τῶν ἀπ' ἀμῶν πυκλῶν. Et inter Arundeliana; Γ. Λυτ. Σεκτι.

Colonias. militum, o) in Italia. aut. in. provinciis. ad. memo-  
riam. ætatis. meæ. feci. &. postea. Tib. Nerone. &. Cn. Piso-  
ne. consulibus. p) item. Vet. Antistio. &. D. Lælio. Con-  
sulibus, q) &. C. Calvisio. &. L. Passieno. cos. r) &. Cn.  
Lentulo. &. M. Messalla. consulibus. s) &. L. Caninio. &. Q. Fa-  
britio consulibus, t) veteranis. quos. identidem. emeriteis, u) sti-  
pendiis. in. sua. municipia. remisit. præmia. ære. numerato. ter.  
solvi, x) quam. in. rem. sestertium. milia. . . impendi.

Quater. pecunia. mea. juvi. y) ærarium. ita. ut. sestertium. miliens  
&. vicens, quinquens. adeo. soluti. præerant. z) ærario. detu-  
lerim. &. M. Emilio. &. L. Arruntio. cos. a) in ærarium. militare  
quod. ex. consilio uxoris. Livia. b) institui. ut. inde. præmia. da-  
rentur. militibus. qui. viginti. stipendia. emeruissent. HS. mi-  
liens. &. septingentiens

. . . . . eo. detulic )  
. . . . . centum. milibus. hominum  
F f . . . . . D.

Σεπτιμίου Ποπλίου Περγαμηνού και Σμυρναίου και Αθηναίου και Εφεσίου  
Κισθαρσίου μόνου και πρώτου των ασιαίων νικησας.

- o) Sueton. cap. 46. p) A. U. C. 747.
- q) 748. r) 750. s) 751. t) U. C. 752.
- u) Emeriteis habet nostrum exemplar, ut in columna rostrata castris, in Varrone Li-  
byceis, & in Augusti arcu Ariminensi Celeberrimeis Italia vicis consitis: in Fastis Ca-  
pitolinis De Etrusceis, Gallicis: in Cenotaphia Pisano de vicis gentibus;
- x) Paulus Lucas persolvit.
- y) Sic Tacitus 2. Annal. 48. dixit nobilitatem persolvendam, & 4. Annal. 64. igno-  
tos etiam ex ulero adscitos munificentia junctat. χρήματα χαρίσασθαι dixit Dio  
initio libri LIII. Idem pag. 497. επειδή χρημάτων τῶ δημοσίῳ ἐδέχθη, ἐδα-  
νείσατό τινα καὶ ἔδωκεν αὐτῶ. Γρονου.
- z) Adeo solute præerant ærario ante curam ejus ab Augusto duobus prætoribus deman-  
datam, apud Dionem p. 497. Γρονου. Sed cum non credibile sit Augustum vo-  
luisse Quæstores in hoc monumento reprehendere, assentior Viro docto qui Tom.  
VIII, Bibl. selectæ celeberrimi Clerici pag. 329. pro verbis adeo soluti præerant,  
legit: ad eos qui præerant. Paulus Lucas habet: ad eos ut præerant.
- a) U. C. 759.
- b) Vide Dionem pag. 553. 565. licet suaserit etiam Mæcenæ, id. p. 483. Apud Pau-  
lum Lucam hic locus ita legitur: quod ex Consilio . . . . . constitutum est ex  
quo præmia &c.
- c) Paulus Lucas habet: eo detul . . . . . eo . . . . . plent vic . . . . .  
nics





quæ, fuit. inter, ædem. Castoris. & ædem. Saturni. cæpta. profligataque. opera. a. patre. meo. perfeci. & eandem Basilicam. consumptam. incendio. ampliata. ejus. solo. sub. titulo. nominis. filiorum, *Caji. & Lucii. renovavi. & si vivus. non. perfecissem. perfici. ab. heredibus. meis. curavi. . . . .* vinti. l) octoginta. templa. Deum. in. urbe. consul. . . . . refeci. nullo. prætermisso. quod temp. m) . . . . et. . .

Privato. solo. comparato. n) Martis. Ultoris. templum. forumque. Augustum. *exstruxi. sed. et. templum. Apollinis.* o) in. solo. magnam. partem. *etiam. ab. privatis. empto. feci. quod. sub. nomine. M. Marcelli.* p) generi. nitescit. *Dona. demum Maricis.* q) in. Capitolio. & in. æde. Divi. Julii. & in. æde.

F f 2

Apol-

l) Paulus Lucas quo *est octoginta. . . . .*

m) id. Consul . . . . *privatus refeci*

n) *id quod temp. . . . . m. . . . . m. . . . . iruminea a. . . . . bi . . . . . praten. . . . . iumo . . . . . linn. . . . . lum. . . . . vel consecrato.*

o) Paul. Lucas: *theatrum ab æde Apollinis.* Miror ab nullo istud Apollinis templum in foro Augusti apud Martem Ultorem memorari; tantum constat ex Plinio lib. VII, c. 53. Apollinem sboveum fuisse, qui ejus ætate erat in foro Augusti, *Grosow.*

p) Sueton. c. 29.

q) Paulus Lucas: *Dona. . . . . Manicis.* Antea legebatur *Manicis.* Et non potest videri absolum, quum Summanus in Capitolio ædem habuerit, & jam Lemures obtinuerint sua Lemoralia, Febris quoque occupavisset Palatium, Manes denique eodem honore usos, ut vult nobis persuadere Bushequianum exemplar. Sed etiam novimus Manes extra urbem cultos: & si habuerunt templum, idque in Capitolio, id potuerit negare Symmachus, non novisse Prudentius? In nostro est, ut cernis. Unde posset videri Cæsarem hic agere de eo, quod etiam testatus fuit Suetonius cap. 30, ædes ab eo refectas & ceteras opulentissimis domis adornatas: utpote qui in cellam Jovis Capitolini sedecim milia pondo auri gemmasque ac margaritas quingentis HS. una donatione contulerit. Ac si vellet *dona demum in atris in Capitolio &c.* Sed mihi videtur, ad lucem temporis nostri vix posse quidquam elegantius produci, quam beneficio Cossonii nanciscimur. Nam in apographo nostro patet prorsus legi debere *Maricis.* Maricam enim Nympham Laurentem nominarat

Vir-

Apollinis. &. in. templo. Martis. Victoris. r) consecravi, quæ mihi. constiterunt. incirciter. s) miliens. Auri. coronarii. *pondo*. triginta. &. quinque. milia. municipiis. &. coloniis. Italiae conferentibus. ad. triumphos. meos. quintum. consul. remissi. &. postea. quotiescumque. Imperator. *appellatus. sum.* aurum coronarium. non. accepi. decernentibus. municipis. t) . . . . adque antea. decreverant.

*Sæpe. Spectacula.* u) gladiatorum. dedi meo. nomine. &. quinqueiens filiorum. *meorum.* &. nepotum. nomine. quibus. muneribus *pugna-*

Virgilius: eam sequentes dubitarunt Circen an Venerem intelligerent. Servio vel hanc intelligente vel poeticam in ea licentiam, Laurente Marica sumpta pro Minturnensi. Hanc opinio quoque postea accepisse sedem in illo Capitolio, quod curiam Deorum interpretatur Tertullianus, sed in plurali numero, perinde ut Veneres complures distinguuntur, & Marcias factas, sicut quum alibi Levæ fanum agnoscat, alibi Sulevæ honorantur sub titulo Matrum. Hæc celeberrimi Gronovii observatio non placet viro docto in Bibl. selecta T. VIII. pag. 337. qui non magis putat dici posse *consecravi Marcias* quam *consecravi Veneribus*. Hic itaque legendum conjicit: *Dona demum ex Manibus*, ut supra, pag. 223.

r) Sic quoque Cossonii charta. Unde nihil facilius leviusque est, quam cogitare de Marte Ultore, ut facit Lipsius. Nimirum celebris ille fuit sub Augusto, quam ut non statim iste menti succurreret, & ubilibet prompte inculcetur: & nec ipse Augustus in hac recensione rerum suarum eum ponere aliquoties omisit; ut mirer rationem Justi Rycquii in scripto de Capitolio hæcitantis & cognomen hoc penitus negligentis. Quum autem ex fide utriusque chirographi credi oporteat in lapide ipso exstare *Martis Victoris*, licet hujus mentionem in nummis Augusti etiannum notis non habeamus, immo ex Galbæ & mox Vitelli aliorumque insequentium nummis primo eum spectemus, (& ex veteri Inscriptione apud Reinesium p. 123.) non dubito tamen ita illum diu Romæ, ubi varia templa ejus constat extitisse, cultum fuisse, ut in hujus etiam velut parentis Romanorum templo aliqua pretiosa consecraverit hic Princeps. Commendaverit Romanis suum Ultorem; id minime vetat dedisse etiam aliquid vetustiori Victori, sicut & Soli donum dedisse testatur vetus inscriptio, & haud dubie multis aliis diis. Certe non temere id mutem, & in indicibus Inscriptionum Gruteri tum hinc ille Mars Victor ostentatur, tum ex aliis lapidibus, quorum ætatem quis indicabit? Manes in Capitolio cultos omitunt. Gronov.

s) Paulus Lucas *Hæc circiter sæpe feritæ.*

t) Paulus Lucas: *Et co.*

u) Id. . . . *nus gladiatorum.*

pugnaverunt. x) . . . . .  
 . . . . . decem . . . . .

*Sequuntur septem versiculi penitus erasi.*

*venationes, bestiarum. Africana-*

rum. y) meo. nomine. aut. filiorum. meorum. &. nepotum  
 in circo. aut. in. foro. aut. in. amphitheatris. z) populo. dedi  
 sexiens. &. vigiens. a) quibus. confecta. sunt. bestiarum. cir-  
 citer. trecenta. b) milia. &. quingenta.

Navalis. praelii. c) spectaculum. populo. dedi. circa. Tiberim. in. quo  
 loco. nunc. nemus. est. Caesarum. cavato. solo. in. longitudi-  
 ne. mille. &. octingentos. pedes. in. latitudine. erant. mille. &.  
 ducenti. in. quo. triginta. rostratae. naves. triremes. &. qua-  
 driremes. plures. autem. minores. inter. se. conflixerunt. Atti-  
 cis. &. Perficis. d) clasibus. Pugnaverunt. praeter. remiges. mi-  
 lia. hominum. . . . . circiter.

In. templis. omnium. civitatum. Peloponnesi. &. Asiae. victor. or-  
 namenta. reposui. quae. spoliatis. templis. M. Antonius. cum  
 quo. bellum. gesseram. privatim. possederat. Statuae. pede-  
 stres. &. equestres. &. in. quadrigis. argenteae. steterunt. in  
 urbe VXC. e) circiter. quas. ipse. sustuli. exque. ea. pecunia  
 dona.

F f 3

x) Paulus Lucas; b. . . . . decem millia. . . . . bis. . . . . b . . . . . etarum. . . . .  
*undique accin. . . . . alo pr . . . . . nomine . . . . . & tertium nepo . . . . .*  
*f & cime . . . . . quater aliorum autem m . . . . . m ter et vicin . . . . .*  
*. . . . . sone . . . . . glo XY. virorum magi . . . . . collegium Agrippa . . . . .*  
*up qu . . . . . ci . . . . . S. C. Furnio & Silano COSS. . . . . u . . . . .*  
*ludos . . . . . d tempus doinde.*

y) Atrianas CCCXX. ab Augusto missas notat Plinius VIII, 17. *Λιβυκαὶ Θηραία* apud  
 Dionem LIII, p. 515. Elephantos intellige.

z) Adde quae viri docti ad Sveton, cap. 43.

a) *viciens*, Paulus Lucas.

b) *id. tria milia & quingenta.*

e) Vide ad Sveton, c. 43. & Noriski Cenotaph. Pisan. p. 181.

d) Ita Gronovius ex Ovidio 1. Artis v. 172.

*Quid modo quam belli navalis imagine Caesar  
 Perfidas induxit Cecropidasque rates.*

e) Hoc solo excepto numeri caeteri in Marmore Ancyrano omnes integri perscripti,  
 non notis expressi sunt, Apud Paulum Lucam . . . . . XC.

dona. aurea. in. æde. Apollinis, meo, nomine. &. illorum  
qui. mihi, statuarum. honorem. habuerunt. posui.

Mare. pacavi, a. prædonibus. f) . . . domibus : ; . . . fuis.  
. . . : contra. rem. . . . domi.

Ex XXVII. versiculis penitus deletis in Cossontano exemplari ope Busbequiani  
has voces præcedentes recepi velut fragmenta trium versiculorum, ut  
restent XXIV.

Armeniac. regnum. per. Tiberium, filium. meum. Re-  
gi, g) Artaxiae. ademptum. Tigrani. cuidam. tradidi. et. postea. il-  
lo. mortuo. Parthis. adimentibus. filio. ejus. Aartavidi. h) Ariobar-  
zanem. qui. erat. ex. Regio. genere. Armeniorum, oriundus.  
in. id. restitui. Provincias. omnes, quae. trans. Adrianum.  
zanem

f) Apud Paulum Lucam: *Horatio, (Proelio) servorum qui engeniens (aufugerunt) à  
Dominis suis & arma contra Remp. tenuerunt . . . nia fere millia capta Do-  
minis ad supplicium furemendam tradebantur (supra pag. 144.) & in mea verba to-  
ta Italia sponte sua & M. . . ovici . . . C. . . Duce deponitis  
& juraverunt in eadem V. . . lia . . . ania . . . ca Sicilia Sardinia  
qui . . . ve . . . tores plures quam MDCC in . . . Consu-  
libus facti sunt ad eum diem quo scripta sunt . . . circiter CLXX, omni-  
um prov . . . vibus finitima fuerunt gentes qua n . . . o fi-  
nes aux. . . Gallias & Hispanias provincia . . . t Oceanus Agadirus  
ad Offium Albitum . . . one ea qua proxima est Hadriano mar . . .  
nulli genti bello per injuriam inlato . . . C . . . ab ostio Rheni ad Solis  
Orientis regionem usque ad . . . a navigavit quo neque terra neque ma-  
ri quisquam Romanus ante id tempus adit, Cimbrique & Charisides & Semnones  
& ejusdem tractus alii Germanorum populi per legatos amicitiam meam & populi  
Rom. petierunt: Meo jussa & auspicio ducti sunt . . . Exercitus eodem fere  
tempore in Ethiopiam & in a . . . jam quae ca . . . esafant in . . . ici  
li . . . scti . . . in . . . & h . . . us . . . du . . . ni  
. . . b . . . nes . . . aba . . . pium . . . mam  
ad . . . niam . . . orimini . . . r . . . facio regi ejus Ara-  
saxe . . . m posse . . . ma . . . nostrorum exemplo regi . . . m id  
. . . tem Tigrani Regis per . . . Ro . . . mie . . . n . . . m gen-  
tem postea . . . i . . . gentem . . . efrabellantem m d . . . per gatam  
filium meum &c.*

g) Tacitus II. 3. Annal. Dio LIII, p. 527, Gronov,

h) Paulus Lucas: *Artavardi, quo neque erat ex Regio genere . . . est . . . r . . .  
seniorum.*

mare. vergunt. *ad orientem Ajanasque*. jam. ex. parte. magna. Regibus. eas. possidentibus. *Sicil. amque.* i) ac. Sardiniam. occupatas. bello, servili, reciperavi.

Colonias. in. Africa. Sicilia. Caledonia. utraque. Hispania. *multas. collocavi. ex. Gallia. Narbonensi. k) praesidia. militum. deduxi. Italia. autem. colonias. quae. vivo. me. celeberrimae. et. frequentissimae. fuerunt. duodeviginti. l) deductas. habet.*

Signa. militaria. complures. *per. duces. amissa devictis. hostibus. recipi. ex. Hispania. &. gentibus. Atlanticis. Parthos. trium. exercituum. Romanorum. spolia. et. signa. m) remittere. mihi. supplicisque. amicitiam. populi. Romani. petere. coegi. . . . ea. autem. sic. in. penetrali. quod. est. in. templo. Martis. Ultoris. n) reposui.*

Pannoniorum. gentes. *quas. ante. me. principem. populi. Romani. exercitus. nunquam. adierant. devictas. per. Tiberium. Nero-nem. qui. tum. erat. privignus. meus. imperio. populi. Romani. adiaci. protulique. . . . numinis. . . . exercitus. o)*

Pro-

i) Huc ego referendos existimo nummos Augusti, qui reperiuntur cum literis modo IMP. IX. SICIL. modo IMP. X. SICIL. item IMP. XI. SICIL. & IMP. XII. SICIL. in quibus plerumque Diana ostenditur. Est & ista bellica Dea. Scio etiam, quid de illis scripserint alii. Mihi videtur titulum Imperatoris quidem ex illo, quod sustinet appellare ita, bello servili admisisse; non tamen Martem in eo agnovisse, sed Dianam; non secus ac venatio quaedam belluarum contigisset, ac per fugitivarios comprehensi & retracti fuissent fugitivi. Dio lib. L. inter regiones, quae ab Augusto stabant contra Antonium, Siciliam Sardiniamque memorat; nec postea in rebus Augusti quidquam ultra, nisi quod *ληστεικός* quidam tumultus Sardiniam moverit, lib. LV. *Γρονου.*

k) Cum Galliam Narbonensem populo reddidit A. U. C. 731, vel 732. Dio pag. 504. 523. *Γρονου.*

l) Sveton. cap. 46.

m) Dio p. 519. 526. *τὰ τε σημεῖα καὶ τὰς ἀρχιμαλώτας.* In numis Augusti; SIGN. MILIT. A. PARTHIS RECUP. *Γρονου.*

n) Dio pag. 526.

o) Apud Paulum Lucam haec deinceps subjiciuntur;

Protulique - - - s. il - - - fluminis  
 - - - quod a - - - us exercitus - - -  
 eis - - - spro - - - a - - -  
 Tus que - - - pos - - - ucius - - -  
 Gentes i - - -  
 Ad me ex in - - -  
 Apud qu - - - q - - - m nostram - - -  
 Per lega - - - b. cstar - n - e & sar - - - rum - - -  
 Tanaim - - - ultra rec - - - rumo - - - rex & biber - - -  
 Ad me suplicis confu - - - ges Parthorum Tirida - - -  
 Regis pbrati - - - medorum - - - rta - - - ca - - -  
 Res Britan - - - dum no - - - bella - - - rum - - -  
 Maclomar - - - omanorum suebo f - - - borum - - -  
 Phrates oro - - - filius filios suos nepo - - - jam - - -  
 Non bello superato - sed amicitiam nostram per - - - ignora  
 Petens plurimaeque alia gentes expe - - - me prin  
 cipe quibus antea cum populo Romana - - - ecationum & amicitia  
 commercium  
 A me gentes Parthorum & Medorum - - - principes earum gen  
 tium reges per eos acceperunt pa - - - tis filium  
 Regis Orodis nepotem media - - - r - - - artavazdis fi  
 lium regis Ariobarzani ne - - -  
 In consulatu sexto & septimo - - - a exstinxeram  
 Per consensum uniuersorum - - - jum rempublicam  
 Ex mea potestate in senatu - - - rb - - - rium transtuli  
 Que pro merito meo sena - - - l - - - u - - - sum & laureis  
 Postes adium mearum u - - - i vi casu - - - r - - -  
 Tanquam meam & qua - - - st - - - r in lullu post  
 - - - us quem - - - se - - - r - - - md - - - virtutis cle  
 - - - est p - - - us clupe  
 - - - post - - - d - - -  
 - - - ilo amplio  
 - - - conico.  
 - - - rtium de - - - mum consulatus - - - fier ordo  
 Populus - - - Romanus uniuersus - - - ria idque  
 In uisibilibus - - - edium mea - - - um - - - nscribi n - - - in foro Aug.  
 - - - quadr. - - - f que mihi - - - f. c. pos - - - st hanc - - -  
 - - - num

- - num age - - m septuagens - - - - -  
 Summa pecunia equam dod. - - - - -  
 - - sis militibus Denarium s. - - - - -  
 Opera feci nova aedem ma - - - - -  
 Divi juli quirini minerva - - - - -  
 Larum Decum Pennium juu. - - - - -  
 Ad circum curiam cum c. - - - - -  
 Juliam - - atrium - - Marcelli - - - - - Caesarum  
 Refecit capito - - - sique a - - - - - um pom  
 Pei a qu - - - am - - - la - - - - -  
 Impens - r - - - - - gladiatorum a - - - - -  
 - - - - - - - - - - - - - - - -  
 - - - - - - - ra motu incendio qu - - - n sum  
 - - - - - - - susque quorum Cen - - - s explevit.

COLONIAE MILITARES XXVIII. AB AUGUSTO IN-  
 TRA ITALIAM FREQUENTATAE

TESTE SVETON. cap. 46.

Acerræ. Frontinus de Coloniais.

Alatrium. id.

Aquinum. Plin. III. 5.

Ariminum. Sigon. lib. 3. de antiquo jure Italia. cap. 4.

Atella. Frontin.

Augusta Laurentum. Vetus inscript. apud H. Noris diff. 1. Cenotaph. Pi-  
 san. cap. 2.

Julia Augusta Parma. H. Noris.

Augusta Perusia. id.

Augusta Pola in Istria. Vetus in script. apud Gruter. p. CCCCXXXII. 8

Augusta Taurinorum. Sigon.

Augusta Verona. H. Noris.

Beneventum. Frontin. & vetus inscriptio apud Fabrettum p. 105. n. 248.

Bovianum. Sigon.

Capua. id. Plin. III. 7. & XVIII. 11.

Caudium. Frontin.

Cumæ. Frontin.

Dertona Plin. III. 5. Vetus Inscriptio apud Goltz.

G g

Graviscæ



Gravisca. *Frontin.*

Colonia Felix Nolana *H. Noris.*

Nuceria. *Frontin.*

Colonia Ortana in Etruria. *Iustus Fontanini lib. 1. de antiquitatibus Hortæ cap. 2.*

Julia Pisana. *H. Noris.*

Puteoli. *Frontin.*

Sora. *Frontin, Plin, III, 5.*

Sveſſa. *Plin, III, 5. Vetus Inſcript. apud Græter. p. 1093.*

Teanum Sidicinum. *Frontin, Plin, III, 5.*

Venafrum. *Plin, III, 5.*

Numos in quibus Coloniæ Augusti memoria, vide apud Golzium Tab. XLIX ſqq.

### XIX. TESTAMENTUM.

*DIO Lib. LIII. p. 517. ad A. U. 731.*

Τότε δὲ σωθῆς τὰς διαθήκας εἰσήγγκε μὲν εἰς τὸ συνέδριον, καὶ ἀναλέ-  
ξασθαι ἠθέλησεν, ἐνδεικνύμενος τοῖς ἀνθρώποις ὅτι εὐδὲνα τῆς ἀρχῆς διάδοχον  
κατελελοιπῶς ἦν. Οὐ μὲν τοι ἀνέγνω, εἰδὲς γὰρ ἐπέτρεψεν. Tum ve-  
ro Cæsar valetudine recuperata, Testamentum, quod fecerat, in  
Senatum intulit, voluitque recitare, ostensurus hominibus, nemi-  
nem se sui Principatus successorem constituisse. Ne tamen le-  
geret ab omnibus prohibitus fuit.

*IDEM DIO Lib. LVI. p. 590. ad A. U. C. 767.*

Μετὰ τὸ τὰς διαθήκας ἀνέ-  
γνωσθαι, Πολύβιος τις κατὰ τὴν ἀνάγνωσιν  
ὡς μὴ πρέπον βεβηλῆσθαι τοιαύτης ἀ-  
ναλέξεως. Κατελελείπει δὲ ἐν αὐ-  
τῇ τὰ μὲν δύο μέρη τῆς κληρῶν τὸ Τι-  
βερῶν, τὸ δὲ λοιπὸν τῇ Λικίᾳ ὡς τι-  
νες λέγουσιν. ἵνα γάρ τι καὶ ἐκείνη  
τῆς ἑστίας αὐτῆ ἀπόνηται, παρὰ  
τῆς βελῆς ἠτήσατο, τοσούτων αὐτῇ  
καὶ παρὰ τὸν νόμον καταλιπῶν δυ-

Post mortem ejus Testamen-  
tum Polybius quidam ex Cæsar's  
libertis recitavit, quia non de-  
cebat id à Senatore legi. In Te-  
stamento ex beſſe Tiberius, &  
ſicuti quidam memoriæ tradide-  
runt ex triente Livia heres insti-  
tuebantur. Nam Augustus ut  
ſuorum quoque bonorum ali-  
qua pars ad Liviam pervenire

τηθῆ-

νηθῆναι. Κληρονόμοι μὲν δὴ ἔτοι  
 ἐγεγράφατο. κτήματα δὲ καὶ χρή-  
 ματα πολλὰ πολλοῖς καὶ τῶν προση-  
 κόντων οἱ καὶ τῶν ἀλλοτρίων, ἕξ ὅπως  
 βυλευταῖς καὶ ἰππεῦσιν, ἀλλὰ καὶ βα-  
 σιλεῦσι, τῷ δὲ δήμῳ χιλίας μυριά-  
 δας καὶ τοῖς στρατιώταις, τοῖς μὲν  
 δορυφόροις κατὰ πενήκοντα καὶ δια-  
 κοσίας δραχμαῖς, τοῖς δ' ἀστικοῖς τὴν  
 ἡμίσησαν. τῷ δὲ λοιπῷ τῷ πολιτι-  
 κῷ πλήθει πέντε καὶ ἑξομῆκον-  
 τα δοθῆναι ἐκέλευσε. Καὶ προ-  
 σέτι καὶ τοῖς πασι, ἂν μικρῶν  
 ἔτι ὄντων τῆς πατέρας τῶν ἐσιῶν ἐ-  
 κεκληρόνομῆκε, προσέταξε πάντα  
 μετὰ τῶν προσόδων, ἐπειδὴν ἀνδρω-  
 θῶσιν, ἀποδοθῆναι, ὅπερ περ καὶ  
 ζῶν ἐποίει. Εἰ γὰρ τινα τέκνα ἔχον-  
 τα διεδέξατο, τοῖς πασι αὐτῶ πάν-  
 τως, εἰ μὲν ἤδη τότε τέλειοι ἦσαν, ἐυ-  
 θύς, εἰ δὲ μή, μετὰ τῆς πάντῃ ἀπε-  
 διδῆ. Τοιαῦτα μὲντοι περὶ τῆς ἀλ-  
 λοτρίως παύδας ὦν, τὴν θυγατέρα  
 ἔτε κατήγαγε, καίπερ καὶ δωρεῶν ἀ-

posset, à Senatu petierat, ut tan-  
 tum etiam præter legum p) præ-  
 scripta relinqui illi posset. Hi  
 igitur heredes scripti ab eo fue-  
 runt. Possessiones autem & pe-  
 cunias legavit multas multis non  
 necessariis modo suis sed nulla  
 etiam propinquitate se contin-  
 gentibus; neque Senatoribus  
 tantum Equitibusque, sed Regi-  
 bus etiam: Populo quadrin-  
 genties sestertium, militibus  
 Prætorianis singulis millia mu-  
 num, urbanis cohortibus quin-  
 genos sestertios, reliquis legio-  
 nariis Civium Rom. viritim  
 trecenos. Pueris etiam quorum  
 paternas ipsis adhuc teneram æ-  
 tatem agentibus hereditates ad-  
 dierat, patrimonium cum rediti-  
 bus iussit reddi, simulac virilem  
 ætatem attingissent: quod idem  
 vivus ac spirans q) etiam obser-  
 vaverat, ut si cuius hæres fieret,  
 cui liberi essent, omnino his  
 paterna bona vel statim si adul-  
 ti essent, vel post, omnia resti-  
 tueret. At qui ea bonitate erga  
 aliorum liberos utebatur, tamen  
 filiam suam ab exilio non redu-

G g 2

ξιώσας

p) *Lege Voconia A. U. C. 648. prohibitum erat mulieri hereditate cernere plus quam centum nullia numum ut dixi ad Dionem pag. 178.*

q) *Sveton. c. 66. Legata vel partes hereditatum à quibuscunque parentibus relicta sibi, aut statim liberis eorum concedere, aut si pupillari ætate essent, die virilis toga vel purpura cum incremento restituere consueverat. Laudat hoc etiam Tiberius Oratione dicta in Augusti funere apud Dionem LVII. p. 197. E.*

ξιώτας, καὶ ταφῆναι ἐν τῷ αὐτῷ  
μνημείῳ ἀπηγόρευε.

xit, quamvis legato eam dignus,  
inque suo monumento hu-  
mari prohibuit.

SVET. AUG. cap. CI.

TESTAMENTUM L. Planco, C. Silio Coss. III. NON. Apr. ante annum, & quatuor menses, quam decederet, factum ab eo, ac duobus Codicibus partim ipsius, partim libertorum Polybii & Hilarionis manu scriptum, depositumque apud se Virgines Vestales cum tribus signatis æque voluminibus protulerunt. HEREDES instituit primos Tiberium ex parte dimidia & sextante; Liviam ex parte tertia; quos & ferre nomen suum iussit. Secundos, Drusum Tib. fil. ex triente; & ex partibus reliquis Germanicum, liberosque ejus tres sexus virilis. Tertio gradu propinquos amicosque complures. Legavit pop. R. quadringentis, tribus r) tricis quinquies HS. Prætorianis militibus singula millia nummorum; cohortibus urbanis quingenos; legionariis trecentos nummos, quam summam repræsentari iussit, nam & confiscatam, repositamque, semper habuerat. Reliqua legata varie dedit: produxitque quædam ad vicena sestertia: quibus solvendis annum diem finiit, excusata rei familiaris mediocritate; nec plus perventurum ad heredes sos, quam millies & quingentis professus: quamvis viginti proximis annis quater decies millies ex testamentis amicorum percepisset; quod pene omne cum duobus paternis patrimoniiis, cæterisque hereditatibus, in Remp. absumisset. Julias filiam neptemque, si quid his accidisset, vetuit sepulchro suo inferri.

TACITUS Lib. 1, *Annal*, cap. 8.

Nihil primo Senatus die agi passus Tiberius nisi de supremis Augusti. Cujus testamentum inlatum per virgines Vestæ, Tiberium & Liviam heredes habuit. Livia in familiam nomenque Augustæ adsumebatur. In spem secundam nepotes pronepotesque:

tertio

r) Hoc est Plebi, Tacit, lib. 1. c. 8. Svet. Tiberio c. 57. Scurram qui præterea ut suorum, elato mortuo mandavit ut nunciaret Augusto, mundum reddi legati qua plebi reliquisset: attractum ad se, recipere debitorum, ducique ad supplicium imperavit, & patri suo verum referre. Dio LVII, p. 611. addit, ob id factum per solutos à Tiberio viritum plebi LXXV. denarios, hoc est numos sestertios CCC.

tertio gradu primores Civitatis scripserat, plerosque invisos sibi, sed jactantia gloriaque ad posteros. Legata non ultra civilem modum, nisi quod populo & plebi quadringentis & tricis quinquies: prætorianarum cohortium militibus singula numum millia, legionariis autem cohortibus Civium Romanorum tricenos numos viritim dedit.

SVET. TIB. 23.

Illatum deinde Augusti testamentum non admittis signatoribus nisi Senatorii Ordinis, cæteris extra curiam signa agnoscentibus recitavit per libertum. TESTAMENTI initium hoc fuit: *Quoniam sinistra fortuna Cajum & Lucium mihi eripuit, Tiberius Cæsar mihi ex parte dimidia & sextante heres esto.*

CHARIS. I. pag. 80.

Augustus testamento: *Gausupes, lodices purpureas, & coloreas, meas.*

SVETON. CLAUDIO. 4.

Ac ne hæredem quidem nisi inter tertios ac pene extraneos è parte sexta (*Augustum Claudium*) nuncupavit, legatoque non amplius quam octingentorum sestertiorum profecutus.

## XX. LIBER MANDATORUM DE FUNERE SUO.

DIO LVI. p. 591.

*Ἐσοκομιάθη δὲ τῆ βιβλία τέσσαρα. καὶ αὐτὰ ὁ Δρῆσθ ἀνέγνω. Ἐγγράφητο δὲ ἐν μὲν τῷ πρώτῳ ὅσα τῆς ταφῆς ἔχοντο.* Illati sunt in Senatum (præter testamentum) libri quatuor. Primo continebantur de funere suo mandata.

SVETON. AUGUST. cap. CI.

De tribus voluminibus \*) uno *Mandata de funere suo* complexus est.

G g 3

XXI.

\*) Secundo, index rerum ab Augusto gestarum continebatur, de quo pag. 211, tertio breviarium Imperii, de quo p. 212.

## XXI. MANDATA DE ADMINISTRANDA REP.

Reip. &amp; Tiberio Cæs. data.

Dio Lib. LVI. p. 591.

Καὶ τὸ τέταρτον ἐπιτολὰς καὶ ἐπισκήψας τῷ Τιβερίῳ καὶ τῷ κοινῷ, ἀλλὰς τε, καὶ ὅπως μὴ ἀπελευθερώσι πολλοὺς, ἵνα μὴ πανθοδαπῆ ἔχλου τὴν πόλιν πληρώσωσι μὴτ' αὐτὴ ἐς τὴν πολιτείαν συχνοὺς ἐγρέψωσιν, ἵνα πολὺ τὸ διάφορον αὐτοῖς πρὸς τὸ ὑπήκοον ἢ τὰ τε κοινὰ

Quarto libello s) præcepta & consilia Tiberio ac reipublicæ data, interque alia, nemultos manumitterent t) ne nimirum varia turba urbs impleretur: neve multos jure civitatis donarent, u) quò videlicet ipsi multa haberent suis subditis x) potiora: ut rempublicam omnibus y) qui prudentia ac rerum ge-  
 πασι

- s) Hoc quartum volumen non tam omittunt quam cum tertio conjungunt Suetonius c 101 & Tacitus lib, 1. Annal. c. 11. mentioni de breviario Imperii subjungens: *Quæ cuncta sua manu perscriptas Augustus, addideratque Consilia &c.* Neque in hoc unum tantum caput de coërcendo intra terminos Imperio, sed plura continebantur ut Dio evidenter docet. Et Suetonius de Nerone c. 10. *Ex Augusti præscripto imperatorum se professus.* Videtur in illo Consilio etiam fuisse Caput de ordinatione comitiorum. Vellejus lib 2. c. 124. *Primum principium Tiberii operum fuit ordinatio Comitiorum, quam manu sua scriptam Augustus reliquerat.*
- t) De lege Augusti qua manumissionibus modum statuit, jam dictum supra p. 201. Et de magno qui illis temporibus invaluerat multiplicique abusu nota gravis querela Dionysii Halicarnassæ lib. IV. Antiqu. Rom. p. 127. 128.
- u) Mæcenas quidem apud Dionem pag. 477. suaserat quoslibet subiectos Imperio etiam Civitate Romana donare: Sed Augusto alia mens, quem Civitatem Romanam parcissime dedisse notat Suetonius c. 40.
- x) Qui Cives Romani non erant & Romanis parebant, dicti subiecti, *οἱ ἀρχόμενοι, δαλέυσιες, ὑπήκοοι* ut apud Dionem p. 603. Ita in Cives & subiectos Provinciales univèrsum Imperium distinguebatur, atque ut Aristides Orat. in Romam T. I. p. 373. *Τὸ μὲν χαριέστερον μέρος καὶ γενναϊότερον καὶ δυνατώτερον πανταχῶς, πολιτικὸν ἢ καὶ οὐκ οὐκ ἀπεδάκαλε, τὸ δὲ λοιπὸν ὑπήκοον καὶ ἀρχόμενον.* Ab his distinctum tertium genus τὸ ἐνσπονδον fœderatorum & sociorum qui suis legibus patriisque institutis vivere permittebantur. Itaque τὰς συμμάχους ab ὑπήκοοις distinguit Augustus apud Dionem p. 502. & τὸ ἐνσπονδον p 526.
- y) Ex hoc consilio Tiberius initio Imperii, licet in alia deinde abiens omnia, ait apud Tacitum lib, 1. cap. XI. *in Civitate ipse illustribus viris subiecta, non ad universam omnium*

πάσι τοῖς δυναμένοις καὶ εἰδέναι καὶ  
 πράττειν ἐπιτρέπαι, ἢ ἐς μηδένα \*)  
 ἀναστῆν αὐτὰ παρήνεσε σφίτιν· ἕ-  
 πως μῆτε τυραννίδος τις ἐπιθυ-  
 μῆση, μῆτ' αὖ πλάσαντος ἐκείνου,  
 τὸ δημοσίον σφαλῆ. γνώμῃ τε αὐ-  
 τοῖς ἔδωκε, τοῖς τε παρῶσιν ἀρε-  
 δῆνα, καὶ μηδαμῶς ἐπὶ πλείον τῶν  
 ἀρχῶν ἐπαυξῆσαι ἐθέλῃσαι. δυσφύ-  
 λακτὴν τε γὰρ αὐτῶν ἔσεσθαι, καὶ  
 κινδυνεύσθαι ἕκ τῆς ἢ τὰ ὄντα ἀ-  
 πολέσαι ἔφη. Τῆτο γὰρ καὶ αὐτὸς  
 ὄντως αἰεὶ ποτε ἔ λόγῳ μόνον ἀλλὰ  
 καὶ ἔργῳ ἐτήρησε. παρὸν γὰρ αὐτῷ  
 πολλὰ ἕκ τῆς βαρβαρικῆς προσκλή-  
 σασθαι, ὅσα ἠθέλησε. ταῦτα μὲν αἱ  
 ἐτολαὶ εἶχον.

rendarum peritia essent præditi,  
 committerent, neque uni ali-  
 cui eam totam crederent: ne  
 vel tyrannidem is affectaret, vel  
 eo adversa passio respublica cor-  
 rueret, ut contenti præsentī for-  
 tuna, non cuperent fines im-  
 perii proferre: z) quippe quum  
 difficulter imperium tantum ser-  
 vari possit, periculum fore, ne  
 plura appetendo, parta quoque  
 amitterent. Hoc cum non ver-  
 bis modò, sed re etiam servas-  
 se constat. nanque etsi plurima  
 barbarorum a) sui juris poterat  
 efficere, nunquam tamen vo-  
 luit. Hæc præceptis Augusti  
 continebantur.

## XXII. DICTA ET APOPHTHEGMATA.

SENECA Pater, *Controvers.* 14.

De L. Vinicio eleganter dixit divus Augustus: *Unus Vinicius  
 ingenium in numerato habet.*

IDEM

*omnia deferrent, plures facilis munia Reip. sociatis laboribus exequuros.* De  
 Augusto Dio p. 511. ἢ μέντοι καὶ πάντα ἰδιογενῶν ἐνομοθέτει. προσεβρέπετό  
 τε γὰρ πάνθ' ὄντων συμβαλέμεν οἱ, εἴ τις τὸ ἀμεινον αὐτῶν ἐπινοήσεται.

\*) μὴ ἐς ἕνα. Leunclav.

z) Id. Tacitus in Agricolaæ vita c. 13. ubi de Britannia neglecta subjugatione: *Consilium  
 id Augustus vocabat, Tiberius præceptum.* & lib. 1. Annal. c. XI. *addideratque Con-  
 silium coercendi intra terminos Imperii, incertum metu an per invidiam.* Quod  
 de invidia addit. malignam potius quam verisimilem suspicionem esse arbitror.  
 Nam ut Suetonius c. 21 tantum absuit Augustus ipse vivus ac spirans a cupiditate  
 quoquo modo Imperium vel bellicam gloriæ augendi, ut diligenter monue-  
 rit τῶν μὴ προσκλήτων μηδαμῶς ἐθέσθαι apud Dionem p. 502. & 526. Vide  
 & p. 597. ubi hoc Consilium æquum & prudens à Tiberio ut debuit laudatur.

a) Etiam Appianus præf. histor. prudentiæ hoc tribuit Imperatorum sua ætate quod  
 ex Augusti præscripto nolent Imperium in infinitum proferre ad gentes barbaras,  
 ἐπὶ βαρβάρων ἔθνη πεινυχοῦ καὶ ἀκερδῆ, *ad gentes inopes: Et lucro minime futu-  
 ras.* *Quarta aliquos, inquit, ego vidi in Urbem legatos venisse ut se suosque po-  
 pulares dederent: καὶ ἔδεξάμενον βασιλεῖα ἀνδρας ἔδεν αὐτῶ χρησίμους ἐσομέ-  
 νους, nec receptos ab Imperatore, nec se ipsi inutiles.*

· IDEM *praf. lib. IV. excerpt. Controvers.*

Tanta Haterio erat velocitas orationis, ut vitium fieret. Itaque divus Augustus optime dixit: *Haterius noster sufflaminandus est. Adeo non currere sed decurrere videbatur.*

· IDEM *praf. Lib. V. Controvers.*

Bene declamavit Gavius Silo: cui Cæsar Augustus, cum frequenter causas agentem in Terracinensi Colonia audisset, plenum testimonium reddidit, dixit enim: *Nunquam audiivi patrem familia disertiore.*

· QUINTILIANUS VI. 3.

Adhibetur similitudo interim palam, interim solet inferi parabolæ, cujus est generis id Augusti, qui militi libellum timide porrigenti, *Noli*, inquit, *dubitare tanquam assem b) elephanto des.*

· IBID.

Eques Romanus ad quem in spectaculis bibentem cum misisset Augustus, qui ei diceret: *Ego si prandere volo, domum eo.* Tu enim, inquit, non times ne locum perdas.

Præfecto, c) quem ignominia notabat, subinde interponenti precibus, quid respondebo patri meo? *Dic me tibi displicuisse.*

· QUINTILIANUS *ibid.*

Finitione usus est Augustus de pantomimis duobus qui alternis gestibus contendebant, cum eorum alterum, *salsatorem* dixit, alterum *interpellatorem.*

· IBID.

Eluditur ridiculum ridiculo, ut divus Augustus, cum ei Galli torquem aureum centum pondo dedissent, & Dolabella per jocum, tentans tamen joci eventum, dixisset: *Imperator, torque me dona.* *Malo te*, inquit, *civica d) donare.*

· IBID.

b) Est etiam apud Suetonium Aug. c. 53. & Macrobius lib. 2. Saturn. cap. 4.

c) Macrobius *Herennum hunc deditum vitis juvenem* appellat, quem cum *castris excedere* Augustus jusset, & ille *supplex* hac deprecatione *uteretur*, *quomodo ad patris aedes revertar? quid patri meo dicam?* respondit: *dic me tibi displicuisse.*

d) Erat hæc magræ sane gloriæ, sed pretii exigui ex querna froude aut iligua exilice. Vide Carolum Paschalius lib. 7. de coronis c. 8. & 11.

IBID.

Cum ab eo miles nescio quid improbe peteret, & veniret contra Martianus quem suspicabatur & ipsum aliquid injuste rogaturum, *Non magis, inquit, faciam, commilito, qua petis, quam quod Martianus me petiturus est.*

Dio Lib. LVI. pag. 589. sq.

Τὴν ῥώμην γήϊνην e) παραλαβών, *Romam quam lateritiam acceperam*  
λαθίην f) ὑμῖν παραλίπω. *marmorcam vobis relinquo.*

SVETON. cap. 100.

Supremo die identidem exquirens an jam de se tumultus foris esset, petito speculo, capillum sibi comi, ac malas labentes corrigi præcepit. Et amicos admissos percunctatus *ecquid iis videretur mimum vitæ commode transegisse*, adjecit & clausulam, *Δότε κριτόν κηί πάντες ὑμεῖς μετὰ χερὸς κληπήσατε.* Dio LVI. p. 590. *Κρότον δὲ δὴ τινα παρ' ἐταίρων ὁμοίως τοῖς γελοῖοις ὡς κηί ἐπὶ μῖμα τινὲς ἰελευτῆς αἰτήσας, κηί παμπανυ πάντα τὸν τῶν ἀνθρώπων βίον ἀνεσκώψε.* *Plausum quoque velut mimo finito ludiones solent, ab amicis poposcit, omnem humanam vitam ita veluti subsannans.*

SVETON. August. cap. 99.

In osculis Liviae, & in hac voce defecit: *Livia nostri conjugii memor vive ac vale*: fortitus exitum facilem & qualem semper optaverat. Nam fere quoties audisset cito ac nullo cruciatu defunctum quempiam, sibi & suis *εὐθανασίαν* similem, hoc enim verbo uti solebat, precabatur.

SVETON. Tiber. cap. 21.

Vox Augusti morientis per cubicularios excepta, *miserum populum Rom. qui sub tam lentis maxillis erit.*

H h

IDEM

e) Zonaras *πηλίην.*

f) Apud Julianum in *Cæsaribus ἀδαμαντίνην.* Meminit Aurelius Victor quoque & Svetonius c. 28. De Augusti vero magnificis quibus urbem exornavit foris, basilicis, porticibus & extructionibus, præter Svetonium Plinius XXXVI. 15. *Κεῖτε* autem annotat Dio, Augustum illo dicto præcipue τὸ τῆς ἀρχῆς ἰσχυρὸν, firmum ac stabile Imperium, ejuque securitatem ac tutum robur innuisse.



IDEM, *Galbæ cap. 4.*

Constat Augustum Galbæ puero adhuc, salutanti se inter æquales, apprehensa buccula, dixisse: καὶ σὺ τέκνον τῆς δεξιῆς ἡμῶν πατρῶζή, etiam tu, fili, Imperium nostrum degustabis.

IDEM AUGUSTO *cap. 97.*

(Ante postremum iter) cum interpellatores aliis atque aliis causis in jure dicendo detinerent, exclamavit, quod & ipsa mox inter omina relatum est, non, si omnia morarentur, amplius se post-hac Romæ futurum.

CAP. 66.

Vicem suam conquestus est, quod sibi soli non liceret amicis quatenus vellet irasci.

CAP. 65.

Ad omnem Agrippæ nepotis & Juliarum mentionem ingemiscens, proclamare etiam solebat: αὐτὸ ἔφελον ἀγαμῆς τ' ἔμμεναι, ἀγονός τ' ἀπολείδαι. (Iliad. γ. 40.) - - De filia absens ac libello per Quæstorem recitato notum Senatu fecit, abstinuitque congressu hominum diu præ pudore: etiam de necanda deliberavit. Certe sub idem tempus cum una ex consciiis liberta, Phœbe nomine, suspendio vitam finisset, Maluisse se ait Phœbes patrem fuisse - - Deprecanti sæpe populo Rom. & pertinacius instanti, tales filios talesque conjuges pro concione imprecatus.

PLUTARCHUS in *Pericle pag. 152.*

Ξένος τινὰς ἐν Ῥώμῃ πλοσίως κυνῶν τέκνα καὶ πιθήκων ἐν τοῖς κόλποις περιφέροντας καὶ ἀγαπῶντας ἰδὼν ὁ Καῖσαρ ὡς εἰκεν ἠρώτησεν εἰ παῖδιά παρ' αὐτοῖς ἢ τίτλισιν αὐτῶν γυνῶναι.

Cæsar cum peregrinos forte quosdam vidisset Romæ divites, qui canum catulos in gremio & simiarum circumferebant atque in deliciis habebant, annē fœminæ, quæsitit, apud eos non parerent liberos?

Idem in *Ciccone pag. 886.*

Πυνθάνομαι δὲ Καῖσαρα χρόνις πολλοῖς ὑπερον εἰσελθῆν πρὸς, εἶνα

Cæsarem accipi longo tempore post ad quandam ex filia τῶν

τῶν θυγατριδῶν. τὸν δὲ βιβλίον ἔ-  
χοντα κικέρωνος ἐν ταῖς χερσίν, ὀκ-  
πλαγέντα τῷ ἱματίῳ περικαλύ-  
πτει. ἰδόντα δὲ καὶ Καῖσαρ, λαβεῖν  
καὶ διελθεῖν ἐξ ὧτα μέγιστον πολὺ τῷ  
βιβλίῳ. Πάλιν δ' ἀποδίδοντα τῷ  
μικροκίῳ, Φάναι. λόγιον ἀνὴρ, ὡ  
παῖ, λόγιον καὶ φιλόπατρις.

Ciceronis g) nepotem accessisse:  
illum autem quod volumen  
quoddam Ciceronis, manibus  
teneret, percussum metu id ve-  
ste contexisse: Cæsarem vero,  
qui animadverterat, summis-  
se volumen, & stantem magna ex  
parte evoluisse: reddidisse inde  
puero, ac dixisse, *doctus hic vir,  
fili, doctus fuit & patriæ amans.*

*Idem Bruto pag. IOII.*

Ἔθηκε δὲ χαλκῆς ἀνδρίας ἐν Με-  
διολάνῳ τῆς ἐπὶ τῶν Ἄλπεων Γαλα-  
τίας. Τῆτον ὑστερον ἰδὼν ὁ καὶ Καῖσαρ  
εἰκονικὸν ἐντα καὶ χαριέντα εἰργα-  
σμένον, παρῆλθεν. ἠτ' ἐπίστας με-  
τὰ μικρὸν, ἀκρωμένων πολλῶν τὰς  
ἀρχοντας ἐκάλεε, Φάσκων ἐκσπον-  
δὸν αὐτῶν τὴν πόλιν εἰληφέναι πολέ-  
μιον ἔχουσαν παρ' αὐτῆς. τὸ μὲν ἐν  
πρώτῳ ὡς εἰκὸς ἠενῶντο, καὶ τίνα  
λίγοι διαφορῶντες εἰς ἀλλήλους ἀπέ-  
βλεψαν. ὡς δὲ ἐπιστρέψας ὁ καὶ  
Καῖσαρ πρὸς τὸν ἀνδριάντα, καὶ συνα-  
γαγὼν τὸ πρόσωπον, ἀλλ' ἔχ' ἔτι,  
εἶπε, πολέμιον ὡς ἡμέτερον ἐνταῦ-  
θα ἔθηκεν; ἐτι μᾶλλον καταπλα-  
γέντες ἐσιώπησαν. Ὁ δὲ μειδιάσας  
ἐπήνεσέν τε τὰς Γαλάτας ὡς τοῖς  
Φίλοις καὶ παρὰ τὰς τύχας βεβαί-

Statua Bruti ærea stetit Medi-  
olani in Gallia cisalpina posita.  
Hanc quæ imaginem ejus repræ-  
sentabat & erat affabre facta, ut  
vidit Cæsar, præterit: Mox  
subsistens, compluribus audien-  
tibus vocavit Magistratus, civi-  
tatem eorum ferens sibi com-  
pertum esse foedus pacis rupis-  
se, quod hostem suum apud se  
haberet. Ac primum sane ne-  
gaverunt, & quemnam signifi-  
caret ambigentes, intuebantur  
se mutuo. Ut vero conversus  
Cæsar ad statuam, contracta  
fronte, nonne ille, inquit, hic  
stat hostis noster? multo illi  
magis percussi obmutuere. At  
Cæsar arridens laudavit Gallos  
quod amicis essent etiam in ad

H h 2

25

g) Quæro unde hausserit Vossius Epist. CCLVIII. ad Hug. Grotium: *Ut in me etiam conveniat, quod Ciceroni olim agebat Augustus, postremum accedere amicorum; sed illi ambigua voce iudere visum, quia similiter Tullius, cum laudandum diceret Octavianum, tollendumque. Pompejo simile aliquid ad Ciceronem dictum me- mini.*

ως ὄντας, καὶ τὸν ἀνδριάντα κατὰ  
χώραν μένειν ἐκέλευσεν.

versis rebus stabiles, præcepit-  
que ne statua loco moveretur.

PLUTARCHUS in *Apophthegmatibus Regum & Ducum.*

pag. 206.

Καῖσαρ ὁ πρῶτος ἐπικληθεὶς Σε-  
βαστῆς, ἐτι μαιράκιον ὦν, Ἀντώνιον  
ἀπῆται διχιλίας πεντακοσίας μυρ-  
άδας τῷ πρῶτῳ Καίσαρ ἀναιρεθεί-  
τος, ἐκ τῆς οἰκίας αὐτῶν πρὸς αὐτὸν ὁ  
Ἀντώνιος μετέωκεν, ἀποδοῦναι  
Ῥωμαίοις βεβλόμενον τὸ καταλειφ-  
θὲν ὑπὸ Καίσαρ, ἐκάσῳ δραχμῆς  
ἑβδομήκοντα πέντε. τὰ δὲ Ἀντωνίου  
μὲν χρήματα κατέχοντες, ἐκείνων  
δὲ τῆς ἀπατησίτης ἀμελεῖν, εἰ Ῥω-  
φρονῆ, κελεύοντες, ἐκέρυττε τὰ  
πατρῶα καὶ ἐπίπρασκα. καὶ τὴν δω-  
ρεάν ἀποδοῦς, εὐνοίαν μὲν αὐτῷ, μί-  
ση δὲ ἐκείνῳ παρὰ τῶν πολιτῶν  
περιεποίησεν.

Ἐπεὶ δὲ Ῥυμετάλκης ὁ τῶν Θρα-  
κῶν βασιλεὺς ἀπὸ Ἀντωνίου μεταβαλ-  
λόμενος πρὸς αὐτὸν ἐκ ἐμετρίαν  
παρὰ τοὺς πότους, ἀλλ' ἐν ἐπαχθῆς,  
ἐνειδίξων τὴν συμμαχίαν, προπιῶν  
τινὶ τῶν ἄλλων βασιλέων ὁ Καῖσαρ  
ἔπειν, Ἐγὼ προδοσίαν Φιλῶ, προδο-  
τας δὲ ἐκ ἐπαινώ.

Τῶν δὲ Ἀλεξανδρίων μετὰ τὴν ἄ-  
λωσιν τὰ δεινότερα πέσειναι προσ-  
δοκῶντων, ἀναβὰς ἐπὶ τὸ βῆμα καὶ  
παρρησιασάμενος Ἄρημον τὸν Ἀλεξαν-  
δρία, Φείδεσθαι μὲν τῆς πέλειος ἔφη  
πρῶτον διὰ τὸ μέγεθος καὶ τὸ κάλ-  
λος, ἔπειτα διὰ τὸν κτιστὴν Ἀλέ-

CÆSAR, qui primus Augu-  
stus est cognominatus, adole-  
scens etiamnum Antonium re-  
poscebat millies sestertiū, quam  
pecuniam ex Julii Cæsaris in-  
terfecti domo is abstulerat: cu-  
piebat enim persolvere Romanis  
legatum Julii, viritum denarios  
LXXV. Antonio autem pecuni-  
am detinente, ipsumque si sciret  
abstinere hac postulatione  
jubente, hæreditatem paternam  
proscripsit ac vendidit, legato-  
que persolvendo benevolentiam  
sibi, odium civium Anto-  
nio paravit.

Rymetalces Thracum rex ab  
Antonio ad ipsum decesserat, so-  
cietatemque hanc immodera-  
te in conviviis odioseque jacta-  
bat: itaque Augustus cuidam re-  
liquorum regum propinans di-  
xit: Ego prodicionem amo, pro-  
ditores non laudo.

Cum Alexandrini urbe capta,  
acerbissima quæque exspecta-  
rent, consensu tribunali Ari-  
um Alexandrinum juxta se sta-  
tuit, urbi que se parcere dixit:  
primum ob ejus magnitudinem  
atque pulcritudinem, deinde

ξαι-

Ξάνδρον, τρίτον δὲ Ἄρειον τὸν Φίλον.

Ἀκούσας δὲ ὅτι Ἔρως ὁ τὰ ἐν Αἰγύπτῳ διοικῶν, ἔρτυγα τὸν κρατουῦντα πάντων ἐν τῷ μάχεσθαι καὶ αἰτήτητον ἕντα πελάμεν, ὀπτήσας κατέφαγε, μετεπέμψατο αὐτὸν καὶ ἀνέκερμεν. ὁμολογήσαντα δὲ ἐκέλευσεν ἰσῶν ἡὸς προσηλωθῆναι.

Ἐν δὲ Σικελίᾳ Ἄρειον ἀντὶ Θεοδώρου κατέστησε διοικητῶν. ἐπιδόντῳ δὲ τινὶ αὐτῷ βιβλίον ἐν ᾧ γεγραμμένον ἴω, Φαλακρὸς ἢ κλέπτης Θεόδωρος ὁ Ταρσεύς, τί σοι δοκεῖ; ἀναγνοῦς Καίσαρ ὑπέγραψε, Δοκεῖ. Παρεῖ δὲ Μαυκλῖα τῶ συμβιωτῆ καὶ ἕκαστον ἐν αὐτὸν ἐν τοῖς γενεθλίοις δῶρον ἐλάμβανε Φιάλλω. Ἀθηνόδωρ δὲ τῷ Φιλοσόφῳ διὰ γῆρας εἰς οἶκον ἀφεθῆναι δεηθέντι σιωπῶν ἠρώτησεν. ἐπεὶ δὲ ἀσπασάμεν αὐτὸν ὁ Ἀθηνόδωρος εἶπεν, ὅταν ὀργισθῆς Καίσαρ, μὴδὲν εἰπῆς μὴδὲ ποιήσῃς πρότερον ἢ τὰ ἑκοσι καὶ τέσσαρα γράμματα διελθῶν πρὸς αὐτὸν, ἐπιλασόμεν αὐτῆ τῆς χερσὸς, ἔτι σὺ παρόντῳ (εἶφη) χρεῖαν ἔχω, καὶ καθέχεν αὐτὸν ὅλον ἑαυτὸν, εἰπὼν ὅτι ἐστὶ καὶ σιγῆς ἀκίνδυνον γέρας.

Ἀκούσας δὲ ὅτι Ἀλέξανδρος δύο καὶ τετρακόντα γεγονώς ἔτη κατεστράμμεν τὰ πλεῖστα, διηπόρει τί ποιή-

propter autorem ejus Alexandrum, denique in gratiam amici sui Arii.

Errotem suum in Aegypto procuratorem audiens coturnicem quae in pugna omnes vinceret, insuperabilisque esset, emisse atque comedisse, accivit, & inquisivit, factumque malo clavis affigi jusit.

Siciliae procuratorem Arium loco Theodori constituit: cumque ei quidam libellum exhibuisset, in quo scriptum erat: Calvus, aut fur est Theodorus Tarsensis, quid tibi videtur? subscripsit, videtur. A Maecenate, quicum vitam agebat, quotannis in nataliciis dono accipiebat pateram. Athenodoro philosopho domum redeundi ob senectutem petenti veniam, concessit: qui cum valedicens eihac verba protulisset: Cum irasceris, Auguste, nihil ante vel dixeris vel feceris, quam tecum XXIV. orationis elementa repetieris: manu ejus arrepta Augustus, etiamnum, inquit, tua mihi opus est praesentia: ac per totum porro annum secum detinuit, Silentii, inquiens, tutum esse praemium.

Audito Alexandrum, cum annos natus XXXII. pleraque subegisset, anxium fuisse de mate-

σσι τὸν λοιπὸν χρόνον, ἐθαύμαζεν εἰ μὴ μῆζον Ἀλέξανδρον ἔργον ἠγάτο τῆ κλησάσθαι μεγάλῳ ἡγεμονίῳ, τὸ διατάξαι τὴν υπάρχουσαν.

Γράψας τὸν περὶ τῶν μοιχῶν νόμον, ἐν ᾧ διάρχεται πῶς δεῖ κρῖνεσθαι τοὺς ἐν αἰτίας γενομένους, καὶ πῶς δεῖ κολάζεσθαι τοὺς ἀλόντας, εἶτα προσέπεσεν ὑπ' ὀργῆς, τὸν ἐπὶ Ἰαλία τῆ θυγατρὶ διαβέβλημένον νεανίσκον ἐτυπλε ταῖς χερσίν. ἐκείνῳ δὲ ἀναβῶντι, Νόμον ἐθήκας ὡς Καῖσαρ, οὕτω μετεπέθεσεν ὥστε τῶν ἡμέρων ἐκείνῳ παρατήσασθαι τὸ δειπνον.

Γαίον δὲ τὸν θυγατρίδου εἰς Ἀρμενίῳ ἀποπέμψων ἠτήτο παρὰ τῶν θεῶν εὐνοίαν αὐτῷ τῆν Πομπηίου, τὴν δὲ τῶν Ἀλεξάνδρου, τύχῳ δὲ τῶν αὐτῶν παρακολουθῆσαι.

Ῥωμαίοις δὲ τῆς δεξιῆς ἔλεγεν ἀπολείψαι διάδοχον, ὃς εἰδέτοτε περὶ τῆ αὐτῆ πράγματι, δις ἐβλεύσατο, Τιβέριον λέγων.

Θορυβοῦντας δὲ τοὺς ἐν ἀξιώμασι νέους καταπέλαι βουλόμενοι, ὡς εἰ προσεῖχον, ἀλλ' ἐθορύβου, Ἀκούσατέ (εἶπεν) νέοι γέροντες, εἰ νέου γέροντες ἠκούον.

Τοῦ δὲ Ἀθιναίων δήμου ἐξημαρτημένῳ τὶ δόξαντι, ἔγραψεν ἀπ' Αἰγίνης αἰεσθαι μὴ λαυθάνειν αὐτοὺς ἐργίζομεν. εἰ γὰρ εἴη ἐν Αἰγίνῃ δια-

ria agendi ad reliquum tempus: Miror, inquit, Alexandrum non existimasse majoris esse operæ imperium partum bene constituere, quam parare.

Lata de adulteris lege, in qua de reorum ejus flagitii judicio & supplicio erant omnia definita, postea in adolescentem, qui cum Julia adulterium commisisse dicebatur, iratus irruit, manibusque cum pulsavit. qui cum exclamaret, Legem tulisti ô Cæsar: ita poenitudine est correptus, ut coenam ea die recusaverit.

C. Cæsari filiaæ suæ filio, cum eum in Armeniam mitteret, precatus est à diis, gratiam Pompeji, audaciam Alexandri, fortunam suam concedi.

Romanis autem se imperii sui heredem relicturum dixit, qui nunquam bis una de re consultaverit: Tiberium innuens.

Tumultuantes juvenes qui in honore erant volens compefcere, cum non animum adverterent, sed obstreperent: audite, inquit, juvenes senem, quem juvenem senes audiverunt.

Quod peccasse aliquid videbatur populus Atheniensis, ab Ægina scripsit ad eum: Existimo non vos fallere me irasci vobis:

χαμά-

χαιμάσεν. ἄλλο δὲ εἶδεν οὔτε εἶπεν αὐτούς, οὔτε ἐποίησε.

Τῶν δὲ Εὐρυκλέους κατηγορῶν ἐνὸς ἀφειδῶς ἢ κατακέρως παρήξιαζόμενα, ἢ προαχθέντος εἰπεῖν τι τοιαῦτον, εἰ ταῦτά σοι Καῖσαρ ἐφαίνετα μεγάλα, κέλευσον αὐτὸν ἀποδοῦναι μοι Θουκυδίδου τὴν ἐξόμλου, διὸ ὀργισθεὶς ἀπάγειν ἐκέλευσε. πυθόμενος δὲ ἔτι τῶν ἀπὸ Βρασιδίου γεγυμένων ὑπόλοιπων ἕως ἐστὶ, μετεπέμψατο, καὶ μέτρια νοθετήσας, ἀπέλυσε.

Πείσαντος δὲ τὴν οἰκίαν ἐκ θεμελίων ἄχρι πάσης τέγης ἐπιμελῶς οἰκοδομῆντος, Εὐθυμον (εἶφη) με ποιῆς, οὕτως οἰκοδομῶν ὡς αἰδίκα τῆς Ρώμης ἐσομένης.

alioqui enim non exegissem hmemem Æginæ. Aliud nihil vel dixit eis vel fecit.

Cum unus de Euryclis acculatoribus effusius libertate dicendi & ad fastidium usque usus, ad hæc verba prolapsus esset : Si hæc tibi, Cæsar, non videntur magna, recitare eum mihi jube septimum Thucydidis. Iratus Augustus eum se se inde auferre jusfit. Audiens autem esse eum de Brasidæ posteris superstitem, accivit, verbisque mediocriter castigatum dimisit.

Pisone domum à fundamentis usque, ad summum tectum accurate exædificante : Animum, inquit, exhilaras meum : Ita ædificans, ac si Roma sit futura sempiterna.

Svetonius Augusti. cap. 40.

Visa quondam pro Concione pullatorum turba, indignabundus & clamitans, en, ait, Romanos rerum Dominos, gentemque togatam,

Idem Augusto c. 58.

Consalutanti Patria Patrem Senatui lacrymans respondit Augustus : Compos factus votorum meorum, Patres C. quid habeo aliud Deos immortales precari, quam ut hunc consensum vestrum ad ultimum vite finem mihi perferre liceat.

Et cap. 56.

Cum Asprenas Nonius arctius ei junctus, causam veneficii, accusante Cassio Severo diceret, consuluit Senatum quid officii sui putaret : eunectari enim se, ne, si superesset, eriperet legibus reum :  
fin

*si decesset, destituere ac pradamare amicum existimaretur.* Et consentientibus universis sedit in subselliis per aliquot horas, verum tacitus, ac ne laudatione quidem judiciali data. — — Nunquam Filios suos populo commendavit, ut non adjiceret, *si merebuntur.*

*Idem cap. 51.*

Quadam cognitione, quum Æmilio Æliano Cordubensi inter cætera crimina vel maxime objiceretur, quod male opinari de Cæsare soleret: conversus ad accusatorem, commotoque similis, *Velim, inquit, hoc mihi probes: faciam sciat Ælianus & me linguam habere; plura enim de eo loquar.* Nec quicquam ultra aut statim aut postea inquisivit.

*Cap. 33.*

Manifesti parricidii reum, ne culeo insueretur, quod non nisi confessi afficiantur hac pœna, ita fertur interrogasse: *Certe patrem tuum non occidisti?* Et cum de falso testamento ageretur, omnesque signatores lege Cornelia tenerentur, non tantum duas tabellas damnatoriam & absolutoriam, simul cognoscentibus dedit, sed tertiam quoque qua ignosceretur iis quos fraude ad signandum; vel errore inductos constitisset.

*SVBTON. Aug. cap. 16.*

Alii dictum factumque ejus criminantur, quasi classibus tempestate perditis exclamaverit, *etiam invito Neptuno victoriam se adepturum*, ac die Circensium proximo solenni pompæ simulacrum Dei h) detraxerit.

*Idem cap, 13.*

In splendidissimum quemque captivum non sine verborum contumelia sæviit: ut quidem uni suppliciter sepulturam precanti respondisse dicatur: *jam istam in volucrum fore potestatem.*

*Cap. 18.*

Alexandriæ, conditorium & corpus Magni Alexandri, cum prolatum è penentrali subjecisset oculis, corona aurea imposita ac flo-

h) Neptui. Confer Ezech. Spanhem. ad Juliani Cæsares p. 217. 4'4.

ac floribus adspersis veneratus est : consultusque num & Ptolemaeum inspicere vellet, *Regem se voluisse, ait, videre, non mortuos.*

Cap. 25.

Nihilminus in perfecto Duce quam festinationem temeritatemque convenire arbitrabatur. Crebro itaque illa jactabat: σπῆυδι βροδέως (*Festina lente*) Et: ἀσφαλῆς γὰρ ἐστὶν αἰμείνων ἢ θεοῦ στρατηλάτης. (*Cautus belli Dux praestat temerario.*) Et: *satis bene.* Prælium quidem aut bellum suscipiendum omnino negabat, nisi cum major emolumentum spes quam damni metus ostenderetur. Nam *minima commoda non minimo sectantes discrimine similes aiebat esse aureo hamo piscantibus, cujus abrupti damnum nulla captura pensari possit.*

XXIII. JOCI.

Jocos Augusti quos salvo Majestatis pudorisque respectu jecit ipse & quos ab aliis prolatos i) pertulit, obvium est legere apud *Macrobium* lib. 2. toto capite quarto, atque inde apud *Erasum* lib. IV. Apophthegmatum.

QUINTILIANUS lib. VI. cap. 3.

Augustus nuntiantibus Tarraconensibus palmam in ara ejus enatam, *apparet, inquit, quam saepe accendatis.*

XXIV. STRATEGEMATA.

POLYÆNUS Lib. VIII. Strategem. cap. 24.

Σεβαστὸς τὲς ἐν ταῖς μάχαις, καθυφισμένοις σὺν ἀνὴρὶ πάντας, ἀλλ' ἐδσκάτευεν.

Σεβαστὸς τοῖς διὰ δειλίαν ἀπολει-

Augustus eos 'qui' in pugnis essent prævaricati, non interficiebat omnes, sed decimabat.

Augustus iis, qui ob timidi-

I i μαρ-

i) His adde illud apud Quintilianum VI. 3. *Eques Romanus obijicienti Augusto quod patrimonium comedisset, meum inquit putavi.* Et Antistii Labeonis libertatem de qua Dio p. p. 531 & Suetonius c. 35. Vedii Pollionis quoque de qua Dio p. 537. Seneca III. 40. de ira & lib. I. de clementia c. 18. & Plinius IX. 23. Nec non Mæcenatis quem idem Dio p. 552. narrat cognitionibus diutius assidenti Augusto infra cœdicillo misisse verba: ἀνάσσει γὰρ ποτὲ δήμιε. *Surge tandem, carnifex.*



πομένοις, κριθὰς ἀντὶ πυρῶν ἐκέλευε μετρηθῆναι.

tatem minus dextre rem administrassent, hordeum pro tritico jusfit mensurari.

Σεβαστὸς τὰς ἐπὶ στρατοπέδῳ διαμαρτόντας ἐκέλευσε κ) πρὸ τῆ στρατηγίας λυσιζώντας ἐξάνα. ἔστι δὲ ὅτε λ) καὶ πλινθοφορεῖν δι' ὅλης ἡμέρας.

Augustus eos qui in exercitu deliquissent, jusfit ante ducem flexis genibus stare: nonnunquam etiam lateres totum diem ferre.

Σεβαστὸς τοῖς ἑαυτῆ στρατηγῶσι παρηγγηλεν, ἀσφαλείας πεφροντικένας μάλιστα, καὶ συνεχῶς ἐπέλεγε τὸ, Σπεῦδε βραδέως. καὶ τὸ, ἀσφαλῆς γὰρ ἔς ἀμείνων, μ) ἢ θρασὺς στρατηλάτης.

Augustus suis ducibus imperabat, ut maxime securitatis curam agerent: & continenter hoc iterabat, Festina lente: Itemque illud: cautus dux, confidenti longe est præferendus.

Σεβαστὸς τοῖς ἀνδραγαθῶσιν ἀργυρεῖα καὶ χρυσία μεγάλας ἐδίδου δωρεας.

Augustus eos qui singularem virtutem in præliis edidissent amplissimis auri, argenteique muneribus ornare solebat.

Σεβαστὸς τὰς ἀνευ λυσιτελείας βίψοκινδύντας ἔλεγε μηδὲν διαφέρειν

Augustus, eos qui nullo usu postulante se in pericula conjitῶν

κ) Πρὸς τῆ στρατηγῆ λυσιζώντας ἐξάνα, flexis genibus, hoc est, γορυπεταῖς. non probo. Lego vero πρὸ τῶν στρατηγῶν, hoc est, ante pratorium. Suetonius in Augusto, Pro cætero delictorum genere variis ignominiosis affecit, ut stare per totam diem jubere ante pratorium, interdum tunicatos discinθisque. Casaubonus.

λ) καὶ πλινθοφορεῖν, Suetonio in Aug. cap. 24. Vel etiam cespitum portantes. Immo integram quandoque legionem cum ignominia dimittebat, teste eodem ibidem, imitatus in eo Cæsarem, qui nonam legionem apud Placentiam tumultuantem, punitis seditionis auctoribus, totam dimisit, ut idem testatur in Julio cap. 69. nec non Lucanus lib. V. Dione lib. XLI. & Appianus lib. 11. de B. C. Masfucini.

μ) ἢ θρασὺς στρατηλάτης. Scriptum erat στρατιώτης. Ex Suetonio reposuimus veram lectionem. Mirum vero apud eum auctorem in omnibus, quas adhuc vidi, editionibus confundi has duas χρείας, ac pro una haberi. Casaubonus.

τῶν χρυσοῖς ἀγκίστροις ἀλιευομένων.

Σεβαστὸς ἐν τῷ πρὸς Κάσιον καὶ Βρούτον πολέμῳ Π) περαιῶσαι τὸν Ἀδριαὺν ἐβύλετο. Μύκιον ναύαρχον τῶν πολεμίων ἐφορμῶν ἐν τῇ νησίδι τῇ κατὰ Βροντήσιον καλύσων δῆλον ἔω. ὁ Σεβαστὸς ἐξαπατᾷ τὸν Μύκιον, ὡς μέλλων πρὸς αὐτὸν ναυμαχεῖν. καὶ τὰς μὲν τριήρης ἐν δεξιᾷ τῆ Ἀδριας παρὰ τὴν Ἰταλίαν ἐταξε πλεῖν, ὡς τῇ νησίδι ἐπιπλευσομένης, αὐτὸς δὲ Φαρτίδας πύργων ἐπλήρη καὶ μηχανημάτων. Μύκιον δὲ ἐξαπατηθεὶς τῇ παρασκευῇ τῆς ναυμαχίας, ἐς τὸ πέλαγον ἀνεχώρησεν, ὅ ὡς ἐν εὐρύτερῳ μᾶλλον ἢ στενῷ ναυμαχεῖσων. ὁ δὲ Σεβαστὸς ἐ συνῆψε μάχην, ἀλλὰ ἐν τῇ νησίδι καθωρμίσατο. Μύκιος δὲ ἄλλον ἄρμον σκῆχον ἔχοντα, ἀλλὰ βιασθέντα ὑπὸ τῶν πνευμάτων ἐς τὴν Θεσπρωτίδα περαιῶσαι. ὁ Σεβαστὸς τὸν Ἀδριαὺν ἀκινδύνως διαπλεύσας, τῇ Μακεδονίᾳ προσέχεν.

cerent, dicebat nihil ab iis differre, qui aurcis hamis piscarentur.

Augustus in bello contra Brutum & Cassium, trajicere Adriam volebat. Mutius nearchus hostibus in insulam appellentibus juxta Brundisium, prohibiturus eos manifesto videbatur. Augustus decipit Mutium, ita se gerens, quasi navali praelio adversus ipsum decertaturus esset, & triremes ad dextram Adriæ versus Italiam navigare jussit, tanquam ad insulam adnavigaturus. Ipse onerarias turribus implebat, & machinis. Mutius deceptus navalis pugnae apparatu, in pelagus recessit, ut in latiori potius quam angusto mari pugnam faceret. Augustus vero praelium non commisit, sed in insula naves subducebat. Mutius nullum alium portum habens, in Thesprotidem coactus est transmittere. Augustus Adriam sine periculo transiens, in Macedoniam pervenit.

li 2

XXV.

Π) Περαιῶσαι. MS. περῶσαι. Infra pro ἐπιπλευσομένης, idem ἐπιπλευσμένης, vitiose.

Ο) ὡς ἐν εὐρύτερῳ μᾶλλον ἢ στενῷ ναυμαχεῖσων. ὁ δὲ Σεβαστὸς ἐ συνῆψε μάχην, ἀλλὰ ἐν τῇ νησίδι καθωρμίσατο. Ita locum hunc cum MS. & Interprete supplevi. Media inter μᾶλλον & νησίδι in Vulgata desiderabatur, relicta post καθωρμίσατο lacuna. Paullo post τὸν Ἀδριαὺν edidi, addito cum MS. articulo, Μακεδονίᾳ.

XXV. CARMEN DUPLEX AB OVIDIO  
SCRIPTUM IN EXILIO,  
DE LAUDIBUS AUGUSTI, JAM DEFUNCTI.

*Unum Latine, lib. IV. e Ponto Eleg. 6.*

Cœperat Augustus deceptæ ignoscere culpæ,  
Spem nostram, terras deseruitque simul.  
Quale tamen potui de cœlitate, Brute, recenti  
Vestra procul positus carmen in ora dedi.  
Quæ profit pietas utinam mihi, sitque malorum  
Jam modus, & sacræ mitior ira domus!

*Alterum lingua Getica. Idem lib. IV. e Ponto  
Eleg. 13.*

Ah pudet, & Getico scripsi sermone libellum,  
Structaque sunt nostris barbara verba modis.  
Et placui, gratare mihi, cœpique poëtæ  
Inter inhumanos nomen habere Getas.  
Materiam quæris? laudes de Cæsare dixi.  
Adiuta est novitas numine nostra Dei.  
Nam patris Augusti docui mortale fuisse  
Corpus, in ætherias numen abisse domos.  
Esse parem virtute patri, qui fræna coactus,  
Sæpe recusati ceperit imperii.  
Esse pudicarum te Vestam, Livia, matrum,  
Ambiguum est nato dignior, ane viro.  
Esse duos juvenes firma adiumenta parentis,  
Cui dederint animi pignora certa sui.  
Hæc ubi non patria perlegi scripta Camœna,  
Venit & ad digitos ultima charta meos.

Et

